**Commentaria de antiquis scalptoribus qui sua nomina inciderunt in gemmis et cammeis cum pluribus monumentis antiquitatis ineditis statuis anaglyphis gemmis. Memorie degli antichi incisori che scolpirono i loro nomi in gemme e cammei con molti monumenti inediti di antichità, statue, bassirilievi, gemme : opera di Domenico Augusto Bracci ... / [Domenico Agostino Bracci].**

**Contributors**

Bracci, Domenico Agostino, 1717-1793.

**Publication/Creation**

Firenze : G. Cambiagi, stampatore, 1784-1786.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/seur2m2h

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

[illegible]

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30457191


COMMENTARIA
DE ANTIQVIS SCALPTORIBVS
MEMORIE
DEGLI ANTICHI INCISORI
OMNIA · ROMANAE CEDANT MIRACVLA TERRAE
NATVRA HIC POSVIT QVIDQVID VBIQVE FVIT
PROPERT. LIB. I

# COMMENTARIA
# DE ANTIQUIS SCALPTORIBUS
QUI SUA NOMINA INCIDERUNT
*IN GEMMIS ET CAMMEIS*
CUM PLURIBUS MONUMENTIS ANTIQUITATIS INEDITIS
STATUIS ANAGLYPHIS GEMMIS
*AUCTORE*
**DOMINICO AUGUSTO BRACCI**
REGIAE SOCIETATIS ANTIQUARIORUM LONDINENSIS.

*VOLUMEN PRIMUM.*

FLORENTIAE MDCCLXXXIV.
APUD CAIETANUM CAMBIAGI TYPOGRAPHUM REGIUM

SUPERIORUM PERMISSU.

# MEMORIE
# DEGLI ANTICHI INCISORI

CHE SCOLPIRONO I LORO NOMI

*IN GEMME E CAMMEI*

CON MOLTI MONUMENTI INEDITI DI ANTICHITÀ

STATUE BASSIRILIEVI GEMME

*OPERA*


DI DOMENICO AUGUSTO BRACCI

DELLA SOCIETÀ REALE ANTIQUARIA DI LONDRA.


*VOLUME PRIMO.*


FIRENZE MDCCLXXXIV.
PER GAETANO CAMBIAGI STAMPATORE GRANDUCALE

CON LICENZA DEI SUPERIORI.

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY




# GVSTAVO · III ·

SVEC · GOTH · VANDAL · REGI ·

HEREDI · NORVEGIAE ·

OPTIMO · PRINCIPI · PATRI · PATRIAE ·

BONO · REIPVBLICAE · NATO ·

PVLCHRARVM · ARTIVM · SCIENTIARVMQVE ·

PATRONO · AMANTISSIMO ·

QVI · NVLLA · CIVIVM · PERTVRBATIONE ·

POPVLO · PLAVDENTE ·

MAGNITVDINE · MENTIS · CONSILIIQVE ·

REGIAM · MAIESTATEM ·

IVRIBVS · VINDICATIS · FIRMATISQVE ·

RESTITVIT · ORNAVIT · AVXIT ·

QVI · ET · OMNIVM · ADMIRATIONEM · IVSTRANDO · VRBES · EXCITAVIT ·

POPVLORVM · SVORVM · VOTIS · INCOLVMI · REDDITO ·

HONORIS · DEVOTIQVE · ANIMI · CAVSA ·

DOMINICVS · AVGVSTVS · BRACCI ·

D · D · D ·

# PRAEFATIO

Utilitas ſtudiorum Antiquitatis.

Quae neceſſario requirantur in Antiquario.

Liberaliſſimorum, quae circum antiqua monumenta verſantur, ab ineunte aetate ſtudiorum admiratione atque amore captus & agnovi ea non modo ſuaviſſima (1) ſed & utiliſſima, & plures partes complecti probe perſpexi, quae pulchrarum artium exempla praeclara demonſtrent, atque commendent, ac praeterea, quae antiquam hiſtoriam, priſcoſque uſus mirum in modum illuſtrent (2). Hinc facile mihi perſuaſi eum qui Antiquarii nomen, ac famam ſibi comparare velit, fruſtra contendere, niſi non modo in pertractandis antiquis monumentis exercitatione plurimum valeat, ſed & iis artibus, illi

(1) Supervacaneum eſſet de voluptate ingenuo quovis homine digna loqui, quae a ſtudiis rei antiquariae proficiſcitur. Id cumulatiſſime praeſtiterunt plures eruditiſſimi viri, quos inter celeberrimus Caylus in ſua praefatione ad vol. V. Antiquit. quam nemo bonarum artium amator ſine magna delectatione perleget.

(2) Quantum ſolidae utilitatis in reliquas fere omnes diſciplinas ex his iiſdem ſtudiis facile derivetur, idem Caylus (loc. cit. & praefat. ad vol. 3.) fuſe perſequitur. Contendit enim neminem, qui haec ſtudia minime coluerit, aut magnum hiſtoricum aut ſatis eruditum hominem evaſurum; quin & fieri vix poſſe, ut maximos in philoſophicis progreſſus habeat. Sane vetuſta monumenta antiquorum mores, artes, ingenia, errores, ac falſa judicia, vel praejudicatas opiniones clariſſime nobis oſtendunt, quae omnia noſcere debeat, cumque noſtris comparare, quicumque futurus eſt philoſophiae laude perfectus. Hinc illud Ciceronis (pro Domo ſua cap. 45.) Certe peritiores vetuſtas facit. Caeterum quidquid de Philoſophia ſit ſtatuendum, ut ſtudiorum Antiquitatis demonſtretur utilitas, ſatis erit ad praeclarum opus ſe ſe convertere De Uſu & Praeſtantia Numiſmatum a celeberrimo Spanhemio editum. Demonſtrat enim hic auctor, quantum ad Hiſtoriae, ad Politicae, ad Geographiae, ad Chronologiae cognitionem, quin & ad animalium plantarumque notitiam, & ad diſciplinas quaſdam, a quibus videretur vel maxime aliena, rei nummariae ſcientia conferre poſſit ac ſoleat. Unum eſt quod iis omnibus a Spanhemio graviſſime pronunciatis addendum putem: quantum ſcilicet rei numiſmaticae ſcientia, quae ſtudiis Antiquitatis continetur, ad noſcenda pulchrarum Artium, praecipue ſculpturae, magis minuſve felicia tempora conferat. Sane ſi nummos Conſulares, ac deinde nummos Imperatorum diligentius inſpiciamus, qua primum tempeſtate Romae florere pulchrae Artes, qua ad ſummam perfectionem pertingere, itemque qua ſenſim langueſcere, ac deinde in pejus omnino ruere viſae fuerint, ac demum plane interierint facile comperimus. Scilicet Imperatorum ſimulacra, anaglypha Arcus Titi, anaglypha Arcuum Septimii Severi, itemque Arcus Conſtantini, qui maximam partem ex anaglyphis ad Traianum ſpectantibus compoſitus fuit, ac demum anaglypha Marci Aurelii, quam arcto vinculo res nummaria cum ſculptura conjungatur, ipſis oculis intuentium quodammodo patefaciunt. Ex nummis ipſis apparet Auguſto regnante pulchras artes Romae floruiſſe vel maxime, ac ſubſecutis etiam viguiſſe temporibus, donec aetate Commodi declinare viſae ſunt, ac poſtmodum ſub Septimio Severo majus detrimentum paſſae, retroque ſublapſae nuſquam ſplendorem priſtinum recuperare potuerunt. Neque enim hoc loco nobis objici poſſet eſſe in Muſeo Farneſiano antiquum Caracallae caput tanta elegantia elaboratum, ut artis ſtatuariae miraculum jure vocari queat. Enimvero noſtris etiam temporibus pulchrae artes fere jacent: extitit tamen Mengs, qui maximum picturae ornamentum, ac decus addidit. Itaque ex uno vel altero exemplo non poteſt, quod generalius dicitur, falſitatis argui. Sic etiam ex nummis Urbium, vel Magnae Graeciae, vel Siciliae, Regum Macedoniae, Regum Ptolomaeorum, Regum Syriae, Pergami &c. quae incrementa, vel decrementa in iis regionibus pulchrae Artes habuerint, cognoſcimus. Ex nummis Parthorum Regum Sculpturam apud eos omnino jacuiſſe comperimus. Hoc exiguum eſt ſpecimen eorum, quae dici poſſent, ut ſcientiam rei nummariae praecipuum documentum ſuppeditare ad tempora, ac loca noſcenda, quibus pulchrae Artes floruerint, oſtenderemus. Hinc illud etiam colligitur Winkelmannum, qui pulchrarum Artium hiſtoriam conſcribendam ſuſceperat, multo felicius, quod ſibi propoſuerat, exequuturum fuiſſe, ſi rei nummariae ſcientiam impenſius colere voluiſſet.

# PREFAZIONE

FIn dalla mia adoleſcenza eſſendo ſtato preſo dall' amore, e dall' ammirazione dei belli ſtudii ſpettanti agli antichi monumenti, ho ben compreſo eſſer queſti non ſolo molto aggradevoli (1) ma di più utiliſſimi, ed abbracciare molte parti, le quali dimoſtrano, e commendano i chiariſſimi eſempii delle belle Arti, e inoltre illuſtrano maraviglioſamente l'antica iſtoria, e i vecchi coſtumi (2). Quindi facilmente io reſtai perſuaſo, che quello il quale vuole acquiſtarſi il nome, e la fama di Antiquario invano ſi affaticherà, ſe non ſolamente non ha moltiſſimo eſercizio, e cognizione degli antichi monumenti, ma ſe

*Utilità degli ſtudi dell' Antichità .*

*Requiſiti neceſſari per un Antiquario .*

(1) Sarebbe inutile di parlare del piacere degno di qualunque perſona ingenua, il quale deriva dagli ſtudii antiquarii. Molti eruditiſſimi letterati hanno eſeguito ciò pienamente, tra i quali il celeberrimo Caylus nella ſua prefazione al vol. V. dell' antichità, che ciaſcuno amante delle belle artj leggerà con gran diletto.

(2) Il medeſimo Caylus (loc. cit. e Pref. del 3. vol.) copioſamente ſpiega quanto da queſti ſtudii facilmente derivi di ſolida utilità in tutto quaſi il reſtante delle ſcienze. Imperocchè egli pretende, che quello che non abbia coltivato queſti ſtudii non potrà mai divenire un grande iſtorico, e un uomo molto erudito, anzi appena potrà fare gran progreſſi nelli ſtudii filoſofici. Certamente gli antichi monumenti chiariſſimamente ci dimoſtrano i coſtumi degli antichi, le arti, gl' ingegni, gli errori, i falſi giudizii, o pregiudizii, le quali coſe tutte deve conoſcere, e paragonarle colle noſtre, chiunque deſidererà eſſere un perfetto filoſofo. Perciò Cicerone (Cic. pro Domo ſua cap. 45.) diſſe: *Certamente l' antichità ci fa più periti*. Del rimanente qualunque coſa debba ſtabilirſi intorno alla filoſofia, per provare l' utilità degli ſtudii dell' antichità baſterà dare un' occhiata alla eccellentiſſima opera del celebratiſſimo Spanemio *De Uſu & Praeſtantia Numiſmatum*. Queſto autore dimoſtra quanto la ſcienza delle medaglie poſſa, e ſoglia conferire alla cognizione dell' Iſtoria, della Politica, della Geografia, della Cronologia, e di più alla notizia delle Piante, e degli Animali: e a certe altre Scienze, da cui parrebbe eſſere moltiſſimo aliena. Una coſa vi è la quale penſo doverſi aggiungere a tutte queſte coſe affermate ſapientiſſimamente da Spanemio, vale a dire quanto la ſcienza numiſmatica, la quale ſi comprende negli ſtudii dell' antichità, giovi a conoſcere i tempi più o meno felici delle belle Arti, ſopra tutto della ſcultura. Se noi oſſerveremo diligentemente le Medaglie Conſolari, e poi quelle degl' Imperatori, noi evidentemente vedremo in quali tempi fiorirono in Roma le belle Arti, e quando pervennero alla gran perfezione, e quando a poco a poco principiarono a languire, e dipoi a dare in una gran decadenza, e finalmente precipitarono del tutto. Le immagini degl' Imperatori, i baſſi rilievi dell' Arco di Tito, e quelli degli Archi di Settimio Severo, e dell' Arco ſimilmente di Conſtantino, il quale la maggior parte fu compoſto de i baſſi rilievi ſpettanti a Traiano, e finalmente i baſſi rilievi di Marco Aurelio, manifeſtano in certo modo agli occhi degli ſpettatori, quanta ſtretta conneſſione ha la ſcienza numiſmatica con la ſcultura. Dalle medaglie ſteſſe appariſce che ſotto l' impero di Auguſto fiorirono moltiſſimo le belle Arti in Roma, e furono ancora in vigore nei tempi conſecutivi, che poi nell' età di Commodo ſi veddero declinare, ed a gran paſſi s' avanzò la decadenza ne i tempi di Settimio Severo, ed eſſendo precipitate del tutto, in neſſun luogo non ricuperarono mai il priſtino ſplendore. Poichè non ci ſi potrebbe obiettare trovarſi nel Muſeo Farneſiano la teſta antica di Caracalla lavorata con tanta eleganza, che meritamente può chiamarſi miracolo dell' arte ſtatuaria. Certamente ancora nei noſtri tempi ſono quaſi decadute. Tuttavia è venuto fuori un Mengs che ha aggiunto grandiſſimo ornamento, ed onore alla pittura. Pertanto da uno, o due eſempii non ſi può convincere di falſità ciò che generalmente ſi dice. Così ancora dalle medaglie di Città, della Magna Grecia, della Sicilia, de i Re della Macedonia, de i Rè Tolomei, de i Rè di Siria, e Pergamo ec. comprendiamo quali progreſſi, e decadenze fecero in quei paeſi le belle Arti. Dalle Medaglie poi de i Re de i Parti ſi conoſce la barbarie in cui era appreſſo loro la Scultura. Queſto è un piccolo ſaggio, di quello che ſi potrebbe dire ſopra queſta materia, per dimoſtrare che la ſcienza numiſmatica ci ſomminiſtra un ſicuro documento per conoſcere in che tempi, ed in che luoghi ſiano fiorite le belle Arti. Da queſto ſi comprende che Winkelmann, che intrapreſe di ſcrivere l' iſtoria delle belle Arti, molto più felicemente avrebbe eſeguito quello che s' era propoſto, ſe aveſſe voluto più coltivare la ſcienza Numiſmatica.

illi praecipue, quae delineandi modum ſeu regulam edocet, & picturae, ſculpturae, nec non ſcalpendi recte facultati quodammodo fundamenta ponit, diligentiſſimam operam navare minime detrectaverit. Etenim qui ſecus fecerit, quomodo propria poterit ſtatuere tempora, quibus praeclara quaedam opera elaborata ſunt, ſuoque ſaeculo eadem aſſignare? Quomodo praeceptorum pulcherrimarum Artium ignarus atque expers inter tot falſa monumenta, quae recentioribus temporibus renata Sculpturae, Scalpturae, ac Picturae exercitatione felicibus cuſa ſunt, vera & genuina poterit a ſuppoſitis, aut ſpuriis recto judicio diſcernere? (3)

Hiſce igitur ſtudiis & plures in patria mea impendi annos, ac deinde Romam, in eam ſcilicet urbem delatus, in qua, ſi pedem moveas, excellentiſſima ubique antiquitatis monumenta offendas, per viginti annos operam dedi. Equidem eo toto tempore quotidie magis intellexi, homines innumerabiles Antiquariorum appetere famam; paucis tamen datum eſſe ſtudiis hiſce revera clareſcere. Perſaepe autem dolui ampliſſimis hominibus, qui doctrina tantum ex antiquorum librorum lectione quaeſita eminent, fucum quotidie fieri, dum iis pro veris atque antiquis ſpuria, & recentia opera venditantur. Id videlicet praeſertim in gemmis evenit, quibus Scalptores noſtri nomen priſci alicujus artificis addunt, ut illas nimirum auctoris maxime fama commendent. Itaque in eam ſpem facile veni, ut ſaltem his gratiſſimam rem a me factum iri arbitrarer, ſi gemmas hactenus repertas, & antiqui alicujus artificis nomine non ſimulate ſignatas colligerem atque illuſtrarem; confictas vero referrem, atque reſpuerem. Hoc enim auxilio quiſquis facile ſibi quaſdam regulas efformabit, quibus adverſus haſce vaſrorum hominum inſidias ſe ſe tueri poſſit (4).

Ne-

(3) Ad aſſequendam perfecti Antiquarii famam non ſatis eſt ſuis in ſtudiis ad libros dumtaxat recurrere: oportet in monumentis antiquitatis maximum habere uſum, & delineandi artem callere, ut tuto, & de pretio, & de tempore eorum dijudicetur, atque ita vetuſta opera a recentioribus diſtinguuntur. Hac in re parumper peccavit celeberrimus Mariette, qui in opere de gemmis in Muſeo Chriſtianiſſimi Regis exiſtentibus inciſas elegantiſſime tabulas dedit, ſed antiquum in illis minime ſervavit ſtylum; quamvis, quod pertinet ad caetera, res ad ſcribendum ſibi propoſitas mirifice pertractaverit. Multo magis hac in re peccavit Winkelmannus, qui plurima dedit in opere ſuo de antiquis monumentis infeliciſſime delineata, atque non pauca, quae ad antiquam normam non ſunt expreſſa, quod ſane fecit, quia delineandi artem, & antiquum, ut vocare ſolemus, characterem ignorabat. Ea videlicet vitia non offenduntur in opere praeſtantiſſimi Antiquarii Comitis de Caylus, quod ſcilicet de Antiquis monumentis evulgavit. Equidem negare non audeo poſſe multas eruditionis antiquae partes ab aliquibus hoc deſtitutis praeſidio pertractari; ſed riſu eos excipiendos arbitror, qui ſine hujuſmodi auxiliis de veterum monumentorum praeſtantia diſſerere audent, praeſertim ſi de Statuis, de Anaglyphis, de Gemmis inſtituatur ſermo.

(4) Qui minime decipi vult his in rebus, quin & in reliquis omnibus ad antiqua monumenta ſpectantibus, non modo quid omnino laude dignum in veterum artificum operibus inveniri ſoleat, ſed etiam quid cenſoria virga notandum ſaepius occurrat, bene comprehenſum animo habeat, neceſſe eſt. Equidem hic frequentiora quaedam ipſorum errata breviſſime notabo, ut cautiores in iis aeſtimandis meos lectores efficiam. Primo quidem ſolet generaliter in iis notari monumentis ſemoris curvamen, praeſertim ab inguine ad latus, magis elevatum ac muſculoſum, quam iuvenilis pulchritudo ferre videatur. Deprehenditur hoc vitium in Apollinis etiam (qui di Belvedere dici ſolet) pereximia ſtatua reliquis omnibus artis numeris abſoluta. Praeterea pedes ac digitos eorum, quos ſtantes, nimirum pedibus ac digitis innixos, exhibebant, veluti ſuſpenſos, ac nulla ratione depreſſos efformabant: quod tamen vitium in ſtatuis Aegyptiis etſi rudibus, & male ſculptis minime notatur: in iis enim pedes lati, atque in ſolo firmiter poſiti, digitique ut natura fert compreſſi deprehenduntur. Vitium hoc antiquorum animadvertit, ac propter artis peritiam fugit immortalis Michael Angelus Buonarroti, qui tum in ea ſtatua Servatoris humani generis, quae Romae in Templo S. Mariae ſupra Minervam colitur, tum in alia Davidis coloſſea, quam Florentiae in Platea Magni Ducis appellata miramur, pedes ut revera ſolent in hominibus eſſe ſtantibus dilatatos, atque compreſſos exhibuit. Errarunt etiam ſaepe veteres Artifices in veſtibus exprimendis. Sub illis enim voluerunt corpus fere nudum oſtendere. Id efficit, ut qui in hujuſmodi ſignis repraeſentantur velis aqua madentibus amicti videantur. Hoc in celebri ſtatua Florae Farneſianae adnotatur, cui veſtes adeo carnibus adhaerent, ut genu fere nudum aſpicientibus oſtentet. Contra veritatem ac rerum naturam id eſſe nemo

Errata in qua antiqui inciderunt.

non

ſe di più non ha fatto grande ſtudio delle belle Arti, di quella ſoprattutto che inſegna le regole del diſegno, ed in certo modo getta i fondamenti della Pittura, della Scultura, e dell'arte d'incidere. Imperocchè chi altramente faceſſe, come propriamente potrà ſtabilire i tempi, ne i quali ſono ſtate certe opere illuſtri lavorate, ed aſſegnarne il ſecolo? Come uno ignaro, e privo dei precetti delle belle Arti, tra tanti falſi monumenti che ſono ſtati fatti ne i tempi più moderni, felici per eſſer rinato l'eſercizio della Scultura, della Pittura, e dell'Arte d'incidere, potrà conoſcere con giuſto diſcernimento i veri, e genuini, da i falſi (3)?

Io mi ſono eſercitato molti anni in queſti ſtudii nella mia patria, dipoi portatomi a Roma v'impiegai venti anni in quella Città, nella quale ſe muovi un piede, da pertutto tu ritrovi eccellenti monumenti di Antichità. Certamente in tutto quel tempo ogni giorno più compreſi, che innumerabili Perſone ambiſcono la fama di Antiquario, ma tuttavìa a pochi è conceſſo di farſi in queſti ſtudii realmente un gran nome. Speſſiſſimo poi mi dolſi che quotidianamente ſi teſſano inganni a riſpettabiliſſime Perſone eminenti per la dottrina acquiſtata ſolo dalla lezione degli antichi libri, mentre ſi vendon loro per vere, ed antiche, opere ſpurie, e moderne. Ciò principalmente addiviene nelle gemme, alle quali i noſtri inciſori aggiungono il nome di alcuno antico artefice per renderle più pregiabili colla fama dell'Autore. Pertanto io facilmente mi ſon luſingato di poter fare una coſa almeno a queſti tali graditiſſima, ſe raccoglieſſi ed illuſtraſſi le gemme finora ritrovate, e non falſamente ſegnate col nome di alcuno antico Artefice, le finte poi riportaſſi, e rigettaſſi. Ciaſcheduno con queſto ajuto ſi farà certe regole, colle quali ſi potrà difendere contro gl'inganni degli uomini ſcaltri (4).

 Nè

(3) A conſeguire la fama d'un perfetto Antiquario non baſta ſtudiando ricorrere ſolamente ai libri, biſogna avere una maſſima pratica antiquaria, e ſaper bene il diſegno per giudicare con ſicurezza, e del pregio, e del tempo degli antichi monumenti, ed in queſta maniera ſi diſtinguono le opere antiche dalle moderne. In queſto mancò un poco il celebre Mariette che nell'opera delle gemme eſiſtenti nel Muſeo del Re Criſtianiſſimo diede i ſuoi rami molto bene inciſi, ma non vi ſi ſcorge ſempre il vero carattere antico; benchè del reſto abbia ſcritto eccellentemente in queſta materia. Maggiormente peccò in queſto Winkelmann, il quale nella ſua opera degli Antichi Monumenti inciſe molti rami meſchinamente, e ne'diede non pochi che non hanno il carattere antico: la qual coſa egli fece, perchè ignorava l'arte del diſegno, e come ſi ſuol dire, il carattere antico. Queſti tali errori certamente non ſi trovano nell'opera degli Antichi Monumenti dell'eccellente Antiquario Conte di Caylus. Io non nego, che mancando queſti ajuti pur ſi poſſano trattare molte parti di erudizione antiquaria; ma io giudico degni di riſo coloro, che mancando di queſta facoltà hanno l'ardire di ſcrivere dell'eccellenza degli antichi monumenti, particolarmente ſe ſi parla di Statue, Baſſirilievi, e gemme.

(4) Chi non vorrà eſſere ingannato in queſte coſe, anzi in tuttociò che riſguarda a i monumenti antichi, è neceſſario che non ſolamente ben comprenda quello, che è degno di lode nelle opere degli antichi artefici, ma ancora quello che è da correggerſi, e criticare. Io brevemente noterò certi errori più frequenti dei medeſimi, acciocchè i lettori ſi rendano più cauti nell'apprezzarli. Primieramente, ſi ſuole in generale oſſervare in queſti monumenti la piegatura della coſcia, ſpecialmente dall'inguine al fianco, più riſentita, e di maggiore muſculatura, di quello che convenga ad una giovanile bellezza. Queſto errore ſi oſſerva ancora nella famoſiſſima ſtatua di Apollo detta di Belvedere, perfettiſſima in tutto il rimanente. Inoltre facevano i piedi ed i diti di coloro che rappreſentavano in piedi, vale a dire appoggiati ſu i piedi, e diti, come ſoſpeſi in aria, e non iſpianati in alcun modo. Contuttociò queſto difetto non ſi oſſerva nelle ſtatue Egiziane, benchè rozzamente, e malamente ſcolpite, imperocchè in quelle ſi veggono i piedi larghi, e che poſano bene in terra, e i diti ſpianati conforme al naturale. Queſto errore degli Antichi lo conſiderò l'immortale Michelangelo Buonarroti, e l'evitò per la perizia dell'arte, non ſolamente nella ſtatua del Salvatore, la quale ſi venera in Roma nella Chieſa di S. M. della Minerva, ma ancora nella ſtatua coloſſale del David, che ammiriamo nella piazza del Gran Duca in Firenze, e fece i piedi come ſogliono eſſere negli uomini che ſtanno in piedi, dilatati, e ſpianati. Errarono ancora ſpeſſo gli antichi artefici nel formare le veſti, perchè ſotto quelle hanno voluto far quaſi traſparire la nudità: ciò cagiona, che le ſtatue così formate, pajano coperte da un velo bagnato. Queſto ſi oſſerva nella famoſa ſtatua della Flora di Farneſe, le di cui veſti talmente ſono attaccate alla carne, che moſtra quaſi nudo il ginocchio; ciaſcuno conoſce eſſer ciò contro la verità,

*Errori in cui ſono caduti gli Antichi.*

e la

Scopus operis Bar. de Stoſch.

*Neque vero me ab hoc opere ſuſcipiendo deterruit, quod vir Cl. Philippus de Stoſch mihi praeiverit in deſcribendis Antiquorum Scalptorum commentariis ( in opere quod inſcribitur Gemmae Ant. ) Nam primo quidem illuſtri eo viro e vivis ſublato non paucae repertae ſunt gemmae Artificum nomine inſignitae, quarum plurimae pro genuinis haberi debent, aliae vero merito reſpuendae ſunt. Deinde ille ſibi propoſuit, ut veterum, qui in gemmis incidendis praeſtiterunt, nomina immortalitate donaret, quae ſine literarum atque hiſtoriae praeſidio omnino periiſſent. Nimirum id ſecutus videtur, quod immortalis Vitruvius ( de Archit. Praef. lib. VII. ) tantopere commendavit.* Majores, *inquit*, cum ſapienter, tum etiam utiliter inſtituerunt per commentariorum relationes cogitata tradere poſteris, uti ea non interirent, ſed ſingulis aetatibus creſcentia voluminibus edita gradatim pervenirent vetuſtatibus ad ſummam doctrinarum utilitatem. Itaque non mediocres, ſed infinitae ſunt his agendae gratiae, quod non invidioſe ſilentes praetermiſerunt, ſed omnium generum ſenſus conſcriptionibus memoriae tradendos curaverunt. Namque ſi ita non feciſſent, non potuiſſemus ſcire, quae res in Troja fuiſſent geſtae; nec quid Thales, Democritus, Anaxagoras, Xenophanes, reliqui Phyſici ſenſiſſent de Rerum Natura, quaſque Socrates, Plato, Ariſtoteles, Zenon, Epicurus, aliique Philoſophi hominibus agendae vitae terminationes finiviſſent; ſeu Croeſus, Alexander, Darius, caeterique Reges, quas res, aut quibus rationibus egiſſent, fuiſſent notae: niſi majores praeceptorum comparationibus omnium memoriae ad poſteritatem commentariis extuliſſent. *Id igitur quoad antiquos gemmarum ſcalptores praeſtitit Stoſch quamquam abſit invidia verbo, non omni ex parte quod ob oculos habuit exequutus eſt, atque perfecit. Etenim ſaepius de operibus eorum, de quibus vel maxime ſermonem habere deberet, minime habet, eaque ſilentio praetermittit, quae ad inſtitutum opus vel maxime pertinere videbantur: cujus equidem rei cauſam prorſus ignoro. Caeterum eius eruditione, quoties datum eſt, proficere & ipſe ſtudui, quin & aliquando iis uſus etiam ſum, quae ille ad gemmas explicandas affert. Attamen ea omnia multo magis amplificare contendi, ut & amoeniorem, & utiliorem operis mei lectionem efficerem; quod & praeſtare idem Stoſch in animo habuit; ait enim ( Praef. pag. 20. )* Ad explicanda autem gemmarum, quas exhibemus, argumenta addidimus commentaria, ſed non ea eru-

Addita operi Baro de Stoſch.

ditione, ac eloquentia referta quae in hujuſmodi ſcriptis requiri nunc ſolent. *Itaque ut quod Stoſch deerat ſupplerem de omnibus ſcalptoribus, quorum occurrit mentio, agere volui, meaſque de ſingulis conjecturas, ubi poſtulet res ipſa, proponere, cum de materia agatur, in qua veteres ſcriptores nullam nobis lucem ſuppeditant. Neque vero dubitavi aliorum Antiquariorum errores aliquando modeſte corrigere.*

De explicatione Gemmarum.

*Haud equidem nego, ſed potius aperte praedico, me ſcriptorum omnium in meis explicationibus profeciſſe doctrina; neque umquam quod alienum eſt, tamquam meum venditare auſus ſum; quod ſi Winkelmannum non ſemel praeſtitiſſe dixero, nemo me profecto calumniae aut mendacii arguet* (5).

Rem

*non videt. Non poteſt facile aſſignari ratio propter quam antiqui tum Sculptores, tum Gemmarum Scalptores in hominum oculis efformandis & pupillas, & palpebras, & ſupercilia praetermittere conſueverint. Ea de re quondam a me interrogatus Raphael Mengs, vir ille ad pulchrarum artium gloriam reſtituendam natus, qui potiſſimum ex antiquis monumentis, & ex miraculis Raphaelis Sanctii diurna nocturnaque per multos annos diligentia conſideratis, pingendi artis prodigium evaſit, ingenue faſſus eſt, rationem, qua veteres moverentur artifices, ſibi quidem ignotam eſſe. Id autem eo mirandum eſt magis, quod earum rerum omnium expreſſio non parum, praecipue in trucibus ac ferocibus vultibus, ad imitationem naturae conferre videretur. Sane protoma Caracallae Farneſiana, & ſtatua, quae vulgo dicitur l'*Arrotino *in Magni Ducis noſtri Muſeo, cum rebus hiſce non careant, truces ita exhibent vultus, ut magis ad vivum effingi minime potuerint.*

(5) *Unum hoc loco, ut magis cautos lectores meos efficiam, exemplum proferam errorum, in quos Antiquarii facile*

*la-*

Nè mi diſtornò da intraprendere queſta opera l'avermi prevenuto il Chiariſſimo Filippo Stoſch nello ſcrivere le memorie degli Antichi Inciſori ( nell' Opera intitolata Gemmae Ant. ). Imperocchè dopo la morte di sì illuſtre uomo ſi ſono trovate molte gemme col nome dell'Arteſice, delle quali ſicuramente molte ſono genuine, altre meritamente devono rigettarſi. Oltracciò egli ſi propoſe di eternare la memoria degli Antichi inciſori di Gemme, la quale ſenza l'ajuto delle Lettere, e della Iſtoria ſarebbe perita. Pare certamente ch' egli abbia ſeguitato ciò che dice l'immortale Vitruvio ( de Archit. Praef. lib. VII. ). *Ebbero gli Antichi il ſavio, ed utile coſtume di tramandare ai poſteri i loro penſamenti per le relazioni dei Commentarii, acciocchè non ſolo non periſſero, ma anzi creſcendo ſempre più col regiſtrarſi in volumi ſi giungeſſe così di grado in grado col tempo alla ultima perfezione del ſapere. Pertanto ſi debbono rendere a coſtoro non mediocri, ma infiniti ringraziamenti, perchè non hanno invidioſamente tralaſciato di parlarne; ma hanno procurato cogli ſcritti di tramandare a' poſteri la memoria de' loro ſentimenti in ogni genere. Imperocchè ſe non aveſſero fatto così, non avremmo potuto ſapere i fatti dei Troiani, nè quello che crederono intorno alla Natura delle coſe Talete, Democrito, Anaſſagora, Xenofane, e quali regole di vita per gli uomini preſcriveſſero Socrate, Platone, Ariſtotele, Zenone, Epicuro, ed altri Filoſoſi, e neppure ſarebbero noti i fatti, e in che maniera operarono Creſo, Aleſſandro, Dario, e altri Rè, ſe i noſtri maggiori coi paragoni dei precetti non gli aveſſero inalzati nei loro Commentarii alla memoria di tutti i poſteri.* Ciò dunque fece Stoſch riguardo agli antichi Inciſori di gemme, benchè, per dirlo ingenuamente, non eſeguì, e non riduſſe a fine totalmente ciò che ſi era propoſto. Poichè ſpeſſo egli tralaſcia di parlare delle opere loro, delle quali principalmente dovea parlare, e paſſa ſotto ſilenzio alcune coſe, che formavano il principale oggetto dell' opera ſua; della qual coſa per verità non ſo comprendere il motivo. Del rimanente per quanto mi è ſtato permeſſo ho procurato di profittare della di lui erudizione, ed alle volte ancora mi ſon ſervito delle ſue ſpiegazioni ſopra le gemme. Contuttociò io ho cercato di ampliarle molto più per render più amena, ed intereſſante la mia opera; mentre il medeſimo Stoſch aveva intenzione di farlo, dicendo ( Praef. pag. 20.) *Pour expliquer les ſujets repreſentez ſur les pierres de ce recueil, j' y ai joint un petit commentaire, qui n' eſt pas, a le veritè, rempli d'autant d'eloquence, & d'erudition, qu'on en demende a preſent dans ces ſortes des matieres.* Pertanto io ho voluto ſupplire ciò che mancava a Stoſch in queſta opera degli antichi inciſori, e proporre le mie congetture ſopra ciaſcheduno, quando lo richiede l'occaſione, trattandoſi di una materia, nella quale gli antichi ſcrittori non ci ſomminiſtrano alcun lume. E non ho avuto difficoltà di corregger talora modeſtamente gli errori degli altri Antiquarii.

*Oggetto dell' Opera di Stoſch.*

*Aggiunte all' Opera di Stoſch.*

Io non nego, anzi apertamente dico di aver profittato nelle mie ſpiegazioni della dottrina di tutti gli ſcrittori, ne ho giammai avuto l'ardire di ſpacciare per mia la roba altrui: Lo che ſe io dirò aver fatto Winkelmann più d'una volta, neſſuno certamente mi riprenderà di calunnia, o di menzogna (5).

*Della ſpiegazione delle Gemme.*



Io mi-

e la natura delle coſe. Non può aſſegnarſi facilmente la ragione, perchè gli antichi Scultori, ed Inciſori di gemme nel fare gli occhi agli uomini ſono ſtati ſoliti di tralaſciare le pupille, le palpebre, ed i ſopracigli. Interrogato da me Raffaello Mengs, quell'uomo nato per reſtituire la gloria alle belle Arti, il quale principalmente per avere molti anni con iſtancabile diligenza conſiderati gli antichi monumenti, e le maraviglioſe opere di Raffaello, diventò un prodigio dell' Arte del dipingere, mi confeſsò ingenuamente eſſerli ignoto il motivo per cui ciò faceſſero. Ciò poi deve recare tanto più maraviglia, che l'eſpreſſione di tutte quelle coſe non poco giovava a rappreſentar la natura particolarmente nei volti truci, e feroci, come nel buſto del Caracalla Farneſiano, e nella ſtatua, la quale ſi dice dell' *Arrotino* nel Muſeo del Granduca, che avendo queſte tali coſe rappreſentano volti truci, in modo che non potevano eſprimerſi più al naturale.

(5) In queſto luogo, acciochè i miei lettori ſi rendano più cauti, addurrò un eſempio degli errori, nei quali

*De additis ad meas explicationes.*

*Rem gratam lectoribus me facturum eſſe ſperavi, ſi iis quae propius ad gemmarum allatarum pertinent explicationem, varia tum ex hiſtoria, tum ex fabula, tum ex antiquis poetis delibata ſaepius adderem; quae quidem argumento, quod praecipue ob oculos habendum eſt, aliquam lucem afferrent. Equidem hoc loco eadem affirmare poſſum, quae Plinius habet* (*lib.* 2. *Epiſt.* 5.) Adnixi certe ſumus, ut quaelibet diverſa genera lectorum per plures dicendi ſpecies teneremus. Ac ſicut veremur, ne quibuſdam pars aliqua ſecundum ſuam cujuſque naturam non probetur; ita videmur poſſe confidere, ut univerſitatem omnibus varietas ipſa commendet. Nam & in ratione conviviorum, quamvis a pleriſque cibis ſinguli temperemus, totam tamen coenam laudare omnes ſolemus, nec ea, quae ſtomachus noſter recuſat, adimunt gratiam illis, a quibus capitur.

Hoc

*labuntur, quod cum non ſemel animadverterim, ſententias illorum ſaepius ad examen revocandas, quam temere amplectendas duxi. Illi nimirum, quum vetus aliquod ſignum aut protomam, praeſertim docta manu ad artis ſtatuariae regulas exactam, & ex antiquorum aedificiorum ruderibus in lucem prolatam inſpiciunt, ſtatim quem virum aut heroa repraeſentet certo certius ſtatuere ſeſe poſſe judicant. Quanam ratione ſine profunda nummorum ſcientia Imperatorum, & tot Regum, atque illuſtrium virorum protomae cognoſci poſſunt? Oportet ergo eorum virorum exiſtant nummi, ex quibus de ipſorum effigie judicari certo poſſit, aut aliqua ſtatua vel protoma cum antiqua inſcriptione inveniatur, ex qua ipſorum nomina cognoſcamus. Si ea, quae dicimus argumenta, aut fundamenta deſint, quiidquid ad eorum monumentorum explicationem affertur ad arbitrium omnino dicitur. Primus in hoc genere peccaſſe videtur Fulvius Urſinius, vir caeteroquin de literis optime meritus, ac deinde Caninius, Bellorius, Gronovius, aliique celebres Antiquarii, quos inter gemmarum editores, ut Mariette* (*Traitè ec.*) *& Gorius* (*in Muſeo Florentino*) *Vulgus autem Antiquariorum non ſolum ipſorum veſtigiis inhaeſit, ſed in imponendis temere nominibus, ubi antiqua inſpiceret ſigna, modum omnem exceſſit. Hinc illi Anacreontes, Democriti, Semiramides, Titi Livii, Ovidii, Heſiodi, Caii Marii, Virgilii, Amilcares, Agamemnones, caeterique. Sed ut brevitati ſerviam unicum hujuſmodi errorum, idque luculentiſſimum, documentum hoc loco proferam. Erant in Muſeo Capitolino inſignia duo marmorea capita, videlicet antiqua; quibus Epicuri nomen erat impoſitum; neque ea de re Antiquarii dubitare videbantur. Accidit autem ut revulſis Baſilicae Liberianae gradibus duplex inveniretur Herma marmoreus Epicurum ac Metrodorum repraeſentans cum antiquis inſcriptionibus ex una parte* ΕΠΙΚΟΥΡΟϹ, *ex altera* ΜΗΤΡΟΔΩΡΟϹ, *quem quidem Hermam Benedictus XIV. P. M. inter pretioſiſſimas Graecae ac Romanae magnificentiae reliquias in Muſeo Capitolino collocari juſſit. Hinc facili quiſque negotio vidit ob manifeſtam vultuum diſſimilitudinem ſigna eiuſdem Muſei, quae pro Epicuris antea venditabantur, Epicuros omnino dici non poſſe. Eruditiſſimam de illo Herma ſcripſit epiſtolam Abbas Buonaccorſi, in qua plurima, quae quicquid diximus manifeſto confirmant, fuſe perſequitur* (*V. Lettera ſcritta all' Accademia Etruſca di Cortona da un Accademico della medeſima ſopra la vera immagine di Epicuro*)*. Ille quidem ex eodem Herma infert Epicurum exiberi Tab. IV. & XXV. primi voluminis Muſei Capitolini, & in fig. Tab. XXX. imaginum virorum illuſtrium, quas Auguſtinus Venetus excalpſit. Conjicit etiam fore, ut ex hoc eodem monumento alia Epicurum repraeſentantia cognoſcantur. Neque enim fieri poteſt, quin plura hujuſmodi detegantur ſigna, cum ex Plinio* (*lib.* 35. *cap.* 2.) *diſcamus non modo in cubiculis Epicuri imagines fuiſſe ſervatas, ſed ipſius aſſeclas eaſdem ſecum circumtuliſſe; Cicero autem nos moneat* (*lib.* 5. *de Finib. cap.* 1.) non modo in tabulis, ſed etiam in poculis & in annulis *Epicurum repraeſentari conſueviſſe. Haec prudentiſſime a Cl. viro diſſeruntur. At quid ea ſimulacra evaſerunt, quae antea in Capitolino Muſeo ſervata Epicurum referre videbantur? Nimirum nova eis ad libitum impoſita nomina. Unum ex iis eſſe Liſiam ſcribit Auctor deſcriptionis Muſei Capitolini* (*in* 4. *pag.* 38.), *cujus alia duo ſigna caput repraeſentantia ſeſe alio loco prolaturum ſpondet. Si Liſiae aut nummi, aut antiqua ſigna cum antiquis inſcriptionibus minime dubiae fidei reperirentur, equidem in animum inducere poſſem ea, quae ſcribit hic auctor, veritate contineri. At cum res omnino aliter ſeſe habeat, quis non eum quaſi divinantem loquutum fuiſſe fateatur? Inter hujuſmodi Antiquarios ii viderentur excuſatione digni, qui fidem ſecuti ſunt numiſmatum majoris moduli circum Imperatoris Theodoſii tempora cuſorum, quae ab ornamentis in ambitu diſpoſitis* Contorniati *dicuntur ab Antiquariis. Verum & horum monumentorum valde exigua eſt auctoritas; quia ita conflata ſunt, ut infelicem iis temporibus pulchrarum Artium ſtatum prae ſe ferant; tum quia Caeſares antiquioris aetatis, quemadmodum Neronem, aut Trajanum, ita exhibent effictos, ut inſpectis vetuſtioribus nummis veras eorum imagines adhuc ſervantibus vix aliqua levis vultuum ſimilitudo deprehendi poſſit. Plurima ex numiſmatibus praeſertim a Geſnero* (*numiſm. viror. Illuſtr. Tab.* 1. 2. 3. *&* 4.) *relatis manifeſto falſa ſunt, ut quivis, dummodo ſtudia Antiquitatis e limine ſaluta-*

*ve-*

Io mi ſon luſingato che ſarei per far coſa grata ai lettori, ſe io aggiungeſſi ſpeſſo alla ſpiegazione delle gemme che riporto varie coſe preſe sì dalla iſtoria, sì dalla favola, e dagli antichi poeti, le quali coſe ſomminiſtrano qualche lume all'argumento che abbiamo preſente. Io certamente poſſo affermare le medeſime coſe che dice Plinio (Lib. 2. Ep. 5.) *Io veramente mi ſono sforzato con la gran varietà delle coſe di ſoddisfare a diverſi generi dei lettori. Ma ſiccome temiamo, che una coſa che piace ad alcuni, non ſia ſecondo il guſto degli altri, così noi ci poſſiamo luſingare, che l'iſteſſa varietà ſarà lodata da tutti. Imperocchè nei conviti, quantunque ciaſcuno ſi aſtenga dalla maggior parte de' cibi; nondimeno tutti noi ſiamo ſoliti di lodare tutta la cena; nè quelle coſe, che il noſtro ſtomaco ricuſa, tolgono la grazia a quelle, le quali ci piacciono.*

*Delle aggiun. te alle mie ſpiegazioni.*

Io

quali facilmente ſono caduti gli Antiquarii, lo che avendo più volte avvertito, giudicai che i ſentimenti di loro più ſpeſſo doveſſero chiamarſi ad eſame, che ſenza conſiderazione abbracciarſi. Certamente quelli quando veggono qualche ſtatua, o buſto venuto alla luce dalle rovine degli antichi monumenti, particolarmente fatto dalla mano di eccellente artefice, giudicano di poter dire con tutta la ſicurezza che rappreſenti qualche Uomo illuſtre, o Eroe. Come mai ſi poſſono conoſcere ſenza la ſcienza profonda delle medaglie i buſti degli Imperatori, e di tanti Rè, ed Uomini illuſtri? Biſogna adunque, che di tali perſonaggi ci ſieno delle medaglie, dalle quali ſi poſſano ricavare ſicuri fondamenti della loro effigie, o pure ſi trovi qualche ſtatua, o buſto coll'antica iſcrizione, dalla quale ſi poſſano argumentare i loro nomi: ſe mancano tali dati, o fondamenti ſono ſicuramente batteſimi. Si vede che Fulvio Orſini fu il primo che cadeſſe in queſto errore, perſona però di merito infinito nella letteratura, e dipoi Canini, Bellori, Gronovio, ed altri celebri Antiquarii, tra i quali gli editori di gemme, come Mariette (Traité ec.) e Gori (Muſeum Florentinum) Il volgo poi degli Antiquarii, non ſolamente ha ſeguitato le loro pedate, ma ancora ha fuori di modo arbitrato col porre nomi a capriccio, quando ha veduto antiche ſtatue. Da queſto ne ſono venuti gli Anacreonti, i Democriti, le Semiramidi, i Titi Livii, gli Ovidii, gli Eſiodi, i Caii Marii, i Virgilii, gli Amilcari, gli Agamennoni, e tanti altri. Per dir tutto in breve addurrò un ſolo, ma inſigne documento di queſti errori. Erano nel Muſeo Capitolino due celebri antiche teſte di marmo, alle quali era ſtato poſto il nome di Epicuro, nè di ciò dubitavano gli Antiquarii. Accadde che nello ſcavare la ſcalinata della Baſilica Liberiana fu trovato un doppio Erma di marmo rappreſentante Epicuro, e Metrodoro, e da una parte l'antica iſcrizione ΕΠΙΚΟΥΡΟϹ, dall'altra ΜΗΤΡΟΔΩΡΟϹ, il quale Erma Benedetto XIV. P. M. comandò che foſſe collocato nel Muſeo Capitolino tra i monumenti più prezioſi della Greca, e Romana magnificenza. Ciaſcuno chiaramente vedde per la manifeſta diſſomiglianza dei volti, che quei buſti del medeſimo Muſeo, i quali ſi ſpacciavano per Epicuri, non potevano realmente dirſi tali. Sopra queſto Erma abbiamo una eruditiſſima lettera dell'Abate Buonaccorſi, nella quale ſi confermano chiaramante molte coſe, che noi abbiamo dette (V. Lettera ſcritta all'Accademia Etruſca di Cortona da un Accademico della medeſima ſopra la vera immagine di Epicuro). Egli inferiſce da queſto Erma, che la Tav. IV. e XXV. del primo volume del Muſeo Capitolino raſſomiglia Epicuro, ſiccome quella della Tav. XXX. delle immagini degli Uomini illuſtri inciſe da Agoſtino Veneziano. Congettura ancora, che da queſto monumento ſe ne conoſceranno altri rappreſentanti Epicuro. Imperocchè non può eſſere altrimenti, che non ſi ſcuoprano molti di lui ritratti, mentre afferma Plinio (lib. 35. cap. 2.) che non ſolo tenevano nelle ſtanze i ritratti di queſto filoſofo, ma ancora i di lui diſcepoli li portavano addoſſo. Cicerone ci inſegna (lib. 5. de Finibus cap. 1.) che non ſolo erano ſoliti di rappreſentare Epicuro nelle pitture, ma ancora negli anelli, e fino nelli bicchieri. Queſte coſe ſono ſtate dette con gran ſaviezza dal Chiar. Autore. Ma coſa diventarono quei buſti del Muſeo Capitolino, i quali per l'avanti erano ſtati giudicati per Epicuri? Certamente ſono ſtati poſti loro dei nuovi nomi a capriccio: uno di queſti è diventato Liſia ſecondo l'Autore della deſcrizione del Muſeo Capitolino (in 4. pag. 38.) di cui promette che in altro luogo riporterà altri due buſti. Se di Liſia noi aveſſimo medaglie, o buſti coll'antica iſcrizione non ſarebbe da dubitarne, e certamente crederei ciò che ſcrive l'autore, ma ſtando queſto altrimenti chi non confeſſerà aver egli tirato ad indovinare? I più ſcuſabili tra gli Antiquarii ſono quelli che ſi ſono fondati ſopra i Medaglioni, che ſi chiamano dagli Antiquarii Contorniati battuti intorno ai tempi dell' Imperator Teodoſio. Ma è di piccol peſo l'autorità di queſti monumenti; perchè ſono di un lavoro che dimoſtra troppo la decadenza delle belle Arti in quei tempi, ſiccome ancora alcuni di queſti Contorniati rappreſentano degli Imperatori dell'alto Impero, come Nerone, Traiano, di modo che oſſervate le loro medaglie antiche, appena vi ſi riconoſce la loro ſomiglianza. Molte medaglie principalmente riportate dal Geſnero (Numiſm. Viror. Illuſtr. Tav. 1. 2. 3. e 4.) ſono manifeſtamente falſe, come ciaſcuno

che

*Hoc autem opus ab anno 1756. aggreſſus fueram, illudque ad umbilicum perductum, & a cenſoribus auctoritate publica mihi aſſignatis probatum, tabulis aere inciſis etiam paratis anno 1768. in manus hominum emittere cogitabam; cum repente in tempora incidi, quae fortunas omnes meas labefactarunt, ac fere deleverunt, & niſi Patroni mei Romani, vir praeſertim ex Principibus unus, animi bonitate, ac munificentia omnino ſingulari, praeſto fuiſſet, me prorſus animum deſpondere coegiſſent. Cujus enim non fregiſſent animum calamitates, quibus, quamvis innocens, modo non extinctus Romam pulchrarum Artium, liberaliumque ſtudiorum parentem, altricemque dulciſſimam relinquere, ac patriam remeare coactus fui? Quamquam autem iis infortuniis utcumque relevatus videri poſſem, eorum tamen effectus aliquos, qui mihi ſcilicet magno ſteterunt, evitare nullo modo contigit. In eo enim tumultu, ac perturbatione rerum furto mihi ſublatae ſunt tabulae plures aeneae, quae nimirum ad hoc pertinebant opus, ac praeſertim antiquiſſima collectio delineationum in foliis tranſverſis ducentorum circiter monumentorum opere anaglypho Romae maximam partem exiſtentium. Sublata ſunt etiam nonnulla, quae delineari jam curaveram, alteri hujus operis volumini deſtinata, & inter haec aliquot veterum monumentorum delineationes, quas poſtmodum Winkelmann publici juris fecit. Importunum hic eſſet libros & pretioſos, & raros, nec non commentaria de rebus antiquis a me conſcripta enumerare, quorum jacturam eadem calamitate ferre debui; illudque potius commemorabo, viri de literarum Repubblica optime meriti Praeſulis Foggini curis ac diligentia factum eſſe, ut pecunia redimere poſſem, poſt annos circiter decem, pleraſque tabulas aeneas, de quibus dixi, Romae in Monte, qui vulgo dicitur Pietatis, oppignoratas (6). His malis tandem re-*

De tempore quo opus inceptum eſt.

De rationibus quae opus hoc retardarunt.

Tabularum aerearum furta, & alia.

*verit, ſtatim percipit. Hujuſmodi ſunt numiſmata Priami, Helenae, Artemiſiae, Didonis, Ariſtotelis, Themiſtoclis, Hectoris, aliorumque Heroum. His invictis argumentis poterit evidenter inferri quam paucae virorum illuſtrium genuinae imagines in pleriſque Eunopae Muſeis inveniantur. Ego de iis ſermonem inſtituere nolo, quia nimis in longum abiret oratio. Satis equidem dixi. Si vir quiſpiam illuſtris in aliquem lapſus eſt errorem, id illico efficit ut plures alii labantur: quoniam plerique auctores ſeſe invicem deſcribunt, moleſtiamque recuſant examinis earum rationum, propter quas aliquid affirmatur. In eos aliquo modo quadrare poſſet quod magnus Cicero (Lucullus lib. 2. cap. 3.) in quoſdam philoſophos graviſſime pronunciavit.* Nam caeteri primum ante tenentur adſtricti, quam, quid eſſet optimum, judicare potuerunt. Deinde infirmiſſimo tempore aetatis, aut obſecuti amico cuidam, aut una alicujus, quem primum audierunt, oratione capti, de rebus incognitis judicant, & ad quamcumque ſunt diſciplinam quaſi tempeſtate delati, ad eam, tamquam ad ſaxum adhaereſcunt. Nam, quod dicunt omnia ſe credere ei, quem judicent fuiſſe ſapientem, probarem, ſi ipſum rudes & indocti judicare potuiſſent. *Itemque illa (De Natura Deor. lib. 1. cap. 30.)* Quam bellum erat velle confiteri potius neſcire, quam iſta effutientem nauſeare, atque ipſam ſibi diſplicere. *Equidem ſemper mihi cavendum eſſe duxi, ne hujuſmodi homines imitarer. Hinc ſane factum eſt ut plurima in Muſeis, & Dactyliothecis & libris ſimulacra nominibus ad arbitrium impoſitis expoliarem; quaeque dubia eſſe debeant omnino dubia eſſe pronunciarem. An ideo mihi literati homines jure ſuccenſeant? Minime quidem. Iis enim, qui doctrina & eruditione delectantur, praejudicatis opinionibus omnino contemptis, nihil veritate eſſe debet antiquius. Itaque, quod ego larvam mendacio detraxerim, gratias illi potius agere mihi debebunt, aut ſaltem labores meos aequi bonique conſulere. Glorioſiorem aliqui fortaſſe me hoc loco dicent. Sed cur Horatianum illud* ſume ſuperbiam queſitam meritis *ſemel uſurpare non potero? Id ſi mihi negetur, certe Literarum Rempublicam, quod pertinet ad antiqua monumenta, magnis erroribus, queis per 200. Annos involuta fuerat, a me liberatam fuiſſe mihi gratulabor.*

(6) *Hominibus, qui literas colunt, nihil carius eſſe debet, quam ea librorum & calamo exaratarum chartarum ſuppellex, quae colendis iiſdem litteris inſervit. Hinc liceat mihi ſignificare, ut ſi quis forte penes ſe habet dominum agnoſcat, & ſi coſcientiae ſtimulis agitatur, noverit cui reſtituere debeat, in illa perturbatione mearum omnium rerum furto mihi fuiſſe ſublatum inter tot libros Muſei Pembrokiani librum oppido rariſſimum Vituli pelle cum aureis ornamentis contectum. Ut facilius agnoſcatur liber addam, initio ante tituli chartam duos eſſe verſus manu ſci-*

*Quando prin. cipiai l'Opera*

*Motivo del ritardo dell' Opera.*

*Furti dei rami dell' Opera ed altre coſe.*

Io aveva principiato queſta mia opera nell' anno 1756. ed era condotta al termine nell' anno 1768. con le tavole inciſe in rame, e ſenza dilazione penſava di pubblicarla eſſendo già ſtata approvata dai Cenſori dalla Pubblica Autorità deſtinati, quando all' improvviſo io m' imbattei in circoſtanze di tempi che danneggiarono, e quaſi rovinarono del tutto le mie fortune, e ſe non mi aveſſero aſſiſtito i miei Protettori Romani, e particolarmente un Principe di bontà, e di munificenza totalmente ſingolare, avrebbero del tutto abbattuto il mio ſpirito. Poichè qual coraggio avrebbe potuto reſiſtere alle calamità, per le quali, quantunque innocente, quaſi ridotto al nulla, fui coſtretto a laſciar Roma Madre, e Nutrice dolciſſima delle belle Arti, e ſtudii liberali, e ritornarmene alla Patria? Benchè poi poteſſe parere che io foſſi alquanto ſollevato da tante diſgrazie, con tuttociò non potei in alcun modo evitare alcuni effetti di quelle, che per verità mi coſtarono aſſai. In queſto tumulto, e confuſione di coſe, mi furono rubati molti rami della mia opera, ed una copioſiſſima raccolta di diſegni in foglio per traverſo di ducento in circa baſſirilievi, la maggior parte eſiſtenti in Roma. Inoltre mi furono portati via molti diſegni deſtinati per il ſecondo tomo della mia opera, e tra queſti alcuni monumenti inediti Antichi, che poi ha pubblicato Winkelmann. E' inutile di numerare i prezioſi, e rari libri, e varie Memorie manoſcritte da me ſpettanti alle Antichità, la qual perdita io ho dovuto ancora in queſta mia diſgrazia ſopportare. Rammenterò più toſto che per le premure, e la diligenza di Monſignor Foggini tanto benemerito della Repubblica Letteraria, io potetti dopo dieci anni in circa ricuperare co' miei danari la maggior parte dei rami, dei quali io ho parlato, che erano ſtati impegnati in Roma nel Monte di Pietà (6). Finalmente ſol-

le-

Reca bensì maraviglia che gli Antichi ſe ne faceſſero una gloria, mentre Ateneo al *lib.* 10. *p.* 434. dice che nel ſepolcro di Dario Rè di Perſia leggevaſi l' appreſſo epigrafe: *che aveva potuto bere molto vino e ſenza incomodo*. L' iſteſſo Autore nel luogo cit. p. 437. narra, *al ſepolcro di Calano Indo filoſofo aver fatto Aleſſandro celebrare giochi gimnici, e muſicali, ed aver comandato, che foſſero le ſue lodi con una orazion funerale celebrate. Propoſe inoltre agl' Indi bibaci una disfida a chi più di loro beveſſe. Il premio del primo vincitore era un talento, del ſecondo trenta mine, del terzo dieci, ma trentacinque di quelli, i quali più avidamente bevvero, ſubito dal freddo caddero morti. Sei dopo un breve intervallo di tempo perirono nelle tende. La vittoria conſeguilla un certo Promaco, che tracannò quattro coe cioè 40. libbre* (20) *di puro vino*. Chi mai crederebbe, che Senocrate Calcedonio diſcepolo di Platone per la ſua continenza famoſo, ſi rendeſſe illuſtre per la ſua bibacità: *Nelle feſte di Dioniſio Tiranno di Siracuſa fu propoſto il premio d' una corona d' oro a chi più beveſſe: Senocrate fu vincitore:* come afferma Eliano *var. iſt. l.* 2. *c.* 41. (dove riferiſce i nomi di molti bevitori). Non dee paſſarſi ſotto ſilenzio l' inſania grande dell' acerrimo nemico de' Romani Mitridate Rè di Ponto che per 40. anni fece loro la guerra. *Queſti* (come narra Plutarco nel *lib.* 1. delle queſtioni convivali *queſt.* 6.) *Nei combattimenti che iſtituì, propoſe un premio per chi più mangiaſſe, e beveſſe, ed egli ſteſſo nell' uno, e nell' altro reſtò vincitore, avendo ſuperato in ciò tutti gli uomini di quei tempi, onde riportonne il cognome di Bacco* (21). Il figlio di Cicerone era ſolito di bere due congj di vino, e queſta gloria volle togliere a Marc' Antonio ucciſore del padre ſuo: Imperocchè queſti avanti Cicerone avidiſſimamente aveva conſeguito la palma di gran bevitore, avendo dato ancora alla luce un Volume ſulla ſua ebrietà (22).

Non ſolamente l' Iſtoria ci ſomminiſtra dei gran bevitori, ma ancora delle grandi bevitrici, tra le quali ſi reſe illuſtre quella nominata da Ateneo (23) che a digiuno beveva tre congj di vino. Famoſa ancora fu Clio, della quale così s' eſprime Eliano (24): *Clio non ſolamente, come dicono, ardì di contendere colle femmine, ma ancora cogli uomini bevitori, e fu valoroſiſſima nel bere, e ſuperò tutti, e a giudizio mio conſeguì una vergognoſiſſima vittoria* (25).



(19) La maggior parte de' Letterati convengono la *Choa* eſſere l' iſteſſa miſura che il *Congio* che comprende dodici cotile, ciaſcuna delle quali peſava dieci oncie, onde quella tazza conteneva venti libbre di vino.

(20) Di Calano e Promaco vedi Eliano Var. Hiſt. lib. 2. c. 41. Vedi Diogene Laerzio l. 4. nella vita di Senocrate.

(21) Quello che maggiormente ancora dee ſorprendere, ſi è che gl' Iſtorici non hanno traſcurato di nominare e commendare ai poſteri gli Uomini dediti al bere, ed all' ubriachezza, come ſi può vedere in Eliano lib. 2. cap. 41. & lib. 12. c. 26., il quale principalmente fa menzione di Senagora di Rodi che per ſoprannome fu chiamato *Anfora*, Eraclide Pugile, Protea figlio di Lanica educato con Aleſſandro; ed Aleſſandro medeſimo. Molte altre perſone di ſimil tempra ſi nominano da Plutarco Sympoſ. lib. 1. q. 6.

(22) Plin. Hiſt. lib. 14. c. 22. degno d' eſſer letto, *de vitanda ebrietate*.

(23) Athen. lib. 11. p. 486.

(24) Ael. lib. 2. c. 41.

(25) Di queſti gran bevitori di vino vedi il detto Ateneo lib. 10. p. 434. e ſeq. e lib. 11. ed Eliano vol. 1. lib. 2. c. 41. e vol. 2. lib. 12. c. 26.

## II.

# TIBERIUS.

## AELII OPUS,

*Carneolae inciſum.*

APUD DUCEM CORSINI ROMAE.

*TUnc maximè ingenuis artibus ſplendoris plurimum accedere conſuevit, cum eas a viris principibus in pretio haberi contigit, & decora ingenia ad illas expoliendas, perficiendaſque propoſitis praemiis excitata ſunt. Hinc factum eſt, ut Alexandri, Auguſtique felicibus aetatibus ad ſummum illae perductae faſtigium diu floruerint. Deinde labentibus annis immortalis Familiae Mediceae beneficio praecipue e ſitu & tenebris emerſerunt, & ad lucem undequaque ſunt revocatae. Nec poſtrema Franciſci I. & Ludovici Magni laus eſt, quod eorum munificentia & praeſidio diſciplinarum, atque artium fines producti ſint. Alia pariter ex Moecenatum favore dimanat utilitas, quod etiam poſt eorum obitum aliquandiu pulchrorum operum remanent veſtigia, quae ceteri imitentur. Auguſtaeum illud ſaeculum ſummorum virorum proventu celeberrimum eximios opifices protulit, e quorum ludo poſtea alumni haud diſſimiles prodiere. Hos inter Tiberii aetate Aelius noſter non vulgarem ſibi vindicat locum, etſi veterum Scriptorum, qui ſuperſunt, elogio careat, nam quantum ingenio manuque valeret, hoc opere patefacit. Is nempe Romanis Artificibus adnumerandus non temere videtur, & Aeliae gentis, cuius fortaſſe libertus fuerat, nomen mutuatus, quod libertis uſuveniſſe comperimus* (1).

*Sed quicumque Aelius ille fuerit, ſcalpendi gemmas peritiſſimum fuiſſe fatendum eſt, artemque aemulatum Dioſcoridis, qui in gemma Auguſti, ut Plinius narrat, expreſſit imaginem, qua poſtea Imperatores literas obſignare conſueverunt* (2). *Aelius itaque Tiberium adverſum effinxit in gemma, quam proferimus, eademque quantum is arte valeret abunde declarat, nihil enim mollius oris forma, quam prae ſe fert effigies, nihil elegantius capillis venuſte ſciteque diſciſſis: Fortaſſe in hac gemma ſculptus eſt Tiberius adhuc juvenis, cum magnis rebus geſtis adverſus Barbaros regreſſus eſt, quod prudenter ſuſpicatur in Commentariis ad Muſeum Odeſcalchi gemmam haud abſimilem referens eruditiſſimus P. Nicolaus Galeotti* (3).

*Tiberius ſummus fuit ſimulandi, diſſimulandique magiſter, ingenio vafro, verſipelli, ad vindictam prono, crudelitati immani, monſtroſiſque libidinibus obnoxio, quae vitia ſenſim exeruit, & omnia ſimul longius aetate provectus effudit, maximeque in Capreenſi ſeceſſu, quo ſe ad extremum contulit, ut procul a conſpectu hominum ſeſe totum liberius, ac ſecretius ſocordiae manciparet, foediſſimis indulgendo voluptatibus. Inutile quidem eſt de hoc iniquitatis monſtro hominibus inviſo amplius inquirere, cuius infanda flagitia relatu indigna duximus, altiſſimoque damnanda ſilentio* (4), *quamquam ſuperſunt adhuc illius aevi Scri-*

(1) *Aeliae gentis complures clariſſimaeque familiae Romae fuerunt, Catorum, Tuberonum, Lamiarum &c. Nondum Tiberii aetate immutata nominum ratio videtur, ſed inferioribus temporibus Aelii nomen in praenomen abiiſſe; vide Spart. in Adr. p. 150. in Sev. p. 610. & 632. in Peſc. Nigr. p. 651. & Lamprid. in Alex. Sev. p. 1044. & 1048.*

(2) *Vide Plin. lib. 37. c. 1. & Suet. in Aug. c. 50.*

(3) *Muſ. Odeſc. vol. 1. p. 37. & 38.*

(4) *Conſule Tacit. lib. 6. Annal. c. 1. &c. Suet. in Tib. c. 61. Dion. Caſs. lib. 57. & 58. & S. Aur. Vict. Epit. p. 428. Animadvertendum tamen eſt aliqua huius immodicae laſciviae monumenta ſupereſſe, quae ab Antiquariis abuſive Spintriae nuncupantur (vide Suet. in vita Tib. c. 43.). Variae turpes actiones, quas honeſto lectori pudet referre, hiſce nummis expri-*

## II.

# TIBERIO.

## *OPERA D'ELIO,*

### Inciſa in Corniola.

*APPRESSO IL DUCA CORSINI IN ROMA.*

QUando le belle Arti, e le Scienze ſono premiate dai Sovrani, non mancano belli Ingegni che in eſſe facciano ſpiccare il loro talento; come appunto ne' felici tempi d'Aleſſandro il Grande, e d'Auguſto ſucceſſe, nei quali mediante il loro patrocinio all' ultima perfezione pervennero, e per tanto tempo fiorirono. Non minor gloria in queſto s'acquiſtò l' immortale famiglia de' Medici, che fece tutte le belle Arti, e tutte le Scienze riſorgere dalle denſe tenebre, nelle quali per tanto tempo erano ſtate oſcurate, ed involte, e dopo queſto avvenimento da per tutto ſi propagarono. Degni ſimilmente d'eterna lode furono Franceſco I. Rè di Francia, e Luigi il Grande che per la loro munificenza, e protezione fecero prendere alle belle Arti nelle Gallie nuovo vigore. Il buono effetto ancora che producono i grandi Mecenati, è che ne' tempi ſucceſſivi al loro regno reſtano almeno per qualche ſpazio di tempo illuſtri ſeguaci. Quindi è che dopo l'aureo ſecolo d'Auguſto per tanti inſigni letterati, ed artefici famoſo non mancò chi ſeguitaſſe le loro veſtigia. Merita tra queſti un luogo diſtinto il noſtro artefice Elio viſſuto ſotto Tiberio, benchè dagli antichi Scrittori che ci rimangono, non ne ſia ſtata fatta menzione; nulladimeno la ſua Opera dimoſtra quanto in queſt'arte foſſe eccellente. Queſti certamente può giudicarſi tra i Romani artefici, ed aver preſo il nome dalla gente Elia, della quale facilmente era Liberto, come ſappiamo che ſoleva farſi a riguardo dei Liberti (1).

Chiunque foſſe queſt' Elio, ciaſcuno confeſſerà eſſere ſtato un celebre inciſore di gemme, ed avere imitato Dioſcoride, il quale, come racconta Plinio, eſpreſſe in una gemma l' immagine d' Auguſto colla quale ſi ſervirono dipoi gl' Imperatori per ſigillare le lettere (2). Elio adunque ſcolpì in queſta noſtra gemma Tiberio di faccia, e quanto in queſta arte egli valeſſe baſtantemente lo fa conoſcere la morbidezza ed il lavoro del volto di queſto Imperatore, ed i capelli della teſta con tanta eleganza, e maeſtria diviſi. Facilmente è ſtato ſcolpito in queſta gemma Tiberio nell' età ſua giovanile, quando ritornò vittorioſo dall' impreſa felicemente condotta contro i Barbari, come giudizioſamente congettura l' eruditiſſimo Padre Galeotti nell' Oſſervazioni al Muſeo Odeſcalchi (3) riportando una gemma conſimile.

Tiberio fu gran maeſtro nell' arte del ſimulare, e diſſimulare, di naturale finto, ed aſtuto, inclinato alla vendetta, dedito alla crudeltà, e ad ogni più moſtruoſa laſcivia, i quali vizj appoco appoco ſi ſcoperſero, e tutti finalmente nella ſua avanzata età ſi manifeſtarono, e principalmente nel ritirarſi all' Iſola di Capri, dove lontano dall' aſpetto degli uomini, più liberamente, e più ſegretamente ſi diede in preda alla pigrizia, ed ai ſozzi piaceri. Di queſto moſtro di ſcelleraggini odioſo a tutti gli uomini non intereſſa il farne più ricerca, avendo noi ſtimato bene paſſar ſotto ſilenzio le ſue inenarrabili iniquità (4), quantunque ſi ſono trovati Iſtorici, i quali non ſola-



(1) Infinite, e chiariſſime famiglie della Gente Elia furono in Roma, come de' Cati, Tuberoni, Lamia ec. All' età di Tiberio ſi vede non eſſere ancora mutati i nomi, ma però nei tempi più baſſi eſſerſi convertito il nome d'Elio in prenome. Vedi Sparziano in Adr. p. 150. in Sev. p. 610. e 632., in Peſc. Nigr. p. 651., e Lampridio in Alex. Sev. p. 1044. e 1048.

(2) Vedi Plinio lib. 37. c. 1. e Svetonio in Auguſto c. 50.

(3) Muſ. Od. vol. 1. p. 37. e 38.

(4) A queſto propoſito può vederſi Tacit. lib. 6. ann. c. 1. Svet. in Tib. cap. 61. Dion. Caſſ. lib. 57. e 58. e Seſt. Aur. Vitt. p. 428. Ci reſtano alcuni monumenti d' Antichità di queſti ecceſſi di laſcivia in alcune piccole medaglie, che abuſivamente dagli Antiquarj chiamanſi Spintrie. (Vedi Svet. in Tiber. c. 43.) In queſte medaglie ſono rappreſentate diverſe infami azioni, con un Numero

*Scriptores, qui non modo de Tiberii ſceleribus conticeſcunt, ſed veluti optimi Principis exemplar ipſum nobis obtrudunt* (5). *Quo corporis habitu fuerit Tiberius, referre ſupervacaneum foret, niſi hoc ad gemmam, de qua ſermo eſt, illuſtrandam inſerviret. De illo itaque Svetonius* (6) *ait:* Colore erat candido, capillo pone occipitium ſubmiſſiore, ut cervicem etiam obtegeret, quod gentile in illo videbatur; facie honeſta, in qua tamen crebri, & ſubtiles tumores cum praegrandibus oculis; incedebat cervice rigida & obſtipa (7): adducto fere vultu, plerumque tacitus. *Mento fuit etiam proiecto.*

*Ad huius Tabulae ornamentum exhibeo Cameum, quod exſtat in Muſeo celeberrimi Antiquarii, Marchionis Commendatarii Franciſci Vittori* (*), *in quo Tiberius expreſſus eſt, cuius effigies deſcriptioni Svetonii apprime convenit. Siqua eſt praeſtantiorum Sculptorum opera, quae ſpectantium oculos rapiat, admiratione impleat, & ſumma animos voluptate perfundat, hoc anaglyphum oſtendit oniche exſcalptum, quod inter eximios principem ſibi merito vindicat locum.*

*I. C. M.*

*exprimuntur in parte antica, in poſtica eſt Numerus. Harum turpitudinum imitator fuit Julius Romanus, qui figuras obſcaenas diverſis actionibus delineavit, & celeberrimus M. Antonius Raimundi figuris aeneis ſculpſit, ut a Vaſari* (*T.* 4. *p.* 282.) *narratur*. Exinde (*inquit.*) in viginti foliis incidendos curavit a Marco Antonio modos, actiones, ſituſque diverſos, queis homines inverecundi mulieres cognoſcant, & quod peius, cuique actioni Petrus Aretinus Italicam inhoneſtiſſimam poeſim appoſuit, quae ab Italis dicitur Sonetto: Ita ut dubium mihi ſit, quale magis foedum ſpectaculum, vel Julii delineationes videndi, vel audiendi verba Aretini.

(5) *Valerii Maximi in Prologo, & lib.* 9. *c.* 11. *& potiſſimum Velleii Paterculi lib.* 2. *aſſentatione nihil odioſius, nihil quod magis bilem moveat, dum graviſſimam, atque ornatiſſimam Tiberii laudationem inſtituit. De hac re vide diſſertationem Ab. Tilladet in vol.* 2. *Memoires des Inſcriptions p.* 458. *& ſeq. aliqua tamen hiſce Scriptoribus venia danda eſt propter temporum iniquitatem: ea enim tempeſtate ſcripſerunt, qua ut eorum incolumitati conſulerent ob Tyrannorum ſuſpicionem, ac nequitiam, non modo veritati fucum facere oportebat, ſed a frigidis laudibus abſtinere, quae immanis vituperii loco haberi, & periculum auctoribus creare poterant. Conſule Quintilianum lib.* 4. *praef. p.* 219. *qui de Domitiano iniquitatis ac ſaevitiae Monſtro verba faciens, ipſum appellat morum ſanctiſſimum Cenſorem &c. ſubicit deinde.* Nunc omnes in auxilium Deos, ipſumque imprimis, quo neque praeſentius aliud, neque ſtudiis magis propitium numen eſt, invocem &c.

(6) *Svet. in Tiber. c.* 68.

(7) *Perſius Sat.* 3. *v.* 80.

Obſtipo capite, & figentes lumine terram.

(*) Vide Tab. I. n. 1.

mente le ſcelleratezze enormi di queſto Imperatore hanno taciuto, ma come un modello d'ottimo Principe ce l'hanno voluto a viva forza rappreſentare (5). Sarebbe inutile l'indagare la forma del volto di Tiberio, ſe non ſerviſſe ad illuſtrare la noſtra gemma. Dice adunque Svetonio (6) *che era di bianca carnagione, con i capelli abbaſſati dietro la nuca, che coprivano ancora la cervice, coſa ſolita nella ſua famiglia. Aveva la faccia piacevole, ma piena di tumori e con occhi grandiſſimi, camminava con rigida, e curvata cervice* (7) *e con ſeverità nel volto e per lo più taciturno*. Aveva ancora il mento ſportato in fuori.

Per ornamento di queſta Tavola pubblicherò un Cammeo eſiſtente nel Muſeo del celebratiſſimo Commendatore Marcheſe Vettori (*), dove è eſpreſſa l'immagine di Tiberio, la quale mirabilmente conviene con la deſcrizzione indicata da Svetonio. Se mai ci è un lavoro dei più eccellent incisori in pietre, il quale rapiſca gli animi dei riſguardanti, e d'ammirazione, e d'infinito piacere gli riempia, ſenza dubbio è queſto Cammeo, con maraviglioſo artifizio in un Niccolo da un eccellentiſſimo Greco inciſore ſcolpito, che meritamente può trai più celebri artefici conſeguire il primato.

I. C. M.

da una parte, dall'altra l'azione, che non conviene all'oneſto lettore di riferire. Imitatore di queſte iniquità è ſtato Giulio Romano, il quale diſegnò venti figure oſcene in diverſe azioni, ed il famoſiſſimo M. Ant. Raimondi le inciſe in rame conforme narra Vaſari dicendo (T. 4. p. 282. nella vita di Giulio Romano) *Fece dopo queſte coſe Giulio Romano in venti fogli intagliare da M. Ant. in quanti diverſi modi, attitudini, e poſiture giacciono i diſoneſti uomini con le donne, e che fu peggio, a ciaſcun modo fece Meſſer Pietro Aretino un diſoneſtiſſimo Sonetto, in tanto che io non ſo qual fuſſe più, o brutto lo ſpettacolo dei diſegni di Giulio all'occhio, o le parole dell'Aretino agli orecchi*.

(5) Muovono certamente a ſdegno le incredibili, e ſtomachevoli adulazioni date a Tiberio da Val. Maſſimo nel prologo, e nel lib. 9. c. 11. e da Velleio Patercolo principalmente nel lib. 2. i quali eſaltarono con graviſſime, ed infinite lodi queſto Imperatore: Merita d'eſſer letta la diſſertazione dell'Abate Tilladet nel Vol 2. Mem. des inſcr. p. 458. e ſeq. Devono contuttociò in qualche parte ſcuſarſi queſti Scrittori, ſu la conſiderazione dei tempi sì iniqui, nei quali ſcriſſero; imperocchè per evitare i ſoſpetti del Tiranno, ed eſſer ſicuri, faceva d'uopo non ſolamente occultare la verità, ma aſtenerſi ancora da lodare freddamente, perchè potevano eſſere le loro fredde lodi interpetrate in luogo di biaſimo, ed arrecare notabil pericolo. Vedi a queſto propoſito Quintiliano lib 4. Praef. p. 219. il quale parlando di Domiziano moſtro d'iniquità e crudeltà lo chiama religioſiſſimo cenſore dei coſtumi ec. Soggiunge dipoi: *Ora invocherò tutti gli Dei, e principalmente Domiziano, di cui non vi è Deità più favorevole, nè più propizia agli ſtudj*.

(6) Svet. in Tib. c. 68.

(7) Perſio nella ſat. 3. v. 80.

*Col capo chino, e ſiſſo in terra il guardo*.

(*) Vedi Tav. I. n. 1.

# III.

# I. C. M. AURELIUS ANTONINUS AUG.

## AEPOLIANI OPUS,

*Gemmae inciſum.*

IN ECTYPO VITREO APUD BARONEM DE STOSCH (1).

*PRaeſtantis Aepoliani Latini Artificis nomen Latinis literis inſcriptum haec gemma praeſefert, de quo nulla apud veteres Scriptores notitia. At fuiſſe illum non vulgarem Graecorum Artificum imitatorem, ac felici illa M. Aurelii aetate, vel paulo inferius floruiſſe, ex hac ipſa gemma deprehendimus, quae ita affabre elaborata perſpicitur, ut inter praeclara huius generis monumenta merito recenſenda videatur* (2). *Nam poſterioribus ſaeculis, quantum jacturae fecerint nobiliores artes, neminem arbitror ignorare, qui levem, atque jejunam nactus ſit picturae, aut praeteritorum temporum cognitionem, prout numiſmata non ſolum, ſed ſtatuarum, protomarumque reliquiae abunde teſtantur. Non enim ultra valde illam aetatem haec praeſtantiſſimarum artium ſtudia ſapientiſſimi Principis Auguſti opera invecta, ſucceſſorumque beneficio, ac favore exculta, & confirmata Romae floruerunt. Non dubito quin permulta Romanorum Artificum, qui ex Graecorum magiſtrorum ludis prodiere, aeque ac Aepolianum, celeberrima nomina ſupereſſent, niſi tot literarum monumenta, quibus ea continebantur, temporum inſelicitate, & injuria intercidiſſent. Itaque in hac gemma caput Imp. M. A. Antonini conſpicitur brevibus ornatum capillis gradatim detonſis, qui nulla criſpantur arte, ſed ſua ſponte diffluunt, atque viciſſim agglomerantur, partim vertici imminent, partim in faciem vergunt, ac frontem obumbrant. Naſus oblongus, directuſque, barba non incompta, atque aſpera, ſed nativo cultu fluens, philoſophicam ſimul ſpeciem, ac Imperatoriam majeſtatem demonſtrat.*

*Haec forma M. Aurelii Antonini cum nummis, equeſtri ſtatua, protomiſque Romae extantibus mirifice convenit. Et quamvis in tenui, parvoque lapillo, vultus lineamenta ſubtili exculta artificio minus pateant, tamen invicem ſi comparentur, gemmamque microſcopio rimemur, fatebimur omnia diligentiſſime ſibimet reſpondere. Iure quidem meritoque M. Aurelio tum adoleſcenti, tum ſeni, viventi, ac mortuo Romani divinos cultus decrevere, & praeclare in rempublicam meritorum famam non ſcriptis modo, ſed aere, lapidibus, ſignis, columnis aeternitati commendarunt* (3); *tantoque in honore habuere, ut teſte Capitolino* (4) *ſacrilegus haberetur, qui domi ſuae inter Deos Penates piiſſimi Imperatoris imaginem non retineret. Hinc innumera ſuperſunt optimi Principis ſimulacra quibus loca publica privataeque aedes antiquitus ornabantur* (5). *Quamobrem grata ac peroptata eſſe debet omnibus, ac praecipue antiquitatis cul-*

(1) *Inquit Winkelmann p. 445. & ſeq. Deſcription des Pierres Gravées &c. eſſe hanc gemmam in Muſeo Ducis de Devonshire.*

(2) *Inquit Stoſch p. 2. apparet.* Aepolianum noviſſimum fuiſſe artificem, qui gemmis nomen ſuum inſcripſerit, cum in iis quae vultus Imperatorum poſt Antoninum hunc referunt, vel alias imagines, ex quibus certum tempus erui poſſit, nunquam Sculptoris nomen legatur.

(3) *Perilluſtres victorias in Germanoſ, Sarmatas, Marcomannos, Quados &c. retulit ob quas Germanici, Sarmatici, Armeniaci, Parthici &c. nomen adeptus eſt. S. P. Q. R. ſuorum triumphorum monumenta in nummis aeternitati donare voluit, ut in Angeloni Hiſtoria Auguſta, & in Mediobarbi numiſmatibus obſervantur, praeſertim quae ab ipſius nomine dicta eſt Columna Antonina, in qua eius geſta a praeſtantioribus illius etatis Sculptoribus exculpta fuere, quaeque ob excellentiam opificii fuit, eritque ſemper tam ignarorum, quam ſapientum admiratio, poſt eam artis ſtatuarie miraculum in foro Traiani erectam quae divini Raphaelis Sanctii, Julii Romani, & Polidori de Caravaggio magiſtra fuit, ut cuique pulchris artibus erudito in horum illuſtrium pictorum operibus animadvertere licebit.*

(4) *Capitol. c. 18. p. 539.* Et parum ſane fuit quod illi honores divinos, omnis aetas, omnis ſexus, omnis conditio, ac dignitas dedit; niſi quod etiam ſacrilegus judicatus eſt, qui eius imaginem in ſua domo non habuit, qui per fortunam vel potuit habere, vel debuit. Denique hodieque in multis domibus M. Antonini ſtatuae conſiſtunt inter Deos Penates.

(5) *Adeo Antoninorum memoriam antiquitas venerata eſt, ut plurimi pravi Imperatores Commodus, Caracalla, Macrinus, Heliogabalus, Antonini nomen aſſumere affectaverint, ſummus procul dubio optimorum principum exemplum, qui ſunt, & ſemper erunt rariſſimi, dum ait Vopiſcus in vita Imp. Aureliani p.* 122. Vides quaeſo, quam pauci ſint Principes boni, ut bene dictum ſit a quodam mimico ſcurra Claudii, huius temporibus, in uno anulo bonos Principes poſſe perſcribi, atque depingi. *Lampridius in vita Heliogabali p.* 259. Antonini ſibi nomen aſciverat, vel in argumentum generis, vel quod id nomen uſque adeo clarum eſſe cognoverat gen-

III.

# I. C. M. AURELIO ANTONINO AUG.

## *OPERA D' EPOLIANO,*

Inciſa in una paſta di vetro.

*NEL MUSEO DEL BARONE DE STOSCH* (1).

NEſſuna memoria dagli antichi Scrittori abbiamo dell' inſigne latino artefice Epoliano che ha inciſo in caratteri latini il ſuo nome in queſta gemma. Ma dall' iſteſſa gemma può dedurſi eſſere egli ſtato dei Greci artefici illuſtre imitatore, ed eſſere fiorito poco dopo i feliciſſimi tempi di M. Aurelio. Queſt' Opera è con tanta eccellenza d' arte lavorata che giuſtamente tra i monumenti più celebri di ſimil genere deve conſiderarſi (2). Imperocchè è fuor di ogni dubbiezza che il noſtro nobiliſſimo artefice non può eſſer viſſuto in tempi molto poſteriori a queſto Imperatore, perchè ben preſto ſi vidde dopo di lui la decadenza delle belle Arti, come ciaſcuno che n' abbia una ſemplice tintura ne potrà giudicare dagli avanzi che di tanti antichi monumenti di medaglie ſtatue buſti ci rimangono. Imperciocchè dopo queſta età degli Antonini non fiorirono più queſti ſtudj delle belle Arti introdotti e promoſſi da Auguſto, e col favore e munificenza dei ſucceſſori coltivati. Se la barbarie, e l' ingiurie dei tempi non aveſſero cagionato la diſtruzione di tanti autori, non ci mancherebbero a mio parere memorie di molti inſigni artefici Romani, i quali ſeguitarono la maniera de' Greci, come appunto fece in queſta gemma il noſtro artefice Epoliano. In eſſa pertanto ſi oſſerva la teſta dell' Imp. M. A. Antonino ornata di corti capelli nell' eſtremità un poco toſati, e ſenza veruno artifizio arricciati, in diverſe parti naturalmente cadenti, una porzione però di queſti ſono rivolti verſo la faccia, adombrando un poco la fronte. Il ſuo naſo è dritto e lungo, la barba non ſcompigliata, ma naturalmente compoſta dimoſtra un volto filoſofico, unito ad una dignità Imperiale.

Queſta immagine di M. Aurelio Antonino maraviglioſamente ſi raſſomiglia alle ſue medaglie, alla ſtatua equeſtre, e a i buſti eſiſtenti in Roma. E benchè in una piccoliſſima pietra non compariſcano pienamente i lineamenti del volto, quantunque con elegante artifizio lavorati, contuttociò ſe ſi eſaminerà queſta gemma col microſcopio confeſſeremo corriſpondere intieramente ai ritratti di queſto Imperatore. I Romani giuſtamente decretarono divini onori al gran M. Aurelio sì giovinetto che vecchio, sì vivo che morto, e la memoria delle ſue geſta non ſolamente con gli ſcritti, ma colle medaglie, iſcrizioni, ſtatue, e colonne eternarono (3). Ed in sì grande venerazione fu da tutti tenuto che al dire di Capitolino (4) ſacrilego era ſtimato colui, che tra gli Dei Penati in ſua caſa non conſervaſſe l' immagine di queſto piiſſimo Imperatore; perciò innumerabili buſti, e ſtatue ſimilmente dell' ottimo M. Aurelio ci rimangono, che erano negli antichi tempi sì de' privati, che de' luoghi pubblici ornamento (5). Per la qualcoſa grata, ed accettiſſima deve eſſere a tutti,

(1) Dice Winkelmann p. 445. Deſcript. des Pier. Grav. ec. eſſer queſta gemma nel Muſeo del Duca di Devonshire.

(2) Stoch a p. 2. dice *Pare che Epoliano ſia ſtato l'ultimo artefice che abbia inciſo il ſuo nome nelle gemme, poichè dopo M. Aurelio non ſi vede il nome di neſſuno inciſore, che ci abbia rappreſentato teſte d' Imperatori, o altre immagini dalle quali poſſa riconoſcerſi il tempo preciſo in cui furon fatte.*

(3) S' acquiſtò il noſtro Imperatore il nome di Germanico, di Sarmatico, di Armeniaco, di Partico ec. per le vittorie riportate contro queſte barbare nazioni. Il ſenato e popolo Romano volle conſervarne la memoria nelle ſue medaglie (come ſi può vedere nell' Iſtoria Auguſta d' Angeloni, e nelle medaglie Imperiali di Mezzabarba); ma principalmente volle conſacrare all' eternità le di lui geſta nella famoſa Colonna (detta Antonina) ſcolpita dai migliori Scultori di quei tempi, la quale è di sì eccellente lavoro che fu, e ſarà sì degl' ignoranti che dei ſapienti l' ammirazione, dopo la Colonna Traiana miracolo dell' arte Statuaria, che è ſtata la maeſtra del divin Raffaello, e di Giulio Romano, e Caravaggio, come ciaſcuno dilettante delle belle arti potrà nelle opere di queſt' inſigni Pittori ravviſare.

(4) Iul. Capitol. c. 18. p. 539. *E certamente non fu molto che ogni età, ogni ſeſſo, ogni condizione, e dignità gli accordaſſero divini onori, perchè era tenuto per ſacrilego quello che in ſua caſa la di lui immagine non aveſſe. Finalmente anche oggigiorno eſiſtono in molte caſe le ſtatue di M. Antonino tra gli Dei Penati.*

(5) L' Antichità ha venerato talmente la memoria degli Antonini, cioè di Antonino Pio, e M. Aurelio, che molti ſcellerati Imperatori, tra i quali Commodo, Caracalla, Macrino, e Eliogabalo, affettavano di prendere queſto nome reſo sì commendabile per le virtù di queſti due Imperatori. Gli ottimi Principi (come narrò Vopiſco nella vita d' Aureliano p. 122. ſono, e ſaranno ſempre rariſſimi: *Vedi di grazia quanti pochi ſono i Principi buoni*) *egregiamente diſſe un buffone, ed a tempo di Claudio che in uno anello ſi potevano regiſtrare, e dipingere i buoni Principi*. Lampridio dice nella vita d' Eliogabalo p. 259. *che queſto Imperatore aveva preſo il nome di Antonino, o in prova di*

*cultoribus Marci Aurelii Antonini Imperatoris recordatio, nam in hoc ſane Heroe omnes virtutes cumulantur. Extat illius ingenii praeclarius monumentum in aureo volumine* εις εαυτον *inſcripto, quod erit aere perennius, nec longa poterit abolere vetuſtas* (6). *Illud in eius laudem memorare ſufficiat, quod ubi comperit* (7) ſe ab Adriano adoptatum, magis eſt deterritus quam laetatus. Quumque ab eo domeſtici quaererent cur triſtis in adoptionem regiam tranſiret, diſputavit, quae mala in ſe contineret imperium. *Et re quidem vera Diocletianus ipſum imperium libentiſſime abdicavit, cumque* ab Herculio (8) atque Galerio ad recipiendum imperium rogaretur, tamquam peſtem aliquam deteſtans, in hunc modum reſpondit: Utinam Salonae poſſetis viſere olera noſtris manibus inſtituta, profecto numquam iſtud tentandum judicaretis. *Notatu quoque digniſſimum, quod Vopiſcus de regni difficultatibus edocet, inquiens* (9): Nihil eſſe difficilius quam bene imperare. Colligunt ſe quatuor vel quinque, atque unum conſilium ad decipiendum Imperatorem capiunt: dicunt quid probandum ſit. Imperator, qui domi clauſus eſt, vera non novit: cogitur hoc tantum ſcire, quod illi loquuntur: facit Iudices, quos fieri non oportet, amovet a Republica, quos debebat obtinere. Quid multa? ut Diocletianus ipſe dicebat, bonus, cautus, optimus venditur Imperator: ideo nihil eſſe difficilius bono principe. *Recte de illo ſcripſit celeberrimum noſtri ſaeculi ornamentum Monteſquieu* (10): On ſent en ſoi meme un plaiſir ſecret, lorſqu'on parle de cet Empereur. On ńe peut lire ſa vie, ſans une eſpece d'attendriſſement, tel eſt l'effect, qu'elle produit, qu'on a meilleure opinion de ſoi meme, parcequ'on a meilleur opinion des hommes.

*In effodiendis jam fundamentis novae Tranſtiberinae Eccleſiae SS. XL. Martyrum, numiſma ineditum maximi moduli mirique artificii repertum fuit, & modo in Muſeo Vaticano adſervatur* (*). *Extat in illo caput Marci Aurelii Imperatoris cum epigraphe AVRELIVS AVG. PII TR. P. X. COS. II. In poſtica parte Neptunus ſtans, dextera tridentem tenens, Ceres vero ſedens capite ſpicis ornato, dexteram calatho ſpicis repleto imponit, facem accenſam ſiniſtra gerit; è Cereris latere ciſta myſtica cum Serpente aſpicitur* (11). *Haec duo numina ad copiam frumenti per mare tranſvecti referuntur, ideoque hoc numiſmate rei frumentariae huius laudatiſſimi Principis providentia ac liberalitas deſignata eſt, ut a Iulio Capitolino docemur, dum ait de M. Aurelio* p. 331. *quod rei frumentariae graviter providit*.

*PRIA-*

gentibus, ut etiam parricida Baſſianus ( *ideſt Caracalla* ) cauſa nominis amaretur. *Nil mirum igitur ſi quamplurima numiſmata, innumeraeque protomae huius Imperatoris ſuperſint, quibus Urbs tota repleta eſt. In Villa ſolummodo Pinciana Principum Burgheſiorum complures protomae numerantur, & fere omnes eximii opificii, quas tamen inter eminet ſingularis quaedam coloſſali ſpecie, laudabiliſque artificii, etſi non comparanda alteri coloſſali protomae Lucii Veri fratris ſui, quam artis miraculum omnes bonarum artium cultores appellant cum nihil diligentius, nihil abſolutius ex eorum judicio, & conſenſu videri poſſit, ſi tantummodo capilli, & aures, quas ſculptor maxima induſtria abſolvit, perpendantur. Qua de re factum eſt, ut nemo uſque ad noſtra tempora ob opificii magnam difficultatem protomae huius exemplar ducere auſus ſit. Protomarum Lucii Veri frequentia meo ſane judicio M. Aurelii indulgentiae debetur, nam vitioſiſſimi fratris nomen Romanis gratum non erat, ideoque ſi eum honoribus cumulare certarunt, id piiſſimi Imperatoris gratia fecere.*

(6) *Integro volumine M. Aurelii virtutes complecti non poſſent, tam in privato, quam publico vitae ſtatu in quo potiſſimum veram monſtravit Platonis ſententiam:* Florere Civitates, ſi aut Philoſophi imperarent, aut Imperatores philoſopharentur, *Jul. Capitol. p.* 394. *c.* 27. *Et de eo Xiphil. in Epit. p.* 311. Omnium hominum, qui unquam Principatum tenuerunt, optimus. *Mericus Caſaubonus & Gatakerus incomparabilem librum hunc commentariis excellentiſſimis ornavere, Anglice, Gallice, Italice non ſemel converſus. Magna literarum jactura, ut recte Princeps Antiquariorum Spanhemius in aureo libro* de Praeſt. & Uſu numiſm. vol. 2. p. 517. *animadvertit, non fuit in lucem emiſſa M. Aurelii vita a Marco Theodoro Bignon compoſita, & nummis illuſtrata. Futilis profecto Heineccii ſententia* Opuſc. var. Syll. 1. Exerc. 3. p. 121. *de verae falſaeque ſapientiae characteribus, ubi ait:* At quamvis in eius libris εις εαυτον multa leguntur quae pulcre, & pie dicta videntur, nolim tamen ego vel minimam verae ſapientiae laudem illi tribuere. *Winkelmann de Imp. M. Aurelio verba faciens* ( Hiſtoire de l'Art vol. 2. p. 322.) *Heinneccii veſtigia quodammodo ſequutus eſt, ita inquiens:* En parlant des ouvrages de l'art ſous Marc'Aurele, le Traitè de Moral de cet Empereur me revient toujours dans l'eſprit. La Morale en eſt ſaine; mais les penſées, & le ſtyle ſont aſſez communs & peu dignes d'un Prince, qui ſe mele d'ecrire. *Cogitationes tamen huius Principis non ſolum cedro dignae, ſed omnibus Principibus. Oportet ergo fateri, quod nec Heinneccius, nec Winkelmannus unquam legerint aureum M. Aurelii librum, de quo vide ſolummodo Dacier & Annae le Fevre per pulcram praefationem.* ( Reflexions Morales de l'Empereur Marc Antonin avec des remarques), *ut magis magiſquè veritas eluceſcat.*

(7) *Jul. Capitol. de M. Aur. Phil. pag.* 307.

(8) *S. Aur. Vict. Epit. p.* 459.

(9) *Flav. Vopiſ. in Aurelian. p.* 532.

(10) *Monteſquieu:* De la grandeur des Romains, & de leur decadence *c.* 16. *p.* 193.

(*) *Vide Tab. I. n.* 2.

(11) *Vide Lami de Cyſtis Myſticis Diſſertazioni Etruſche p.* 63. *& ſeq.*

a tutti, e particolarmente agli amanti dell'Antichità la memoria di M. Aurelio Antonino Imperatore, imperocchè in queſto noſtro Eroe ſono ſicuramente racchiuſe tutte le virtù. Ce ne reſta un ſingolariſſimo monumento in quel ſuo veramente aureo libro intitolato *A ſe ſteſſo ec.* che ſarà ſempre immortale, e dalla edace età riſpettato (6). Ci ſervirà il dire a ſuo grande onore, che quando fu *adottato da Adriano* (7), *ſi ſpaventò più di quello che ſi rallegraſſe. Eſſendo ricercato dai ſuoi familiari, perchè foſſe sì triſto, e sì malinconico per queſta adozione, fece un lungo diſcorſo ſopra i gran mali che portava ſeco l'impero.* Ed in fatti Diocleziano di buona voglia rinunziò l'impero, ed eſſendo pregato *da Erculio, e Galerio* (8) *a riprenderlo, deteſtandolo come una peſte così a loro riſpoſe. Piaceſſe a Dio che voi poteſte vedere a Salona le piante che colle mie mani coltivò. mai penſereſte al certo di venirmi per queſto a tentarmi.* Merita parimente d'eſſere oſſervato ciò che egli diſſe ſulla difficoltà di ben regnare (9). *Niente eſſer più difficile, che il ben comandare. Quattro, o cinque s'adunano inſieme, e ſi conſigliano per ingannare l'Imperatore, e dicono quello che ſia da approvarſi. L'Imperatore chiuſo nel ſuo palazzo non ſa la verità, ed è coſtretto a ſapere quel tanto che gli dicono. Fa dei Giudici che non meriterebbero farſi, rimuove quelli che dovrebbero ottenere impieghi. In una parola, come diceva l'iſteſſo Diocleziano, il buono, il cauto, l'ottimo Imperatore è ſoggetto ad eſſer venduto; perciò niente eſſer più difficile di un buon Principe.* Concluderò col celebre Monteſquieu ornamento del noſtro ſecolo, il quale così ne parla (10). *Si ſente in ſe medeſimo un piacere interno, allorachè ſi parla di queſto Imperatore. Non ſi può leggere la ſua vita ſenza una ſpecie di tenerezza, tale è l'effetto che ella produce, che ſi concepiſce migliore oppinione di ſe ſteſſo, perchè ſi forma migliore oppinione degli uomini.*

Nello ſcavare anni ſono i fondamenti della nuova chieſa di Traſtevere ai SS. Quaranta Martiri dedicata, fu trovato un medaglione di M. Aurelio da valentiſſimo artefice lavorato, il quale adeſſo è nel Muſeo Vaticano (*). Nel diritto di queſto medaglione ſi vede la teſta di M. Aurelio con l'iſcrizione AVRELIVS AVG. PII. TR. P. X. COS. II. Nel roveſcio Nettunno in piedi tenendo nella deſtra il tridente, e Cerere ſedente velata pone la ſua deſtra ſopra un caneſtro ricolmo di ſpighe, delle quali ha ornata la teſta, avendo nella ſiniſtra una facella acceſa, ſotto la quale s'oſſerva una Ciſta Miſtica col Serpente (11). Queſte due Deità hanno alluſione all'abbondanza dei grani traſportati per mare, perciò in queſta medaglia è eſpreſſa la liberalità e provvidenza di queſt'ottimo Principe, come ci avverte Giulio Capitolino p. 331. dicendo che ebbe ſomma cura nel provvedere i generi frumentarj.



*di ſua famiglia, o perchè queſto nome era talmente caro alle Nazioni, che ancora il parricida Baſſiano (cioè Caracalla) era amato per cauſa di queſto nome.* Niente adunque è da maravigliarſi che ſi trovino tante medaglie e tanti buſti di queſto Imperatore, eſſendone piena Roma. Solamente nella Villa Pinciana dei Principi Borgheſi ſi contano moltiſſimi buſti, e quaſi tutti d'eccellente lavoro, tra i quali è ſingolare uno coloſſale, da non paragonarſi contuttociò ad un altro del ſuo fratello Lucio Vero, il quale vien chiamato dagl'intendenti maraviglia dell'arte ſtatutaria, mentre ſecondo il loro ſentimento niente ſi può vedere di più diligente, e di più perfetto, ſe s'eſaminino ſoltanto i capelli, e gli orecchi, i quali l'artefice con arte magiſtrale perfezionò: perciò neſſuno fino a' giorni noſtri s'è cimentato per la gran difficoltà del lavoro di farne in marmo una copia. La quantità dei buſti che eſiſtono di Lucio Vero, credo che ſi debba attribuire alla compiacenza di M. Aurelio, mentre dai Romani il nome del ſuo vizioſiſſimo fratello non era gradito: perciò ſe gli Scultori fecero a gara per renderlo immortale, non fu per altro che per compiacere un sì piiſſimo Imperatore.

(6) Abbraccerebbero più volumi le luminoſe virtù di M. Aurelio, tanto nello ſtato di Privato, quanto di Principe, nel quale dimoſtrò ad evidenza veriſſima la ſentenza di Platone. *Felici eſſer quelle Città ove i Filoſofi comandaſſero, ò gl' Imperatori filoſofaſſero. Iul. Capitol. p. 394. c. 27. e di lui diſſe Xifil. nell' Epit. diſ. p. 311. che fu l' ottimo di tutti i Principi.* Caſaubono, e Gatakero, il ſuo incomparabile libro eccellentemente commentarono, e fu tradotto nelle lingue Ingleſe, Franceſe, Italiana ec. Gran danno della letteratura è, come oſſerva il Principe degli Antiquarj Spanemio nel ſuo aureo libro *de Praeſt. & Uſu numiſm. p. 517. v. 2.* che non ſia ſtata pubblicata la vita di M. Aurelio illuſtrata con le medaglie, e compoſta dal Sig. Teodoro Bignon. Ridicola certamente è l'oppinione d'Einneccio *Opuſ. var. Syll. 1. Exerc. 3. p. 121.* dove parla dei caratteri della vera, e falſa ſapienza, dicendo. *Benchè nei libri di queſto Imperatore ſi leggano molte coſe le quali paiono dette piamente, ed eccellentemente, contuttociò io non voglio attribuirgli la minima lode di vera ſapienza.* Vinkelmann in certa maniera ha ſeguitato le pedate dell'Eineccio parlando di queſto Imperatore così: (*Hiſtoire de l'Art V. 2. p. 322.*) *En parlant des ouvrages de l'Art ſous M. Aurele, le Traité de Moral de cet Empereur me revient toujours dans l'eſprit. La Morale en eſt ſaine; mais le penſées, et le ſtyle ſont aſſez communs, & peu dignes d'un Prince qui ſe mele d'ecrire.* I penſieri di queſto Principe non ſolo ſon degni dell'immortalità, ma degni di tutti i Principi. Biſogna adunque confeſſare che nè l'Eineccio, nè Winkelman abbiano mai letto queſto aureo libro di M. Aurelio, del quale ſi vegga ſolamente la belliſſima prefazione del Sig. Dacier e d'Anna le Fevre (*Reflexions Morales de l'Empereur Marc'Antonin avec des remarques*) acciocchè ciaſcuno ſia convinto della verità.

(7) Iul. Capitol. de M. Anton. Phil. p. 307.

(8) S. Aur. Vict. Epit. p. 459.

(9) Vopiſ. in Aurelian. p. 532.

(10) *De la grandeur des Romains, et de leur decad. c. 16. p. 193.*

(*) Vedi Tav. I. n. 2. (11) Vedi Lami delle Ciſte Miſtiche nelle diſſertazioni Etruſche p. 63. & ſeq.

# IV.

# *PRIAMUS.*

## AETIONIS OPUS,

*Sardonychi inciſum.*

EX MUSEO DUCIS DE DEVONSHIRE (1).

A*Etionis nomen compluribus attributum eſſe reperimus. Antiquiſſimus ille ab Homero* (2) *commemoratus Aſiaticae Thebes Regulus.*

Ivimus in Theben Sacram Urbem Aetionis.

*Aetionem nobilem Statuarium praedicat Theocritus Epig.* 17. (3), *quod ſtatuam cedrinam Aeſculapii perfeciſſet. Inde patet, quod quum ille coaevus eſſet Theocriti, floruerit aetate Ptolomei Philadelphi.*

*Antiquior eſt alter Aetio nulli pictori ſecundus, qui quamquam a Plinio, aliiſque ſilentio praetermiſſus ſit, ſuarum tamen laudum egregium praeconem invenit Lucianum, qui in oratiuncula, quam Herodoti ſive Aetionis nomine inſignivit, graphice deſcribit elegantiſſimam tabulam, in qua ſummus artifex Aetio Alexandri & Roxanes nuptias mirifice expreſſerat. Quidquid ab arte abſolutiſſima, & ingenii felici foecunditate proficiſci poterat, in ea cumulate continebatur* (4).

*Utrum hic Aetio egregius pictor, an alter Statuarius fuerit gemmarum ſculptor coniectando addubitare poſſum, ſed adfirmare non auſim. Quiſquis autem fuerit huius gemmae ſcalptor Aetio, peritiſſimus profecto artifex ex ea gemma dignoſcitur, qua nihil elegantius, aut artificio praeſtantius. Itaque circiter Ale-*

(1) *Winckelmann pag.* 354.

(2) *Hom. Il. l.* 1. *v.* 366.

(3) *Theocrit. Idyll.* 22. *pag.* 289.

Venit, & Miletum Paeonis filius
Cum viro ſanatore morborum converſaturus
Nicia, qui ipſum quotidie ſemper ſacrificiis adiit,
Et iſtud ex odorata ſculpſit (ei) ligneum ſimulacrum cedro
Aetioni propter ſcitam manum magnum pollicitus
Praemium: ille vero ad opus omne ſuum contulit artificium.

(4) *Huius deſcriptionem nulli non jucundam fore arbitror. Pictoribus vero veluti exemplar hiſtoricum proponendum reor. Ea ex Luciano vol.* 1. *p.* 834. *ſic ſe habet.* Cum nuper adeo etiam Aetion Pictor dicatur depictis (a ſe) Roxanes, & Alexandri nuptiis, Olympiam & ipſe deportatam eam tabulam oſtendiſſe, ſucceſſu eo ut Proxenidas, judex certaminis qui tum eſſet, delectatus arte generum ſibi Aetionem aſſumeret. Et quid in pictura ipſius mirum inerat, roget aliquis, ut arbiter certaminum propter illud Aetioni, non civi, nuptias filiae conciliaret? Eſt illa in Italia, & ipſe eam vidi, ut etiam narrare tibi poſſim. Thalamus eſt pulcherrimus, & lectus nuptialis: & aſſidet Roxane virgo undique pulcherrima, humi defixos habens oculos, pudore adſtantis Alexandri. Cupidines autem quidam renidentes, alter quidam a tergo imminens reducit a capite flammeum, oſtenditque Roxanen Sponſo. Alius autem aliquis verniliter ſane demit pede ſandalium, ut jam recumbat. Cupido alius laeva prehenſum Alexandrum trahit verſus Roxanen, connixus validiſſime. Rex autem ipſe quidem coronam offert puellae. Comes autem & ductor Sponſi Hephaeſtion una adſtat, facem ardentem gerens, puero innixus formoſiſſimo. Himenaeus puto eſt, neque enim adſcriptum eſt nomen. In altera autem tabulae parte Cupidines alii luſus agunt in armis Alexandri, duo quidem haſtam illius ferentes, bajulos imitati, cum trabem ferentes onere pandantur. Alii autem duo, unum in clypeo jacentem, regem nempe ipſum quoque (tanquam in curru) trahunt, comprehenſis clypei anſis. Unus autem in loricam, quae ſupina jacet, ingreſſus, inſidianti ſimilis eſt, qui perterreat illos, ſi forte inter trahendum ad ſe deferantur. Caeterum non luſus iſta ſunt, neque temere in illis operam abuſus eſt Aetion, ſed indicant amorem Alexandri etiam adverſus res bellicas, eumque cum Roxanen amaret, armorum non eſſe oblitum. *Nec uno tantum in loco celebrare ſatis habuit, nam rurſus in Imaginibus inquit vol.* 2. *pag.* 465. Advocemus pictores, & maxime quotquot illorum optimi fuerunt temperandis coloribus, & tempeſtive allinendis, nempe advocetur Polygnotus, & Ephranor ille, & Apelles, Aetio: *Immortalis Raphael Urbinas huius elegantiſſimae tabulae exemplar fecit in Villa Olgiatorum extra Portam Pincianam eiuſque formam inciſam aere memini me vidiſſe in ampliſſima Collectione Em. Card. Ner. Corſini literarum artiumque Maecenatis beneficentiſſimi.*

## IV.

# PRIAMO

## *OPERA D' EZIONE,*

### Inciſa in una Sardonica.

### *NEL MUSEO DEL DUCA DI DEVONSHIRE* (1).

IL nome d'Ezione ſi trova attribuito a molte perſone. Antichiſſimo è quello del Rè di Tebe mentovato da Omero (2).

*Andammo nella ſacra Tebe Città d'Ezione.*

Teocrito nell'Epig. 7. loda Ezione, celebre Statuario che aveva condotta a perfezione una ſtatua di cedro d'Eſculapio (3); donde appariſce che eſſendo contemporaneo di Teocrito, dovette fiorire nei tempi di Tolomeo Filadelfo.

Unaltro più antico Ezione da gareggiare coi più ſublimi Pittori dell'antichità, quantunque da Plinio e da altri ſia ſtato taciuto, trovò un egregio panegiriſta in Luciano, il quale nel breve diſcorſo intitolato *l' Erodoto, o l' Ezione* deſcrive accuratamente una elegantiſſima pittura nella quale queſto inſigne artefice mirabilmente aveva eſpreſſe le nozze d'Aleſſandro con Roſſane. Tuttociò che può di perfetto produrre l'arte, ed una felice fecondità d'ingegno, era copioſamente compreſo in queſta pittura (4).

Se queſto eccellente Pittore Ezione, o l'altro Statuario ſieno ſtati inciſori di gemme ſi potrebbe forſe congetturare, ma non avrei l'ardimento d'aſſicurarlo. Chiunque di queſti Ezioni ſia ſtato l'inciſore di queſta gemma, certamente fu un peritiſſimo artefice, come chiaramente dall'iſteſſa gemma ſi riconoſce, della quale nulla di più elegante e di più eccellente artificio può farſi. Poſſiamo pertanto congetturare eſſere egli fiorito intorno all'età del grand' Aleſſandro sì per la ma-



(1) Winkelmann p. 354.

(2) Hom. Il. l. 1. v. 366.

(3) Teocr. Id. 22. traduzione del Salvini p. 182.

*A Mileto anco il figlio di Peane*
*Venne per viſitare il medicante*
*Nicia, che a lui ſagrifica ogni giorno,*
*E queſta ſtatua d' odorato cedro*
*Feo, promettendo al bravo Ezione*
*Groſſa mercede della man galante*
*Ed ei nell' opra tutta l' arte infuſe.*

(4) Non ſarà diſcaro al lettore che io dia la deſcrizione di queſta elegantiſſima pittura la quale preſentemente potrebbe ſervire per un belliſſimo quadro iſtorico. Così Luciano nel v. 1. p. 834. s'eſprime. *Nei noſtri tempi Ezione eſpoſe al pubblico nei giochi Olimpici la tavola dello Spoſalizio di Aleſſandro, e Roſſane, la qual coſa gli acquiſtò tanta fama, che Proſſenida Giudice dei giochi, rapito dalla bellezza di queſta pittura gli dette in ſpoſa la ſua figlia. Coſa v'era mai di maraviglioſo (alcuno mi domanderà) in queſta pittura onde il giudice dei giuochi maritaſſe a Ezione non Cittadino la ſua figlia? Preſentemente queſta pittura ſi trova in Italia, ed io che l' ho veduta ne farò la narrazione. Queſta rappreſenta una camera magnifica, ove ſi vede a ſedere ſopra un letto Roſſane in tutte le ſue parti belliſſima tenendo gli occhi fiſſati in terra per la verecondia cagionata dalla preſenza d'Aleſſandro. Varj Amori ſcherzoſi la circondano, uno ſtando di dietro alza il velo per moſtrare Roſſane al ſuo Spoſo, un altro piegato a terra le leva un ſandalio dal piede. Un altro poi avendo preſo Aleſſandro pel manto lo conduce a forza verſo Roſſane. Il Rè preſenta a Roſſane una corona in compagnia di Efeſtione con una facella acceſa in mano ed appoggiato a un belliſſimo giovinetto che giudico poſſa eſſere Imeneo, poichè non vi è ſcritto il nome. Dall' altra parte della tavola varj Amori ſcherzano con l' armi d' Aleſſandro. Due portano la ſua aſta piegati come ſe foſſero appunto facchini che portaſſero una peſantiſſima trave. Due altri portano per i manichi il ſuo ſcudo, ſopra il quale ſtà a ſedere un altro Amore, che conducono a guiſa di Rè come in un cocchio. Un altro naſcoſtoſi dentro alla corazza, ſimile ad uno che voglia far qualche inganno gli attende al paſſo per metter loro paura. Del rimanente queſti geniali ſcherzi non ſono ſtati fatti a caſo da Ezione, ma ſervono a dimoſtrare gli amori d'Aleſſandro anche fra l' armi, mentre amando Roſſane non aveva poſto l' armi in obblivione.* Nè ſolamente in un luogo l'iſteſſo Luciano ha celebrato queſto valentiſſimo Artefice, imperocchè nell'Immagini (v. 2. p. 465.) dice. *Citiamo i Pittori, principalmente quelli che furono eccellentiſſimi nel colorito, come ſarebbe, Polignoto, Eufranore, Apelle, Ezione ec.* L'immortal Raffaelle da Urbino fece una copia di queſta elegantiſſima pittura nella Villa Olgiati fuori di Porta Pinciana, della quale mi ricordo aver veduta una ſtampa nella vaſtiſſima Collezione del Cardinale Neri Corſini generoſiſſimo protettore delle belle Arti.

*Alexandri aetatem illum vixiſſe conjicimus, tum ex praeclara, atque grandi opificii forma, tum etiam ex literis eius nomen ſignantibus, quae ab ea aetate non diſcrepant* (5).

*Modo vero quae ſibi velit imago huius vetuſtiſſimae gemmae exponendum ſupereſt. Baro de Stoch, cui dum vixit, magnum in re antiquaria nomen contigit, Priamum repraeſentare, (uti ab Homero, Virgilio ac Diodoro* (6) *deſcribitur) non temere hariolatus eſt. Ita ille rem explicat* (7).

In noſtra gemma viſitur viri grandaevi vultus, promiſſa incultaque barba, ac devexa in frontem coma, inuſitato capitis tegumento, cuius acuta extremaque pars in vertice deflexa eſt, hinc ad humeros deſcendit, ac utrimque ad pectus taeniarum inſtar. Hoc capitis tegmen, Phrygium profecto, optime Priamo Troiae Regi convenit, illudque exhibere videtur, quod Phrygium amictum vocavit Virgilius (8), ac Diis litaturi ſumebant; narrans enim Aeneae primum in Italicum littus deſcenſum, ſic illum alloquentem inducit.

*. . . . . . . . . . Tum numina ſancta precamur*
*Palladis armiſonae, quae prima accepit ovantes,*
*Et capita ante aras Phrygio velamur amictu.*

Explicat antiquus Iuvenalis Scholiaſtes editus a Pithaeo, illud Poetae (9).

*Et Phrygia veſtitur bucca tiara.*

Nam galea Sacerdotis eſt, quae per malas veniens mento ſubligatur: Tiara eſt Phrygium quod dicunt.

*Haec quae Stoſch erudite conjicit, contemnenda quidem non videntur.*

*Priamus Laomedontis filius varia fortuna uſus eſt; Primum enim avito regno extorris, ipſum poſtea recuperavit ac florentiſſimum aliquamdiu extitit ſobole, divitiis, ſociorum firmitate; tandem Graecorum virtute pariter ac dolo, poſt bellum decem annorum funditus everſum eſt* (10).

*Mi-*

(5) *Gravelle in lib.* Recueil des pierres gravées *in vol.* 2. *tab.* 103. *exhibet gemmam aliquem Heroem repraeſentantem Actionis nomine inſignitam, de qua inquit:* Hoc caput pro excelſa forma, & galea anaglyphicis figuris ornata ſingulare eſt. Priapi figura in Hermae formam redacta retro caput obſervatur, ex qua hunc defunctum Heroem non bene olere caſtimoniae ſuſpicari licet. *Sicuti de huius gemmae antiquitate valde dubitatur, ideo illam publici juris non feci.*

(6) *Homer. Iliad. & Diod. Sic. in pluribus locis. Virgil. lib.* 2. *Aen. verſ.* 556.

(7) *Stoch. Gem. num.* 3. *pag.* 2.

(8) *Virg. lib.* 3. *Aen. verſ.* 543.

queſte coſe a te non ſon note, imperocchè non hai alcuna buona contezza, oppure ti ſono note; perchè di uomini sì meritevoli nella republica letteraria con sì sfacciata memoria parli? Seguitiamo i ſogni di queſto audaciſſimo Antiquario. *Ces jambes ne nous donnent pas pourtant une grande idée du graveur, dont le nom marquè pompenſement ſur la pierre, (contre la coutume des excellents graveurs) eſt ſeulement une marque de la preſomption qu'il avoit de ſon peu de ſavoir, comme elle l'eſt du ſiecle de la decadence de l'art, dans le quel les artiſtes medioeres mettoient leurs noms ſur des ouvrages, qui eu egard au travail, ne meritent point d'attention; temoin entr'autres un monument ſepulcral d'un ſoldat qui eſt du Capitole, ou ſur la figure on lit le nom du Sculpteur.*

ΕΥΤΥΧΗϹ ΒΕΙΘΥΝΕΥϹ
ΤΕΧΝΕΙΤΗϹ ΕΠΟΙΕΙ

*La jambe d'une ſtatue dans la vigne de M. le Cardinal Alexandre Albani eſt plus digne d'attention. C'eſt peut-etre la jambe d'un Bacchus, il s'y trouve a cotè un beau vaſe cannellè ſur le quel eſt jettè un drap, & ſur la baſe du quel il y a le nom du Sculpteur.*

ΕΡΑΤΩΝ
ΕΠΟΙΕΙ.

Winkelmann sbaglia all'ingroſſo, quando giudica che le gambe di queſto Achille non dieno all' inciſore una gran reputazione. Anzi di più da queſte gambe con eccellente artificio inciſe, ſi può ſicuramente argumentare l' eccellenza dell' arteſice, mentre Plinio dice (13) *ſe tu rimirerai da vicino una teſta, o qualche altra parte d' una ſtatua, tu certamente non potrai da quei frammenti comprendere ſe le proporzioni ſon ben regolate, non laſcerai però di giudicare ſe queſta parte ſia elegante.* Uno che ſia privo dei doni che ci vogliono per guſtare le bellezze dell' arte, come potrà giudicarne; eſſendo di più imperito non ſolamente nel conoſcere la bellezza, e perfezione dei monumenti, ma ancora l' antichità dei medeſimi. Siccome ſecondo il medeſimo Plinio nel lib. 1. Ep. 10. *dei Pittori, degli Scultori, e dei Formatori di figure di terra appartiene ai ſoli Arteſici di ben giudicare, così è neceſſario che uno ſia ſapiente per poter ben conoſcere i meriti d' un altro ſapiente.* In conſeguenza di che ſpettando al ſolo antiquario il giudicare delle coſe antiche, invano il ſopramentovato Winkelmann mi ha accuſato che da un piede n'abbia formato un Ercole: Tanto più ch' egli da una ſola gamba n' ha formato un Bacco, ſenza che alcuno della libera republica de letterati l'abbia ripreſo di queſta ſua congettura, come neppure io ſteſſo benchè da lui gravemente provocato, non ho chiamata falſa la congettura propoſta ſopra queſto Bacco, nè altre di queſta ſorte, come quella di Antinoo, e di Marco Aurelio ec. (14). Di queſta materia adunque ſieno giudici gli uomini imparziali, i quali eſaminati gli argumenti riferiti dal Dottor Gori, e Commendator Vettori, e confrontati con quelli di Winkelmann potranno liberamente pronunziare il loro ſentimento.

AMO-

(13) Plin. lib. 2. Ep. 5.

(14) Winkelmann Iſt. dell' Arti vol. 1. pag. 229.

## IX.

# *AMOR LEONEM DOMANS*

## ALEXANDRI OPUS,

*Onychi Anagl. excalptum.*

EX MUSEO COMITIS CARLISLE LONDINI.

*Quid fuerit cauſae cur Baro Stoſch* (1) *de Camei huius praeſtantia, & de opifice Alexandro ſicuti de plurimis aliis gemmis ſiluerit, neſcio. Profecto aliquid certi adferre non licet; conjiciendi tantum locus eſt non longiſſime illum ab Alexandri Magni aetate floruiſſe, tot praeclariſſimorum artificum foecunda, quibuſcum noſtri Alexandri certat induſtria. Huic conjecturae adſtipulatur Alexandri nomen, quod vulgatius illis temporibus eſſe coepit, quam Auguſti aevo, quo praeclaris artibus antiquus ſplendor eſt reſtitutus.*

*Ab Amico Londinenſi benevolentia, & ſtudio antiquitatis mihi coniunctiſſimo epiſtolam accepi, qua ita hunc ſingularem Cameum deſcribit.* Hic Cameus quinque coloribus diſtinctiſſimis abſolutiſſimiſque praeter medias tincturas dives eſt, & colores, & mediae tincturae in tabula noſtra a viris plane doctis facillime diſtingui poſſunt. Opus excellit eximia pulcritudine intelligentiaque elaboratum. Inſignis Opifex in colorum diſtributione praegrandem perſpicaciam adhibuit, quorum numerus inter antiquos hujuſmodi Cameos unicus eſt (2).

*Hujus elegantiſſimae gemmae praecipuum argumentum eſt Amor hominum Deorumque domitor in fabulis celebratus. B. Stoſch in hac gemma ait* (4) Amor puer alatus Leonem, praeferocem belluam, minaci oris hiatu rugientem, dolentemque apprehenſis dextera jubae villis inſiſtit, manu altera ſtragulum dorſo aptat, mox inſiliturus (5). Nympha, ſtola ad latus diſcincta, pudibunda, ac vultu ſubmiſſo, ſiniſtra tympanum tenet, dexteraque veſtis partem protendit ad velandum corpus, alteram vero ejuſdem veſtis partem puella nuda, blanda, ac ſubridens manu ſiniſtra pectori admovet veluti nuditati conſultura, quaſi ambae invitae, ſed amoris vi adactae, ac edomitae veſtes una cum pudore exuerent.

*Plura*

(1) *Stoſch Gemmae Inſcalptae pag. 6. tab. 6.*

(2) *Hic artifex a Carolo Dati recenſetur in Libro Vite de' Pittori antichi pag. 110. inquit enim ſe apud Card. Leopoldum Mediceum vidiſſe gemmam, in qua repraeſentabatur caput excalptum, Druſo tributum, cum inſcriptione* ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC ΕΠΟΕΙ, *ideſt* ΕΠΟΙΕΙ. *Celeberrimas inter Picturas Herculaneas. Vol. 1. pag. 2. memoratur Alexander qui tabulam pinxit, cum inſcriptione* ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΓΡΑΦΕΝ. *Alexander Athenienſis pingebat.*

(3) *Multae quidem, & inter ſe pugnantes reperiuntur ſententiae ſuper Amorum origine & numero, & ad treſdecim aſcendunt. Sed eruditus Furmontius natu minor in ſua diſſertatione ſuper hoc argumento, quae extat in lib. Memoir. des Iſcrip. vol. 10. pag. 36. & 45. ſummo judicio contendit ad unicum eos redigi poſſe, nempe ad Mercurii, & Veneris filium. Ad ſuam ſententiam pertrahit Ovid. locum lib. 4. Metamorph. verſ. 288. ibi.*

> Mercurio puerum Diva Cythereide natum
> Nayades Idaeis enutrivere ſub antris,
> Cuius erit facies, in qua materque, paterque
> Cognoſci poſſent: nomen quoque traxit ab illis.

*Sed fallitur V. C. non enim ibi de Amore ſermo eſt, ſed de Hermaphrodito, quemadmodum poſtrema verba declarant,* Nomen quoque traxit ab illis, nempe a Mercurio, & Venere, qui Graecae Ερμης & Αφροδιτη dicuntur. *Sed poetarum figmenta miſſa faciamus, ex illis potius quid ſub cortice lateat conſectemur.* Cupido puer eſſe fingitur *inquit Phornutus de nat. Reor. cap. 25.* quod plane mente careant, deceptionique obnoxii ſint quotquot Amori operam dant; *At juxta Servium relatum a Roſino Rom. Ant. pag. 136.* puer pingitur, quia imperfectus eſt in amantibus ſermo ſicut in puero. *Alatus a Phornuto deſcribitur loc. cit.* quia & caedium interdum eſt author; quod impetu quodam in hominum animos involet. *Et juxta Servium loc. cit.* quia nihil amantibus levius, nihil mutabilius invenitur. *Phornutus tandem inquit:* Plures autem & varii Amores feruntur, propter Amorum varietatem, & quod per multos huiuſmodi affecias Venus, ſeu venerea voluptas nobis erogetur.

(4) *Stoſch Gemmae Inſcalptae tab. 6. pag. 6.*

(5) Arceſilaum *inquit Plin. lib. 36. cap. 5.* quoque magnificat Varro, cuius ſe marmoream habuiſſe Leaenam tradit, aligeroſque ludentes cum ea Cupidines. Quorum alii religatam tenerent, alii e cornu cogerent bibere, alii calcearent ſoccis, omnes ex uno lapide.

# IX.

# AMORE DOMANDO UN LEONE.

## *OPERA D' ALEXANDRO,*

### Scolpita in un Niccolo.

### *NEL MUSEO DEL CONTE DI CARLISLE A LONDRA.*

NOn ſo comprendere perchè il Baron de Stoſch (1) abbia traſcurato di parlare non ſolamente dell' eccellenza di queſto Cammeo, ma ancora dell' artefice Alexandro, ſiccome di molte altre gemme. Non ſi può di certo aſſerire, ma ſolo è permeſſo di congetturare che il noſtro artefice ſia fiorito verſo i tempi d' Alexandro il Grande, fecondi di tanti famoſiſſimi artefici, coi quali gareggia l' induſtria del noſtro Alexandro. Può aggiugnerſi a queſta congettura il nome d' Alexandro, che fu più comune in quei tempi, che nell' età d' Auguſto, quando al priſtino ſplendore le belle arti furono reſtituite.

Da un mio grande Amico di Londra perito nell' antichità ricevei già una lettera, nella quale fa la deſcrizione di queſto ſingolare Cammeo. *Queſto Cammeo è ricco di cinque colori diſtintiſſimi, e perfettiſſimi, oltre le mezze tinte; e queſti colori, e mezze tinte ſono faciliſſimi a diſtinguerſi nella ſtampa noſtra da perſone intelligenti. Il lavoro è della prima eccellenza belliſſimo, e terminato, e di compoſizione intendentiſſima. Ha uſato l' inſigne artefice grandiſſima intelligenza nella diſtribuzione dei colori, il numero dei quali è unico in queſto genere fra gli antichi Cammei* (2).

Amore, il nume domator d' uomini, e Dei (3) tanto nelle favole celebrato, è di queſta elegantiſſima gemma il principale argomento. Si vede in eſſa dice il B. de Stoſch (4) *Amore fanciullo alato, il quale arreſta un Leone feroce, che minaccioſo ruggiſce, avendogli preſo con la deſtra i crini della ſua giuba, e con l' altra mano gettandogli ſopra il dorſo una gualdrappa per cavalcarlo* (5). *Accanto vi è una Ninfa colla veſte ſciolta ſul fianco abbaſſando la teſta per verecondia, tenendo colla ſiniſtra un timpano, e colla deſtra ſtendendo una parte del ſuo veſtito per coprirſi il corpo: un' altra parte dell' iſteſſo veſtito una ragazza nuda, leggiadra, e ridente ſe l' accoſta al petto colla mano ſiniſtra, come per riparare la ſua nudità; quaſi che ambedue vinte, e domate loro malgrado dalla forza d' Amore ſi ſpogliaſſero d' ogni vergogna inſieme colle loro veſti.*

Non

(1) Gem. Inſ. pag. *6.* T. *6.*

(2) Queſto artefice è nominato da Carlo Dati nelle vite dei Pittori antichi pag. 110., il quale dice d' aver veduto una gemma appreſſo il Cardinal Leopoldo de Medici nella quale era ſcolpita una teſta attribuita a Druſo con l' iſcrizione ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ΕΠΟΙΕΙ *Alexandro faceva*. Tra le inſigni pitture d' Ercolano vol. 1. pag. 2. è mentovato un Alexandro che dipinſe una tavola con l' iſcrizione ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΓΡΑΦΕΝ. Alexandro Atenieſe dipingeva.

(3) Molte certamente oppinioni tra di loro ripugnanti ſi trovano intorno all' origine, e al numero degli Amori, dei quali ſe n' annoverano fino a tredici. Ma l' eruditiſſimo Signor Fourmont il Cadetto in una ſua diſſertazione ſopra queſto argumento, nel libro Memoir. des Inſcript. ec. vol. 10. p. 36. e 45. con ſomma dottrina, e criterio prova poter ridurſi tutti gli tredici Amori ad un ſolo, cioè all' Amore figlio di Mercurio, e di Venere, e conferma il ſuo ſentimento con Ovidio nelle Metam. lib. 4. v. 288. che così s' eſprime.

*Nacque già di Mercurio, e Citerea*
*Un figlio, e 'l latte dalle Naiadi bebbe,*
*La dove in Ida fu nutrito, e crebbe.*
*Il nobil viſo ſuo leggiadro, e vago*
*Hebbe dai padri, e un' aer sì felice*
*Che in lui ſcorgeaſi l' uno, e l' altra imago*
*Del genitore, e della genitrice.*

Ma s' inganna quì il chiariſſimo autore, imperocchè Ovidio in queſto luogo non parla dell' Amore, ma dell' Ermafrodito, come lo manifeſtano l' ultime parole, *e preſe da quelli il nome* cioè da Mercurio, e da Venere che in greco ſi dicono Ερμης e Αφροδιτη cioè *Erme e Afrodite*. Tralaſciamo le finzioni dei Poeti, e vediamo coſa rappreſenti: dice Fornuto de Nat. Deor. cap. 25. *Amore ſi finge fanciullo perchè certamente tutti gli innamorati ſon privi di mente, e ſottopoſti all' inganno*, benchè ſecondo Servio preſſo Roſin. Rom. Ant. pag. 136. *ſi dipinge fanciullo perchè è imperfetto il diſcorſo negli amanti ſiccome in un fanciullo. Alato* ſeguita Fornuto loc. cit. *perchè alle volte è autore di ſtragi e con un certo impeto penetra negli animi degli uomini*, e ſecondo Servio loc. cit. *perchè niente ſi trova di più leggiero, e di più mutabile degli amanti*. Fornuto finalmente dice: *ma molti, e differenti Amori ſi riferiſcono a cauſa della loro varietà, e perchè Venere, o il piacer Venereo ci preſenta alla viſta molti compagni di queſta ſorte.*

(4) Stoſch. Gem. Inſ. pag. 6.

(5) *Varrone* (dice Plinio lib. 36. cap. 5.) *magnifica ancora Arceſilao, del quale riferiſce avere avuto una Leoneſſa di marmo, con alcuni Amori alati che ſcherzavano con eſſa, alcuni dei quali la tenevano legata, altri la coſtringevano a bere in un corno, ed altri le calzavano i ſocchi, e tutto queſto lavoro d' un ſolo marmo.*

*Plura in hac gemma exornanda addere non libet, tantumque notandum hic amorem Leonem crinibus tenuiſſima vi, non froeno regere, ut erat in ea tabula, quam illuſtrat Argentarius epigrammate in Anthologia Megiſeri lib. 1. pag. 209. exiſtente, & ſic ab Andrea Alciato reddito.*

Aſpice ut invictus vires auriga Leonis
Expreſſus gemma puſio vincat Amor:
Utque manu hac ſcuticam tenet, hac ut flectit habenas,
Utque eſt in pueri plurimus ore decor.
Dira lues procul eſto; feram qui vincere talem
Eſt potis, a nobis temperet anne manus? (6)

*Quamplurima alia ſuae potentiae monumenta ſuperſunt, ut obſervari licet in Montfaucon gemmam Begeri referente,* (7) *quae Veneris & Cupidinis triumphus nuncupari poteſt. Venus ceu pompa curruque magnifico tenens ſiniſtra telum, bigis Leonum vehitur, ab Amore ſtante ductis, qui pro ferula, ſiniſtra jaculum in Leones impellit, dextra habenas regens Cupido ſublimis volat, ipſam ut coronet; vir nudus lyra inſtructus turmam praecedit, lyramque pulſat in celebritatis honorem. Viri duo a latere Leonum, facem humero geſtantes incedunt in praeſidium. Satyrus poſt currum tibia multis compacta fiſtulis ludens agmen claudit. Alia in gemma* (8) *bigis Leonum vectus incedit curru Cupido, qui ſiniſtra habenas regit, facem dextra manu tenens, quae tanta excitare ſolet incendia. In Caylus* (9) *ad tabulam* 48. *bigis tigridum, vel pantherarum Cupido vehitur, & pag.* 75. *Cameum exhibet in quo a Gryphibus curru vectus Cupido, docte, & ingenioſe ab erudito auctore explicatur. Praeterea in Muſeo Florentino* (10) *videre eſt Cupidinem aurigam duos gallos ad currum iunctos agitantem, praeeunte item alio Cupidine cum flagello.*

*Ad huius tabulae denique ornamentum publici juris facio gemmam non communis opificii Hjacinto Guarnaccino inciſam in qua duo papiliones, quibus anima humana ſignificatur, aratrum ab Amore ductum trahunt. Amor ſiniſtra manu habenas regit, dextra pro flagello telum vibrat, indicaturus eo acuto ſtimulo animas ad jugum ſervile reduci. Haec gemma breviter ab Ariſtaeneto explicatur.*
Noſque una ambae trahimus idem jugum (11).

AL-

(6) *Amoris potentiam latiſſime ſe diffundentem exaggerat Lucretius ſub Veneris nomine atque initio Poematis miris laudibus effert. In hoc argumento caeteri quoque poetae expatiati ſunt. In primis Seneca Hippolit. act. I. chor. v.* 347.

Poeni quatiunt colla Leones
Cum movit Amor.

*Virgilius quoque Ceiris verſ.* 135.

. . . . . . . Ille etiam Poenos domitare Leones,
Et validas docuit vires manſueſcere Tigris.

*Denique Cupido in Dial. Deor. Luciani Dialog. Ven. & Cupid. ſic loquitur:* Bono eſto animo mater, quandoquidem & Leonibus ipſis iam familiaris ſum, & ſaepe conſcenſis eorum tergis, prehenſaque juba tanquam habenis eos rego. *Omnia animantia ſimiliter eius imperio ſubiecta ſunt, ut idem Seneca cecinit act. I. chor. v.* 337. *Non animantibus ſolum cunctis Amor dominatur, ſed ipſi Dii Amori ſubjecere dominatum in Jovem, & cetera numina exercenti. Itidem ab Amore ſuis inſignibus ſpoliati fuere, ſicuti in Anthologia Carmen Philippi eſt non illepidum lib.* 1. *pag.* 44. *&* 45.

Intueare, polum, ut laeti populantur Amores:
Coelicolum ornati, tum gravia arma gerunt.
Fulmen inane Iovis, celeres & Apollinis arcus,
Neptuni telum, robur & Herculeum.
Caſſida Gradivi, Hermetis talaria, Bacchi;
Atque ferunt thyrſum, lampada & Artemidis.
Non ergo indignum eſt mortales cedere Amori,
Cui ſua & aeterni tela dedere Dei.

*Hac elegantiſſima imagine immortalis Raphael in Pictura Farneſiana utitur. Denique homines, Dii, elementa quoque Amori ſubiiciuntur, ut cecinit Orpheus Hymn. pag.* 359. *In prima parte Inſcriptionum Gori pag.* 79. *tab. XVI. in lucem edidit* praeclarum aeneum ſignum Amoris Panthei, in cuius antiqua parte cernitur Amor, cui omnia cedunt, & Deos, & homines ei ſubiectos eſſe fabulantur; Qui cum pharetra, & arcu ſupra loti florem, & de Deorum omnium potentia triumphus ut indicetur, varia numinum iſtrumenta, ac ſymbola ei ſubiecta ſunt, tympana, & Crotalum Cybeles, ſeu Bacchi, fiſtula Panis, Iſidis ſiſtrum, Hymenaei, vel Cereris fax, Dianae arcus, & Apollinis pharetra, clava Herculis, Delphinus Neptuni, gubernaculum Fortunae.

(7) *Montf. Ant. Exp. vol.* 1. *pag.* 168.

(8) *Montf. Antiq. loc. cit. pag.* 180.

(9) *Caylus Antiq. Egipt. pag.* 130.

(10) *Muſ. Flor. vol.* 1. *pag.* 153. *tab.* 78.

(11) *Ariſt. Epiſt. lib.* 2. *Ep.* 7. *pag.* 156. *Gorlaeus in ſua Dactyl. gem.* 231. *jocoſam gemmam offert, in qua bubulci vice fungitur papilio, duabus aliis jugo junctis aratrumque trahentibus: Praeterea gemmam* 568. 569. *ſummum Amoris in orbem imperium explicaturus, refert Cupidinem Orbi inſidentem, arcu ſoluto in una, in altera tento.*

Non fa d'uopo aggiunger molto nella ſpiegazione di queſta gemma, ſolamente può notarſi Amore che con una tenuiſſima forza regola a voglia ſua un Leone non col freno, come è eſpreſſo in quella tavola, la quale illuſtra Argentario nell' Epigramma dell' Antologia greca del Megiſero pag. 209. lib. 1. *Vedi in queſta gemma Amore che fa da Auriga, e cavalca un Leone, e regola la ſua forza col freno. Con una mano tiene la sferza, coll' altra le briglie, e come nel volto del fanciulletto Amore lampeggia la bellezza. S' allontani da noi queſta peſte crudele, coſa farà a noi infelici mortali, mentre ha domato una tal fiera?* (6) Moltiſſimi altri monumenti della ſua poſſanza eſiſtono, tra i quali può oſſervarſi una gemma del Begero riferita dal Montfaucon (7), la quale può chiamarſi il trionfo di Venere, e Cupido. Venere in pompa in un carro magnifico, tenendo nella ſiniſtra un dardo, è tirata da due Leoni, i quali ſono guidati da Amore: che in vece d' una sferza tiene con la ſiniſtra un dardo incitando i Leoni, e colla deſtra le redini; Un Cupido vola per l'aria per incoronarla. Un uomo nudo precede la turma ſonando la lira per onorar queſta pompa. Due uomini accanto ai Leoni portando una facella acceſa ſopra le ſpalle ſeguitano la comitiva. Un Satiro doppo il carro ſonando la zampogna è l' ultimo dei ſeguaci. In altra gemma (8) un Cupido in un carro tirato da due Leoni, il quale li regola con le redini che tiene nella ſiniſtra, e nella deſtra ha una facella acceſa, la quale ſuole eccitare tanti incendii nei cuori. Nelle antichità di Caylus (9) alla tav. 48. ſi vede un Amore in un carro tirato da due tigri, o pantere, e alla pag. 75. un Cammeo nel quale è Amore in un carro tirato da due Grifi: dottamente e ingegnoſamente l' erudito autore ſpiega queſto monumento. Nel Muſeo Fiorentino (10) è da vederſi Cupido in un Carro che guida due Galli, con un altro Cupido che precede con la sferza in mano.

Finalmente per ornamento di queſta tavola riferirò una gemma di lavoro non ordinario inciſa in un giacinto guarnaccino, nella quale due farfalle (ſimbolo della noſtra anima) tirano un aratro guidato da Amore, che nella ſiniſtra mano tiene le redini, e nella deſtra in vece di sferza un dardo in atto di ſcagliarlo, volendo eſprimere con queſto pungente ſtimolo ch' ei regola a voglia ſua le noſtre Anime ad un giogo ſervile ridotte. Queſta gemma è con ſomma brevità ſpiegata da Ariſteneto (11) *Ed ambedue noi inſieme tiriamo un medeſimo giogo.*



(6) Lucrezio nel principio del ſuo Poema con maraviglioſe lodi copioſamente eſagera la potenza d'Amore. Il reſtante ancora dei poeti ſi ſono compiaciuti di trattare queſto argumento, tra i quali Seneca nell' Hippolito atto I. coro v. 347.

*Gli Affricani Leoni piegano il collo*
*Quando li muove Amore.*

Virgilio ancora Ceiris v. 135.

*Egli doma gli Affricani Leoni,*
*Ed inſegna à manſuefare le forti Tigri.*

Finalmente Cupido nei Dialoghi degli Dei di Luciano nel Dialogo tra Venere, e Cupido così parla. *Stà di buon animo o madre, poichè gl' iſteſſi Leoni mi ſono famigliari, e ſpeſſo montando il loro tergo, li regolo prendendo la loro giubba come per briglia.* Tutti gli altri animali ſimilmente ſono al di lui impero ſottopoſti come cantò l' iſteſſo Seneca Hip. atto I. coro v. 337. Non ſolo Amore ſignoreggia ſopra tutti gli animali, ma gl' iſteſſi Dei ſon al di lui impero ſoggetti ſpogliandoli, ancora delle loro inſegne, come è eſpreſſo in un grazioſo epigramma di Filippo nell' Antologia lib. 1. pag. 44. e 45.

*Mira come l' Olimpo han meſſo a ſacco*
*Gli sfacciatelli, ed inquieti Amori,*
*E come poi dell' Arme, e delle ſpoglie*
*Degl' immortali Iddii ſi facciau belli,*
*Altri l' arco di Febo, altri di Giove*
*Il fulmine ſi porta, altri il cimiero*
*E l' usbergo di Marte, impugna queſti*
*Di Nettunno il tridente, e quei d' Alcide*
*La clava toglie, chi di Bacco il tirſo*
*Chi la face di Diana, e chi gli alati*
*Calzari di Mercurio al piè s' allaccia.*
*Viltà dunque non è ſe mortal petto*
*Cede agli ſtrali del poſſente Amore,*
*Cui dier gl' Iddj in poter l' arme, e l' inſegne.*

Di queſto belliſſimo penſiere ſi prevalſe l' immortal Raffaello nella ſua Pittura Farneſiana. Finalmente gli uomini, gli Dei, e gli elementi ancora ſono ſottopoſti ad Amore, ſiccome cantò Orfeo negl' inni pag. 359. Nella prima parte dell' iſcrizioni del Gori pag. 79. tav. XVI. *ſi vede una ſtatuetta inſigne di bronzo d' un Amore Panteo, al quale cedono tutte le coſe, favoleggiando eſſere a lui gli uomini, e gli Dei ſoggetti; il quale con la faretra e l' arco ſtà ſopra un fiore di Loto. E per indicare il di lui trionfo, e poſſanza ſopra tutti gli Dei, varii iſtrumenti, e ſimboli delle Deità gli ſtanno ſotto i piedi come i timpani, e il crotalo di Cibele o pure di Bacco, la zampogna di Pane, il ſiſtro d' Iſide, la face d' Imeneo, o di Cerere, l' arco di Diana, la faretra d' Apollo, la clava d' Ercole, il delfino di Nettunno, e il timone della Fortuna.*

(7) Montf. vol. 1. pag. 168.

(8) Loc. cit. pag. 180.

(9) Caylus Antiq. Egipt. pag. 130.

(10) Gori Muſ. Flor. vol. 1. pag. 153. tab. 78.

(11) Ariſt. Ep. lib. 2. Ep. 7. pag. 156. Gorleo nella ſua raccolta di gemme ci offre una curioſa gemma nella quale s' oſſerva una farfalla fare le veci del Bifolco guidando un aratro, al quale ſono unite altre due farfalle. Inoltre alla gem. 568. e 569. viene eſpreſſo il ſommo impero d' Amore ſopra il Mondo intiero, vedendoſi Cupido in una ſopra il Mondo con l'arco ſciolto, nell' altra coll' arco teſo.

# ALLIO

*ALlionis Artificis apud Leonardum Agoſtini* (1), *& P. Alexand. Maffei* (2) *nulla mentio eſt, nec mirum, cum tantummodo antiquas gemmas in lucem proferendi partes ſibi ſumpſiſſent. Eos inſuper hallucinatos reperimus, quod Allionem gemmae Artificem ignorantes, in ea athletam huius nominis exhibitum putaverunt.*

*Baro autem Stoſch (pag. 8.) gemmas cum artificum nomine aggreſſus edere, non video cur hic conticeſcat, & eumdem artificem exiſtimet Apollinis & Muſae ſcalptorem. In eadem ſententia eſt Gori* (3), *qui eum apprime peritum ſuae artis commendat. Sed non unicum fuiſſe huius nominis opificem patet, cum ex opificii ratione, tum ex varia literularum forma artificis nomen exprimentium ad exiſtimationem captandam.*

*Caput igitur Apollinis eximia carneola inciſum perfectae rotunditatis eſt, tam ab Euſtatio* (4) *& Coluto Thebano commendatae* (5) *cum plana* (6) *& parva fronte* (7), *criſpis capillis* (8), *ſupercilio valde arcuato ſupra naſum levi diſcrimine commiſſo, qui rectus eſt* (9), *mollibus genis* (10), *ſubtilibus labiis* (11), *modicoque mento, & delicato* (12), *atque molli gutture* (13) *& collo tereti* (14) *& ſcapula velut mollibus jugis a cervice demiſſa.*

*Hae dotes univerſae ab antiquis Scriptoribus commendatae, ut aperte videmus, abſolutiſſimo in noſtri Apollinis capite reperiuntur: & auctoris eximii arguunt opificium. Ille nomen inſculpſit ſuum exiguis elegantibuſque literis ornatis* (15) *quibuſdam globulis in extremitate ad Dioſcoridaeas accedentibus forma pariter, & nitore, quae nudis oculis vix diſcerni poſſunt: Et opificii excellentia praeſtantiſſimo Gneio atque Dioſcoridi valde conſimilis. Haec conjiciendi argumentum praebent Allionem florentiſſimo Auguſti aevo viguiſſe. Longe alius ab eo putandus eſt Muſae Artifex, quae figura licet induſtria, & opificio non inelegants nequaquam careat; tamen Apollinis pulchritudini minime reſpondet. Muſae figura Carneolae inſcalpta habet quae laudes, nempe humeros teretes, mollia brachia, veſtem, quae ut verbis utar illuſtratoris Muſ. Florent.* (16) Palla (*Veſtis*) multo elegantior ad pedes uſque defluit; quae etiam adeo tenuis, ac pellucida eſt, ut membra latentia nuda quodammodo appareant. *Aliquid vitii in dextero crure notandum (quod in noſtra tabula imprudenter fuit emendatum) nam nimis adeo prominet, ut ſi extenderetur menſuram excederet, habita ratione alterius cruris quod ſolum premit, cumque recto talo inſiſtat & praeter naturam, prohibet quominus crus ſiniſtrum perſpiciatur. In haec vitia non incidiſſet Apollinis artifex: praeterea illa icuncula columellae ſuperimpoſita mediocris eſt opificii. Ipſi porro Tyrones antiquitatis, alium eſſe hunc Allionem plane cognoſcent; literae quas incidit aeternandi cauſa ſuum nomen, longe grandiores ſunt, & ſine conſuetis globulis, at cum re-*

(1) *Leonardo Agoſtini gemme vol. 2. tab. 41.*
(2) *Maffei gemme p. 1. tab. 87. pag. 110.*
(3) *Gori Muſ. Flor. vol. 1. pag. 12. tab. 2. & 8.*
(4) *Euſtatius lib. 3. de Amoribus Iſmeniae.*
(5) *Coluthus de raptu Helenae v. 72.*
(6) *Sidonius, & Apuleius lib. 11. metam.*
(7) *Horatius de Lycorid. lib. 1. od. 33.*
(8) *Apuleius in Apol. Mercurii ſtatuam deſcribit, & Aelianus var. hiſt. lib. 12. cap. 1. de Aſpaſia.*
(9) *Philoſtratus in Heroicis de Achille, & Anacreon. de ſua Amica Carm. 28. & Ariſtaenetus lib. 1. ep. 1.*
(10) *Lucianus in Imagin. vol. 2. p. 464.*
(11) *Ariſtaenetus l. cit.*
(12) *Apuleius in deſcriptione Bathilli, & Anacreon. l. cit.*
(13) *Philoſtratus Icon. de Ariadna.*
(14) *Lactantius de Opiſ. Dei cap. 10.*
(15) *Gori Muſ. Flor. vol. 2. pag. 22.*
(16) *Similes literae in pluribus Nummis Syriae Regum, & Magnae Graeciae, praeſertim Civitatis Veliae obſervantur.*

# *ALLIONE.*

SE Leonardo Agoſtini (1), e Aleſſandro Maffei (2) di queſto inſigne Artefice Allione non hanno fatto menzione, non è da maravigliarſi, perchè l'oggetto loro è ſtato ſolamente di pubblicare le gemme antiche. Si ſono però ingannati queſti due Antiquarii credendo queſto nome dell' Artefice Allione eſſere un nome d' Atleta rappreſentato in queſta gemma.

Ma il Baron Stoſch (pag. 8.) che non ha avuto altra mira che di dare alla luce le gemme ſcolpite col nome dell' Artefice non sò comprendere che ſe la paſſi in un profondo ſilenzio, e ſtimi eſſere il medeſimo Artefice quello che ha inciſo l'Apollo, e la Muſa. Il Dottor Gori (3) ha ſeguitato le di lui pedate commendandolo come molto perito nell'arte ſua. Che ſieno ſtati più Artefici di queſto nome chiaramente ſi può conoſcere tanto dalla loro maniera del lavoro, quanto dalla differente forma delle lettere eſprimenti il loro nome per renderſi immortali.

La teſta adunque d' Apollo inciſa in una belliſſima Corniola è d' una perfetta rotondità tanto da Euſtazio (4), e Coluto Tebano commendata (5), con eguale (6), e piccola fronte (7) con capelli ricciuti (8), e ciglio arcato commeſſo con una leggiera diviſione ſopra il naſo, il quale è dritto (9), con molli guancie (10), labbra ſottili (11), e piccol mento, e delicato (12) e gola ſimilmente delicata (13) con collo graſſetto (14), e la ſpalla che ſcende a baſſo dalla cervice, come in piacevol declive.

Tutte queſte prerogative tanto commendate dagli Scrittori, come noi chiaramente veggiamo, ſi ritrovano con tutta la perfezione eſeguite nella teſta del noſtro Apollo, facendo riſplendere maraviglioſamente il ſommo artifizio del valente inciſore. Egli ha inciſo il ſuo nome con caratteri sì eleganti, e sì piccoli nell' eſtremità ornati con piccoli puntini (15) conformi a quelli di Dioſcoride, che appena coll' occhio nudo diſtinguer ſi poſſono. L'eccellenza del lavoro gareggia coi ſublimi Artefici Dioſcoride, e Cneio. Da tutto ciò ſi può congetturare, che il noſtro Allione ſia nel fioritiſſimo ſecolo d' Auguſto viſſuto. Differente convien giudicare l' Artefice dell' Apollo da quello della Muſa inciſa in una Corniola, la qual figura benchè con induſtria ed artifizio non inelegante ſia lavorata, contuttociò non corriſponde alla bellezza dell' Apollo. Nella figura della Muſa ſi poſſono conſiderare dei pregi molto ſingolari, come nelle ſpalle graſſoccie, e nelle braccia delicate, e nel panneggiamento della veſte principalmente che per ſervirmi delle parole dell' illuſtratore del Muſeo Fior. (16) *le ſcende fino ai piedi molto elegante, e talmente ſottile e traſparente, che nude in certo modo appariſcono le membra naſcoſte*. Qualche difetto è da notarſi nella deſtra gamba (il quale è ſtato inavvertentemente corretto nella noſtra ſtampa) imperocchè ſporge troppo infuori, e ſtendendoſi ſarebbe troppo lunga, conſiderata l'altra che poſa in terra, e ſtà in un atto sforzato, e fuori del naturale, e perciò viene ad impedire che ſi vegga la ſiniſtra gamba. L'Artefice dell' Apollo non ſarebbe caduto in queſti errori, inoltre quella figurina poſta ſopra quella colonnetta è d' un mediocre lavoro. Gl'iniziati dell'antichità chiaramente conoſceranno eſſere queſto un altro Allione; le lettere poi che ha inciſe in queſta gemma per eternare ancora egli il ſuo nome, ſono più grandi, e ſenza i ſoliti puntini nell'eſtremità, e non differiſcono dal reſtante del lavoro, e non ſono della perfezione, ed

G 2

(1) Leon. Agoſ. Gem. Ant. vol. 2. tab. 41.

(2) Maffei Gem. pag. 1. tab. 87. pag. 110.

(3) Gori Muſ. Fior. vol. 1. pag. 12. tab. 2. e 8.

(4) Euſtazio nel lib. 3. degli Amori d' Iſmenia.

(5) Coluto Tebano nel ratto d' Elena verſ. 72.

(6) Sidonio, ed Apuleio nel lib. XI. Metam.

(7) Orazio di Licori lib. 1. Od. 36.

(8) Apuleio nell' Apologia deſcrive la ſtatua di Mercurio, ed Eliano Var. Hiſt. lib. 12. cap. 1. nella deſcrizione d' Aſpaſia.

(9) Filoſtrato d' Achille negli Eroici, ed Anacreonte della ſua Amica Carm. 28. ed Ariſteneto lib. 1. Ep. 1.

(10) Luciano nelle Immagini vol. 2. pag. 464.

(11) Ariſteneto loc. cit.

(12) Apuleio nella deſcrizione di Batillo, ed Anacreonte loc. cit.

(13) Filoſtrato loc. cit. d' Arianna.

(14) Lact. de Opif. Dei cap. 10.

(15) Gori Muſ. Fior. vol. 2. pag. 22.

(16) Somiglianti lettere ſi oſſervano in molte medaglie dei Re di Siria, e della Magna Grecia, particolarmente in quelle della Città di Velia.

*reliquo opere congruunt non perfecto ſtudio elaboratae. Notandumque eſt quod commutavit omicron in omega in eius nominis inſcriptione ſcilicet* ΑΛΛΙΩΝΟϹ *pro* ΑΛΛΙΟΝΟϹ. *Ex quibus nihil dubii remanet hunc eſſe differentem Artificem, & Antoninorum aetate viguiſſe, cum qua opificii modus conſentit. Poſtea rariſſima fuit ſtudii praeſtantia: quamquam adſcribi etiam Auguſti ſaeculo poſſit, ea ſiquidem aetas egregios artifices protulit quamplurimos quamquam non omnes ſummum praeſtantiae attigiſſent, ſed mediocres quoque non paucos; ſicuti temporibus ſimiliter feliciſſimis Michaelis Angeli Buonarroti, atque Raphaelis Sanctii omnis generis pictores ſculptoreſque comperimus. Quare in rebus obſcuritatis plenis quiſquis probabiles coniecturas nactus iis acquieſcat.*

*Ad alterum hunc Allionem Taurum cornupetam ſpectare argumento aliquo ſunt literae* (17) *ſuperioribus valde congruentes* (*non in extremitate punctulis inſignitae*), *& opificium Muſae conſimile, cum bene inſignis artifex ſummo ſtudio & labore lacertoſum Taurum expreſſerit, & aſpectum ferum, & minacem, cornuque jam jam petentem: unde in formandis animalium figuris hunc Artificem praeſtitiſſe intelligimus. Magnas habeo gratias nobilis Angli Thomae Hollis humanitati, qui hujus ſingularis gemmae apoſphragiſma mihi communicavit una cum plurimis aliis Operi huic mire inſervientibus.*

*Cum Venus Marina Allionis nomen habeat a doctis Antiquariis temere habitum pro antiquo, ideo hanc gemmam eleganti carneola ſcalptam edidi ne antiquitatis ſtudioſi in errorem delabantur.*

*Primum, qui hoc nomen caelavit, fuit imperitiſſimus artifex, quia pro* Ι *ut in aliis gemmis obſervatur* ΑΛΛΙΟΝ, *fecit* Υ, ΑΛΛΥΩΝ, *& errorem ſequutus eſt alterius illius cognominis artificis, qui Muſam ſcalpſit, atque inſuper* Ω *ponendo in ſuo nomine* ΑΛΛΙΩΝΟϹ, *pro* Ο, *hallucinatus eſt, cum graece legendum ſit* ΑΛΛΙΟΝΟϹ, *quae mea ſententia ab Antonio & Ioanne eius filio Pikler, & Franciſco Alſani peritiſſimis praeſtantiſſimiſque antiquariis in dignoſcendis his pretioſis antiquitatis monumentis comprobata. Huius gemmae opificium valde pretioſum Graeco Artifici non eſt tribuendum, ſed facile Etruſco alicui, qui Graecorum veſtigiis inſtitit, cum ſit tota figura adamantis cuſpide caelata, ut ex omni figurae ambitu videre eſt; & e contra aliae tres gemmae ſuperius indicatae rotularum ope caelatae fuerint. Huius generis caelaturae ab Antiquariis Graecae-Etruſcae appellantur.*

*Ab hoc ignoto Artifice Etruſco tanta arte tantoque ſtudio, & diligentia haec venuſta Veneris Marinae figura expreſſa eſt, ut inter non vulgares artifices numeretur, cum ſit apta partium convenientia, & ſpeciem corporis valde elegantem praeferat, cum veſte pellucida ac tenui, ut omnia tranſluceant. Enimvero veſtis compoſitio optime ſe habet, tanto magiſterio, decore, ac facilitate ſinuatur, & ad pedes defluit tam eleganter, ut deſiderari, conſpicique illuſtrius, ac pulchrius nihil poſſit. Haec Venus ſiniſtra manu equi marini caput tenet, qui ſuo hinnitu haud mediocrem alacritatem exprimere videtur, quod a Veneris manu palpatus ſit. In Muſeo Meadiano pag. 249. reperitur Priapeia cum tribus figuris,* quarum duae, vir & foemina, ſe mutuo amplectuntur, dum Satyrus tibias dextras, & ſiniſtras ante Priapi terminale ſignum inflat: ad exemplar antiquae gemmae Allionis operis, cuius nomen ΑΛΛΙΩΝΟΣ inſcriptum legitur, a Flavio Sirleti ſculptae. Sigillum in aqua marina.

*APOL-*

(17) *Literae in hac Tauri tabula ſunt grandiores artificis incuria.*

ed eſattezza dell' altre. Si deve ancora oſſervare che ha cambiato nell' iſcrizione del ſuo nome l'Omicron in Omega cioè ΑΛΛΙΩΝΟC in vece d' ΑΛΛΙΟΝΟC. Dalle quali coſe non ci reſta dubbiezza alcuna eſſer queſto un altro Arteſice Allione, e dal ſuo lavoro poterſi congetturare eſſer fiorito nei tempi degli Antonini, corriſpondendo a quei tempi la ſua maniera del lavorare. Dipoi fu rariſſima l' eccellenza del lavorare: quantunque ancora ſi poſſa ſupporre dell' aureo ſecolo d' Auguſto, la quale età ſicuramente molti eccellentiſſimi Artefici produſſe, non tutti però pervennero al ſommo dell' eccellenza, e furono ancora non pochi i mediocri, come ſimilmente nei tempi feliciſſimi di Michel' Angelo Buonarroti, e di Raffaello vi furono Pittori, e Scultori di ogni genere. Onde in coſe di tanta oſcurità ripiene deve ciaſcuno delle congetture più probabili contentarſi.

A queſto ſecondo Allione può attribuirſi il Toro Cornupeta, non ſolo per una conformità nelle lettere (17) del ſuo nome (non eſſendo nella eſtremità ornate coi puntini), ma anco pel lavoro corriſpondente alla Muſa, avendo però bene eſpreſſo l' inſigne Artefice la muſculatura nel Toro, e la ſua aria fiera, e minacciante in atto di ferire con le corna, dal che poſſiamo comprendere quanto foſſe eccellente nel rappreſentare gli animali. Son molto tenuto alla gentilezza del Sig. Tommaſo Hollis Cav. Ingleſe, il quale mi ha favorito d' un impreſſione di queſta gemma ſingolare, ſiccome di molte altre, le quali ſervono per illuſtrazione di queſta mia Opera.

Siccome la Venere Marina porta il nome d' Allione da valenti Antiquarii inconſideratamente creduto per antico, perciò ho pubblicato queſta gemma in bella Corniola inciſa per diſinganno degli amanti dell' Antichità.

Primieramente chi ha inciſo queſto nome è ſtato qualche imperitiſſimo Artefice, imperocchè in vece d' un I come nell' altre gemme ſi vede ΑΛΛΙΟΝ, ha fatto un Υ, ΑΛΛΥΩΝ, avendo in ciò ſeguitato l' errore dell' Artefice Allione inciſore della Muſa, il quale ſbagliò nel collocare un Ω nel ſuo nome ΑΛΛΙΩΝΟC, in vece d' un Ο, come dai Greci ſi deve leggere ΑΛΛΙΟΝΟC. Queſta mia oppinione è comprovata dai Sigg. Antonio, e Gio. ſuo figlio Pikler, e Franceſco Alfani peritiſſimi, ed eccellentiſſimi Antiquarii nel conoſcere queſti prezioſi monumenti d' antichità. Il lavoro di queſta gemma, il quale è molto pregievole, non è da attribuirſi a un Greco Artefice, ma facilmente a qualche Etruſco, il quale abbia imitato i Greci, mentre la figura è fatta a punta di diamante, come chiaramente da tutti i ſuoi contorni ſi vede, eſſendo le altre tre gemme di ſopra nominate inciſe con i rotini. Queſta ſorte d' intagli dagli Antiquarii ſi chiamano Greci Etruſchi.

Queſto incognito Etruſco inciſore con tanta arte, e diligenza ha eſpreſſa al vero queſta grazioſa figura della Venere Marina, che tra i valenti Artefici ſi può annoverare; eſſendo sì bene proporzionata, ed in una attitudine molto elegante con un panneggiamento traſparente, e ſottile, che in certo modo fa diſtinguere tutta la nudità del corpo; imperocchè queſta veſte con tanta maeſtria, decoro, e facilità è piegata, e tanto elegantemente ſcorre ai piedi, che niente di più bello, e di più nobile ſi può deſiderare, e vedere. Queſta Venere tiene con la ſiniſtra mano la teſta d' un Cavallo Marino, il quale eſprime col ſuo nitrire una non mediocre vivacità per eſſere dalle mani della Venere dolcemente palpato. Nel Muſeo del Sig. Mead. pag. 249. ſi vede *Una Priapeia nella quale ſono tre figure, due delle quali, maſchio, e femmina ſcambievolmente s' abbracciano, mentre un Satiro avanti una ſtatua terminale di Priapo ſuona le tibie. Queſto ſigillo fu ſcolpito in acqua Marina da Flavio Sirleti ſopra l' originale d' una gemma antica, opera d' Allione con l' iſcrizione del ſuo nome* ΑΛΛΙΩΝΟΣ.

APOL-

(17) Le lettere inciſe nella tavola del Toro ſono più grandi per inavvertenza dell' inciſore.

X.

# APOLLO.

## ALLIONIS OPUS,

*Carneolae inciſum.*

EX MUSEO MEDICEO NUNC S. C. M.

*QUis hac gemma deſignetur, non una eruditorum ſententia eſt. Caninius* (1) *gemmae omnium primus editor, Allionis, cuius nomen legitur, exhibitam ibi figuram putavit; ſed de illo quid diceret, non habuit.*

*Leonardus Agoſtini* (2) *nec non Alexander Maffei* (3) *in eamdem opinionem ivere: addunt Athletam fuiſſe Allionis nomine, qui ob victoriam ludis Pythiis relatam fuerit laurea redimitus. Vir Clar. Gori* (4) *ipſam ſententiam amplexus, eam variis argumentis roborare conatur.* Capilli, *inquit*, criſpi ſunt, ac more Athletarum tonſi, qui convenire nequeunt Apollini, *ut ex Tibullo* (5)

Solis aeterna eſt Phoebo, Bacchoque iuventa
Nam decet intonſus crinis utrumque Deum.

cuius imaginem nullo modo expreſſam arbitror in hac gemma. Nam prolixa caeſarie inſignem Apollinem nobis referunt ſculpturae non tantum veterum Romanorum, verum etiam Graecorum, & Etruſcorum. Non raro etiam Apollinis capilli licet perbreves videantur, in elegantes plexus compoſiti ſunt, atque eius caput perbelle coronant. Accedit praeterea amiculum ex laevo humero, ac brachio pendens, quod ornatus gratia eo modo compoſitum artifices tribuunt Athletis, non vero Apollini, qui paludamento, ſive Clamyde ornatus frequenter occurrit. Vultus huius Athletae, multo artificio atque elegantia ſculptus, iuvenili decore fulget, vigetque ut verbis utar Apuleii Athletico ſucco. Barba quoque incipiens non levem genis pleniuſculis gratiam praebet. *Haud inficior capillos criſpos Athletae magis quam Apollini convenire, ſed Apollinem quoque non dedecere Antiquitatis monumenta teſtantur: ideoque elegantiſſimam gemmam in huius tabulae ornamentum evulgavi, in qua conſpicitur Phaeton ſupplex, orans Apollinem (qui idem eſt ac Sol) ut regendus ſibi lucis currus tradatur a patre. Gorianae ſententiae confirmandae, haud magno Tibulli carmina ſunt adiumento;*

Nam decet intonſus crinis utrumque Deum.

*cum Tibulli verbis apertiſſime innumera, & praeclara antiqua monumenta adverſantur: Bacchus enim capillis tonſis fere ſemper obſervatur.*

*Quod attinet ad amiculum ex humero pendens, quod Artifices, (ut ait Gorius), potius Athletae, quam Apollini tribuunt; quiſquis gemmam Phaetonteam adductam inſpexerit ridens reclamabit; in ea adamuſſim Apollo ſupra ſiniſtrum humerum amiculum ſuperiectum geſtat, praeterea numquam memini me vidiſſe Athletas cum amiculo, ſed nudos, & ſtatua Apollinis celeberrima dicta di Belvedere Clamyde ornata eſt. Profecto noſtra haec gemma Apollinem repraeſentat, ut inquit Cl. Baro de Stoſch (pag. 10.),*

*Qui hanc gemmam inluſtrandam ſuſceperunt, magnam graphidis inſcitiam oſtenderunt; Ea porro tam utilis eſt ac neceſſaria ad rectum de antiquis monumentis ferendum iudicium, ut ſiquis eam primoribus ſaltem labiis non deguſtaverit, multa illi falſa, & abſona excidant neceſſe ſit: quod Cl. Gori uſuvenit, nam quod ait, vigere vultum ſucco Athletico, eſt falſiſſimum, etenim contra placidus eſt, & teres,*

(1) *Canini Images des Heros pag.* 340.
(2) *Gemme Antiche vol.* 2. *tab.* 41.
(3) *Maffei gemme p.* 3. *p.* 173. *tab.* 97.
(4) *Gori Muſ. Flor. pag.* 12. *vol.* 2.
(5) *Tibull. lib.* 1. *eleg.* 4. *v.* 33.

## X.

# APOLLO

## *OPERA D' ALLIONE*,

### Inciſa in Corniola.

*DEL FU MUSEO MEDICEO, ORA DELLA S. C. M.*

VArie ſono ſtate l'oppinioni ſu quello che in queſta gemma ſia rappreſentato. Canini (1) fu il primo che la diede alla luce, e giudicò che il nome d'Allione foſſe il ſoggetto in queſta teſta eſpreſſo, e non aggiunſe altra coſa.

Leonardo Agoſtini (2), e Aleſſandro Maffei, (3) hanno ſeguitato le di lui pedate, aggiungendo che ſia un lottatore nominato Allione, il quale abbia riportato il premio nei giochi Pitii, e perciò ſia ſtato coronato d'alloro. Il celebre Dottor Gori (4) ſimilmente ha abbracciato il loro ſentimento sforzandoſi con varie ragioni di ſoſtenere la ſua cauſa, dicendo *I capelli ſono ricciuti, e toſati ſecondo il coſtume degli Atleti, i quali non poſſono convenire ad Apollo* (*come può intenderſi da Tibullo* (5). Perpetua gioventù riſiede in Bacco, e in Apollo; imperocchè il cappello non toſato conviene a queſte due Deità.) *la di cui immagine giudico in verun modo poſſa eſſere eſpreſſa in queſta gemma: Imperocchè le ſculture non tanto degli antichi Romani, quanto ancora dei Greci, e degli Etruſchi ci rappreſentano Apollo inſigne per la ſua chioma ſciolta. Speſſo ancora i capelli d'Apollo benchè ſieno corti, ed accomodati in eleganti giri, grazioſamente il di lui capo coronano: S' aggiunge inoltre un mantelletto che li pende dalla ſpalla ſiniſtra, il quale è adattato in quella maniera per ornamento, gli artefici l'attribuiſcono agli Atleti, non ad Apollo, il quale frequentemente ſi trova ornato col paludamento, o colla Clamide. Il volto di queſto Atleta ſcolpito con molto artifizio, ed eleganza con decoro giovanile riſplende, e per ſervirmi delle parole d' Apuleio è vigoroſo di ſucco Atletico. La barba ancora naſcente non piccola grazia alle guancie pienotte ſomminiſtra*. Non nego che i capelli creſpi, o ricciuti convengano più ad un lottatore, che ad un Apollo, ma non diſconvengono ad Apollo ancora, come lo dimoſtrano gli antichi monumenti. Per riprova di ciò ho pubblicato per ornamento di queſta tavola una belliſſima gemma, nella quale ſi vede Fetonte in atto ſupplichevole pregare Apollo ( che è il medeſimo che il Sole ) per guidare il carro del Sole. I verſi di Tibullo non ſervono molto, per confermare il parere del Dottor Gori; *imperocchè il capello non toſato conviene a queſte due Deità*, quando dalle parole di Tibullo infiniti monumenti antichi manifeſtamente dimoſtrano il contrario, imperocchè ſi vede Bacco quaſi ſempre con capelli toſati.

Per quello che ſpetta al mantelletto, il quale gli pende dalla ſiniſtra ſpalla, e gli artefici, come dice Gori più agli Atleti, che ad Apollo l'attribuiſcono, ciaſcuno che darà una occhiata alla gemma di ſopra nominata farà contrario di ſentimento: in eſſa appunto Apollo ha ſopra la ſiniſtra ſpalla gettato il mantelletto. Inoltre non mi ricordo aver veduto giammai Atleti col mantelletto, ma ſempre nudi; e la ſtatua famoſa dell'Apollo di Belvedere è ornata della Clamide. Sicuramente queſta noſtra gemma rappreſenta Apollo, conforme dice il chiariſſimo Baron de Stoſch ( pag. 10. ).

Quelli che intrapreſero ad illuſtrare queſta gemma, paleſarono la loro imperizia del diſegno: queſta ſcienza del diſegnare è tanto utile, e neceſſaria per proferire un ſano giudizio ſopra gli antichi monumenti, che chi non ne avrà una tintura, è neceſſario ſenza dubbio che dica molte coſe falſe, e contrarie al buon ſenſo. Come appunto è accaduto al Dottor Gori, il quale dice che il volto della noſtra gemma ſia vigoroſo di ſucco Atletico, eſſendo ciò tanto falſo, che

nulla

(1) Canini Imag. des Heroſ. pag. 340.
(2) Gem. Ant. vol. 2. t. 41.
(3) Gemme Ant. pag. 3. t. 97. pag. 173.
(4) Muſ. Flor. vol. 2. pag. 12.
(5) Tibul. lib. 1. El. 4. verſ. 33.

*& teres, qualis Apollini aptiſſime convenit. Et ſi praeſtantiſſimus Artifex Athletam feciſſet, aliquid in eo feritatis ſpectaretur, extanteſque per totum vultum tori, & in collo potiſſimum vegetus muſculus maſtois qui vulgo nervus colli appellatur, qualis Athletis iuvenibus firmis validiſque congruit. Quod de barba addit ſomniaſſe dicas, nam noſtri Apollinis figura imberbis eſt, ut cuique poteſt eſſe conſpicuum. Inutile eſt Ab. Winkelmanni ſententiam infirmare, qui hanc gemmam repraeſentare Herculem credidit. (Storia delle Arti vol. 1. pag. 274.) Quicumque in re antiquaria non hoſpes hanc gemmam inſpexerit, Apollinem laureatum iuventa ac forma ſemper decorum agnoſcet.*

*De Apolline praecipua religione ab Ethnicis culto* (6) *permulta dici poſſent, ſed cum ſint notiſſima praetermittam. Quis enim ignorat illum Lyrae* (7), *Medicinae, Divinationis* (8), *Muſicae, Poetices Patrem habitum fuiſſe? Quis neſcit formae praeſtantia commendatiſſimum extitiſſe? Noſtra in gemma pulcherrimus Apollo lauro redimitus ſane conſpicitur* (9), *& ea oris elegantia, qua in monumentis innumeris*

(6) *Plures fuerunt Apollines. Quatuor Cicero lib. 3. de Nat. Deor. cap. 23. pag. 644. ſex Clemens Alexandrinus enumerat. Sed omnes ad unum referuntur Jovis & Latonae filium cum Diana eodem partu editum, ut proditum eſt ab Heſiodo. Theog. v. 918.*

(7) *Inventor fuit Lirae, Citharae, Medicinae, artis ſagittandi, ludorum Pythiorum, Oraculorumque, & ſcientiarum pater, a Muſis tandem, ut chori princeps inde dictus Muſagetes, ut qui Poeſi, Muſicaeque praeſideat. Apollinis nomen iuxta Platonem in Cratilo probe illi accomodatum, quatuor huius numinis poteſtates exprimit ideſt Muſicam, Vaticinium, Medicinam, atque artem ſagittandi. Haec attributa a Callimacho narrantur in Hymn. huius Dei v. 42.*

Arte magis varius nullus, quam clarus Apollo,
Sunt illi artifices cantus curae; ille Sagittas,
Ille arcus curat, pariterque oracula, vates.

*Ideo ſaepe in monumentis Romae antiquis cum aliquo aut pluribus ſymbolis harum facultatum, quae illi attributae ſunt reperitur. Frequenter cum Lyra ut huius inſtrumenti inventor, aliquando etiam cum Serpente, velut auctor Medicinae, cuius ſymbolum eſt Serpens, ſeu quod Serpentem Pythonem interfecerit, ob cuius mortem ludi Pythii inventi fuere; Et cum arcu, & pharetra ſicuti peritiſſimus artis ſagittandi; Et cum Tripode ex quo oracula edebat: Cum Muſis tandem ut Dux illius cohortis, Numenque Poeſeos ac Muſicae ideoque dictus Muſagetes, ut apud Lucianum = Quomodo Hiſt. conſcribenda vol. 2. pag. 25. & Phoruutum pag. 227. Quare mirum non eſt ſi expenſis tot quibus gaudebat honoribus quamplurimos adoratores habuerit, & tot ei templa dedicata fuerint, & tot anaglypha, gemmae, ſtatuae huius Numinis ſuperſint.*

(8) *Cum Apollo ab omnibus oraculorum, vaticiniorumque praeſes haberetur, & Medicinae parens, non ignoramus quam homines fuerint creduli, & omnibus temporibus magnopere res futuras praenoſcendi avidi: Quare nihil Apollini maiorem conciliavit gloriam, quam Delphicum Oraculum toto orbe celeberrimum, quo undique innumeri mortales confluebant. De Poeſi, & Muſica quantae aeſtimationis apud cultiores nationes fuerit ſupervacaneum exponere. Hae facultates ad rudes, feroſque animos emolliendos inventae, quae ſolatium, malorumque, quibus vita ſcatet, oblivionem inducunt, in cauſa fuere, cur ab omnibus earum ſtudio deditis honor Apollini ſummus haberetur. Hiſce de Apollinis facultatibus deſuper animadverſis vide Tibull. lib. 2. eleg. 5. v. 11. & Ovid. Amor. lib. 3. eleg. 2. v. 51. & in metam. lib. 1. v. 446. 517. & 521. Lucian. lib. 3. pag. 391. Auſon. pag. 317. & Plutarch. lib. 8. queſt. conv., queſt. 4. pag. 265. Spectaculorum inſania in tota Graecia potiſſimumque Roma, ubi ludi Apollinares celebrabantur, immodica ſemper fuit, quare certaminum, & publicorum oblectamentorum praeſes in honore fuit. De ludis Apollinaribus videndus Roſin. Antiq. pag. 288. 289. 354. & 355. & Plutarch. in fine libri qui de Delphico inſcribitur.*

(9) *Ita eleganter a Tibullo deſcribitur lib. 3. eleg. 4. v. 26.*

Hic Juvenis caſta redimitus tempora lauro
Eſt viſus noſtra ponere ſede pedem.
Non illo quicquam formoſius ulla priorum
Aetas, humanum nec videt illud opus.

*& Priap. Carm. 33. pag. 34.* Forma conſpiciendus eſt Apollo. *In variis gemmis & nummis a Montfaucon antiq. explic. vol. 1. tab. 51. & 52. & a Geſnero adductis ſpectatur ſimiliter Apollo coronatus lauro, qua arbore mirifice gaviſus fertur, nam ut ait Hyginus fab. 203. pag. 45.* puellam Daphnem in arborem laurum commutavit Apollo, inde ramum fregit, & in caput impoſuit. *Inter ſingularia Apollinis monumenta memoratur a Flaminio Vacca (Memorie di Flam. Vacca p. 10. n. 49. poſt Romam Antiq. Nardini)* quod in vinea Dominici Biondi ſita in Thermis Conſtantini in rupe Quirinali repertus fuit anno 1594. Apollo marmoreus naturali proceritate, cuius humeris haerebant alae, quod numquam ante videram. *Inter rariora quoque recenſenda eſt ſtatua Apollinis barbati a Luciano nominata in Dial. de Dea Syria pag. 440. cap. 35. Hic Deus praecipua ſane Religione colebatur in Soracte Phaliſcorum monte, cuius Sacerdotes nudis pedibus ad ſimulandam ſan-*

nulla di più contrario ſi può immaginare, mentre all' oppoſto è placido, e delicato, quale appunto a maraviglia conviene ad Apollo. E ſe l' eccellentiſſimo arteſice aveſſe avuto idea di farne un Atleta, ſi ſcorgerebbe qualche piccola fierezza nel volto, con una rilevata muſculatura, e principalmente avrebbe fatto comparire nel collo il muſcolo Maſtoide ( detto volgarmente la corda del collo) quale conviene agli Atleti giovani forti, e gagliardi. La barba finalmente naſcente, credo che la vedeſſe ſognando, mentre il noſtro Apollo è sbarbato, come ciaſcuno patentemente può vedere. E' inutile di confutare il ſentimento dell' Abate Winkelmann, che credette rappreſentare queſta gemma un Ercole (ſtoria dell' Arti vol. 1. pag. 274.). Chiunque avrà qualche cognizione nell' antiquaria, e vedrà queſta gemma, riconoſcerà in eſſa Apollo laureato ſempre per la ſua gioventù, e bellezza decoroſo.

Apollo con particolar culto fu venerato da i Gentili (6). Infinite coſe dir ſi potrebbero ſopra queſta Deità, ma ſiccome notiſſime ſono, le tralaſcierò. Chi ignora mai eſſere egli ſtato inventore della Lira (7) della Medicina, della Divinazione (8) della Muſica e Padre della Poeſia? Chi non ſa eſſere ſtato per la bellezza celebratiſſimo? Nella noſtra gemma ſi vede il belliſſimo Apollo coronato d' alloro (9) con quella eleganza di volto, con la quale è eſpreſſo negli innumerabili mo-



(6) Molti furono gli Apolli. Quattro ne numera Cicerone nel lib. 3. della natura degli Dei cap. 43. pag. 644., e ſei Clemente Aleſſandrino. Ma tutti ſi riferiſcono al figlio di Giove, e di Latona nato gemello con Diana, come riferiſce Heſiodo Theog. verſ. 918.

(7) Fu Apollo inventore della Lira, della Cetera, della Medicina, dell' Arte del ſaettare, dei Giochi Pitii, e degli Oracoli, e Padre delle ſcienze, e come Principe del coro delle Muſe, detto Muſagete, preſiede alla Muſica, ed alla Poeſia. Il nome di Apollo ſecondo Platone nel Cratilo gli è adattatiſſimo, perchè di queſto nume eſprime quattro potenze, cioè la Muſica, il Vaticinio, la Medicina, e l' Arte del ſaettare, e queſti attributi ſon celebrati da Callimaco nell' Inno d' Apollo verſ. 42.

*Per Arte ei tocca in ogni coſa il ſegno,*
*E niun mai cotanto, quanto Apollo.*
*A lui l' Uom ſaettante, a lui il cantore*
*Toccogli in ſorte, e tiengli in ſua balia;*
*Ch' a Febo l' arco vien commeſſo, e il canto.*
*Di lui i calcoli ſon da trar le ſorti*
*E di lui ſono gl' indovini ancora.*

Perciò ſpeſſo nei monumenti antichi di Roma ſi ritrova con uno, o più di queſti attributi. Frequentemente con la Lira come inventore di queſto iſtrumento, alle volte ancora col ſerpente come autore della Medicina, il di cui ſimbolo è il ſerpente, o pure per avere ucciſo il ſerpente Pitone, per la di cui morte inventati furono i Giochi Pitii, e con l' arco, e la faretra come nell' Arte del ſaettare peritiſſimo, e col tripode dal quale mandava fuori gli Oracoli, e colle Muſe finalmente come duce del loro coro, e Principe della Poeſia, e della Muſica, eſſendo perciò chiamato Muſagete come appreſſo Luciano vol. 2. pag. 25. nel dialogo quomodo Hiſt. conſcrib. e Fornuto de Natura Deorum pag. 227.: per la qualcoſa non è da maravigliarſi, ſe conſiderati gli onori che godeva, abbia avuto infiniti adoratori, e tanti Tempii gli foſſero dedicati, e ſe tanti baſſirilievi, gemme, e ſtatue ci reſtano di queſta Divinità.

(8) Apollo eſſendo tenuto da tutti il Preſidente degli Oracoli, e dei Vaticinii, e Padre della Medicina, ſappiamo per eſperienza quanto gli uomini ſiano ſtati creduli, e avidi grandemente di conoſcere le coſe future in tutti i tempi, per la qualcoſa niente ha conciliato maggior fama ad Apollo quanto l' oracolo di Delfo per tutto il mondo rinnomatiſſimo, al quale tutti i mortali concorrevano. E' inutile d' eſporre in quanta ſtima appreſſo tutte le Nazioni più culte ſia ſtata la Poeſia, e la Muſica. Queſte facoltà ritrovate furono per rendere più affabili, e gentili gli animi rozzi ed incolti, apportando ſollievo, e ponendo in oblivione i mali, perciò da tutti quelli dediti a queſti ſtudi fu venerato Apollo. Sopra le facoltà di Apollo di ſopra notate vedi Tibullo lib. 2. Eleg. 5. verſ. 11. e Ovid. Amor. lib. 3. Eleg. 2. verſ. 51. e nelle Metamorfoſi lib. 1. verſ. 446. 517. e 521. Lucian. vol. 2. pag. 391. Auſonio p. 317. e Plutarco nel lib. 8. delle queſtioni Convivali queſt. 4. pag. 265. Il fanatiſmo per gli ſpettacoli fu ſempre all' ecceſſo nella Grecia tutta, e principalmente in Roma, dove ſi celebravano i giochi Apollinari, onde fu riputato Preſidente de' combattimenti, e publici divertimenti. De giochi Apollinari vedi Roſino Ant. Rom. pag. 288. e 289. e 354. e 355. e Plutarco nel fine del libro intitolato di Delfo.

(9) Così elegantemente da Tibullo deſcritto lib. 3. El. 4. verſ. 23. *Queſto giovine circondate le tempie del caſto lauro s' è veduto porre il piede nella noſtra abitazione: neſſuna età nè opera umana vidde mai il più bello.* E nella Priapeia Epig. 33. verſ. 34. *Apollo è da rimirarſi per la bellezza.* In varie gemme, e medaglie riportate dal Montf. Ant. vol. 1. tab. 51. e 52., e Geſnero in più luoghi delle medaglie dei Popoli, e Città ſi vede Apollo ſimilmente coronato d' alloro, del quale arbore andava faſtoſo, imperocchè come dice Igino favola 203. pag. 45. eſſendo *Dafne convertita in alloro, Apollo ne ſpezzò un ramo e ſe ne fece una corona;* perciò il lauro è a lui conſecrato conforme nel primo lib ci narra Diodoro Siculo lib. 1. pag. 21. vedi Fornuto della nat. degli Dei pag. 227. Tra i monumenti più rari d' Apollo è mentovato da Flaminio Vacca nelle Memorie poſte in fine alla Roma antica di Nardini a p. 10. n. 49. *Eſſerſi ritrovato nella vigna del Sig. Domenico Biondi alle Terme di Coſtantino nella rupe di Monte Cavallo queſt' anno* ( cioè 1594. ) *un' Apollo di marmo grande al naturale con l' ali agli omeri, coſa non più veduta da me.* Tra le più rare ancora è da annoverarſi la ſtatua di Apollo barbuto nominata da Luciano nel Dial. della Dea Siria cap. 35. pag. 440. Queſta Deità aveva un culto particolare in Soratte monte de Faliſci, i di cui ſacerdoti dicevaſi che con nudi piedi calcaſſero il fuoco acceſo ſenza eſſere of-

*meris Romae exiſtentibus exprimitur. Cum denique ille idem numen cum Sole ſit* (10), *ad huius tabulae ornamentum ineditas quaſdam gemmas adducendas credidi, in quibus Phaetontea hiſtoria exprimitur.*

*In prima eximii opificii gemma Apollo ſedens conſpicitur capite radiato, ( ideo* Χρυσοκομαν *Phornutus nuncupat* (11), *ideſt aureo capillitio inſignem reſpectu ſolarium radiorum ), capillis perbrevibus, & criſpis, quales in noſtri Allionis gemma contuemur, ſiniſtra ferulam tenet, qua fraenare ſolet equos, dextra filio periculum ſubeundum in regendo curru indicat, & quomodo malo obviam ire poſſit, edocet* (12). *Ille flexis ad Patris pedes genibus, & ſupplex iunctis manibus obteſtatur, ut ſibi morem gerat, currumque concedat, qui deſuper in quadriga* (13) *exprimitur. In equis ſagaciſſimus Artifex ſummam alacritatem* (14) *ob oculos poſuit, miro conſumatiſſimoque artificio.*

*In al-*

*ſanctitatem prunas accenſas calcare inoffenſi dicebantur; quae ſane credulitas in ſummam admirationem, & ſuperſtitionem facile homines adducebat, ut teſtatur Virgilius Aeneid. lib. 11. verſ. 785.*

Summe Deum, & Sancti Cuſtos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus arbor acervo
Paſcitur, & medium freti, pietate per ignem
Cultores multa premimus veſtigia pruna.

*Nec minorem in Elide iuxta Athenaeum lib. 11. pag. 146. venerationem conſequebatur, uti Apollo Opſophagus, ſive opſoniorum comeſtor nuncupabatur. Et fortaſſe hac de cauſa nomen inditum eſt Coenaculo, in quo opiparis dapibus Ciceronem & Pompeium excepit Lucullus, luxurioſus ille Romanus, cui ( ut ait Plutarch. in eius vita ) non minoris ea coena ſtabat, quam 50. millia drachmarum, quae ſunt noſtratium ſcutatorum quinque millia. Quinquaginta tria varia Epitheta in Apollinem a Pauſania congeſta ſunt, & ſeptuaginta quinque in Anthologia graeca Megiſeri pag. 308. ex his obſervandus Apollo Decatephorus ( ita nuncupatus in Hymno Deli v. 278. a Callimacho ) qui ita appellabatur, quoniam manubiarum, quae hoſtibus auferebantur decima pars ipſi offerri conſueverat, quemadmodum Furius Camillus, & Agis Lacedaemoniorum Rex ipſi obtulere, qui mos fuit antiquiſſimus, cum Abrahamus, narrante Moiſe univerſae praedae decimam quatuor devictis Regibus, Melchiſedeco Dei altiſſimi Sacerdoti obtulerit. Finem faciam cum Ariſtotel. Ethica lib. 1. cap. 9.* Optima igitur, pulcherrima, & iucundiſſima res eſt foelicitas, neque diſtincta haec ſunt, ſicut Deliacum illud epigramma praeſcribit. Iuſtitia eſt famoſa, valetudo optima res eſt, dulce frui cuius quamque perurit Amor.

(10) *Eumdem eſſe Apollinem, ac Solem ambigendum non videtur. Permulta antiquorum Scriptorum argumenta ſunt quae id comprobant, Homer. in hymno Apollinis v. 203. Theognides in Sententiis v. 1115. Plato in Ione, Cic. de Nat. Deor. lib. 3. cap. 20. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 17. & 21. Phornutus de Nat. Deor. cap. 32. &c., & ab Heraclide Pontico Allegor. pag. 416. accuratiſſime demonſtratur.* Quod autem Apollo nihil a Sole differat, & idem numen duabus nomenclaturis ornetur, cum ex ſecretis ſermonibus conſtat, quos abditae in divinis myſteriis ceremoniae uſurpant, tum ex vulgari dicto, quod ita paſſim reciproce decantatur, Sol Apollo, & rurſus Apollo Sol. *Homerus tamen in Hymno in Solem haec duo numina diſtinguit, ſicuti in nonnullis Inſcriptionibus obſervatur. Spon. Miſ. Erud. Sect. 3. pag. 72. hanc refert Inſcriptionem* Jovi O. M. Summo Exuperantiſſimo, Soli Invicto, Apollini, Lunae &c.

(11) *Phornut. de Nat. Deor. pag. 225. Homer. l. c. pag.* 203.

(12) *Ovid. Metamorph. lib. 2. v. 53. & ſeq.*

Magna petis, Phaeton, & quae non viribus iſtis
Munera conveniant, nec tam puerilibus annis.
Sors tua mortalis; non eſt mortale quod optas.
Plus etiam, quam quod Superis contingere fas ſit,
Neſcius affectas: placeat ſibi quiſque licebit;
Non tamen ignifero quiſquam conſiſtere in axe
Me valet excepto: Vaſti quoque Rector Olympi
Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra,
Non agat hos currus. Et quid Jove maius habemus?
Nec tibi quadrupedes animoſos ignibus illis,
Quos in pectore habent, quos ore, & naribus efflant,
In promptu regere eſt: Vix me patiuntur, ut acres
Incaluere animi, cervixque repugnat habenis.
At tu, funeſti ne ſim tibi muneris author,
Nate, cave: dum reſque ſinit, tua corrige vota.
Quid mea colla tenes blandis, ignare, lacertis?
Ne dubita, dabitur ( ſtygias iuravimus undas )
Quodcumque optaris: ſed tu ſapientius opta
Finierat monitus &c.

(13) *Tribuunt etiam Apollini quadrigam, veluti in plurimis nummis videmus in averſa parte quadrigam Solis cum inſcriptione* SOLI INVICTO. *Recte Fulgentius Mytholog. pag. 131. cauſam ſic explicat.* Quadrigam adſcribunt illam ob cauſam, quod aut quadripartitis temporum varietatibus anni circulum peragat; aut quod quadrifido limite diei metiatur ſpacium.

(14) *Mirum in modum in equorum nominibus eorum ingenium igne*

numenti che eſiſtono in Roma. Eſſendo finalmente Apollo l'iſteſſa Deità che il Sole (10) ho ſtimato bene per ornamento di queſta tavola di riportare quattro gemme inedite, nelle quali ci vien rappreſentata tutta l'iſtoria di Fetonte.

Nella prima gemma d'eccellente artifizio rimiraſi Apollo ſedente con la teſta radiata, ( onde fu chiamato da Fornuto (11) *Inſigne per gli aurei capelli riſpetto ai raggi ſolari* ) con capelli corti, e creſpi conforme gli abbiamo veduti nella gemma d'Allione. Nella ſiniſtra mano tiene una sferza, con la quale ſuole frenare i cavalli, con la deſtra indica a Fetonte il pericolo di queſta impreſa additandogli il regolamento che deve prendere per evitare ogni danno (12). Fetonte genufleſſo ai piedi del padre in atto ſupplichevole con le mani giunte lo ſcongiura a ſoddisfare il ſuo capriccio di guidare il Carro Solare di ſopra eſpreſſo in una quadriga (13). Il ſagaciſſimo artefice con maraviglioſo, e perfettiſſimo artificio ha molto ben eſpreſſa la ſomma vivacità nei Cavalli (14).

H 2 Nella

feſi, per ingannare il ſuperſtizioſo, e credulo volgo, il quale facilmente da tali finzioni reſta ſorpreſo: Virgilio nell'En. lib. 11. verſ. 785.

*O ſommo degl' Iddii, tu che del ſacro*
*Soratto Monte ſei cuſtode Apollo,*
*Ch' onoriam ſopra gli altri, a cui le faci*
*Ammontate di pin nutron la fiamma;*
*E poichè t' adoriam' noi nella noſtra*
*Pietà fidati in ſull' ardente fuoco*
*Nudo poſiam' con ſicurezza il piede.*

Nè con minor culto ſecondo Ateneo lib. 11. pag. 146. ſi venerava in Elide queſto nume che ſi chiamava Apollo Mangiator di Vivande, e forſe fu queſto rifleſſo avrà conſeguito il nome d'Apollo la ſala nella quale dal prodigo Lucullo furono a cena con ſuntuoſe vivande convitati Pompeo, e Cicerone, come dice Plutarco nella di lui Vita. Queſta Cena nella ſala d'Apollo era regolata a 50. mila dramme, cioè a 5. mila ſcudi Romani. Cinquantatre varii epiteti d'Apollo ſono da Pauſania riferiti, e 75. ne riporta Megiſero nell'Antologia greca a pag. 308. tra i quali è rimarcabile l'Apollo Decateforo ( così ancor chiamato da Callimaco nell'Inno di Delo verſ. 278. ) il quale così veniva detto, perchè ſe gli offeriva la decima parte delle ſpoglie dei nemici, conforme Furio Cammillo, e Agide Re de Lacedemoni gli offerirono: il quale antichiſſimo coſtume impariamo avere uſato Abramo verſo Melchiſedecco ( come c'inſegna Moisè ) avendoli conſacrata la decima parte delle ſpoglie dei quattro Re vinti. Porrò fine a queſta nota con una ſentenza d'Ariſtotile che è riferita nel lib. 1. cap. 9. della ſua Etica. *Ottima belliſſima, e piacevoliſſima adunque è la felicità, nè queſte coſe ſono diſtinte ſecondo l'epigramma di Delo. La giuſtizia è bella, la ſalute è un ottima coſa; ma è più dolce coſa il poſſedere quello che s'ama.*

(10) Non è da dubitare che Apollo ſia l'iſteſſa coſa che il Sole, perchè moltiſſime riprove n'abbiamo dagli antichi ſcrittori, da Omero nell'Inno d'Apollo verſ. 203. nelle ſentenze di Teognide verſ. 1115. da Platone nel Ione, nel lib. 2. di Cic. della natura degli Dei, nel lib. 1. de Saturnali di Macrobio cap. 17. e 21. e nel cap. 32. di Fornuto della natura degli Dei e da molti altri ec. ma con preciſa accuratezza ci vien dimoſtrato da Eraclide Pontico nelle ſue Allegorie a pag. 416. *Ma Apollo non è niente dal Sole differente, e che la medeſima Deità ſia decorata con due nomi è manifeſto dai ſecreti diſcorſi che ſi coſtumano nell' arcane ceremonie dei Divini Miſteri, come ancora dall' intercalare che ivi comunemente ſi canta* = O Sole Apollo, e dinuovo o Apollo Sole = quantunque l'iſteſſo Omero nell'Inno del Sole pag. 565. diſtingue queſti duo Numi, e diſtinti ancora ſi trovano in alcune iſcrizioni, tra le quali Spon. Miſc. Er. Sect. 3. pag. 72. *A Giove Ottimo Maſſimo ec. All' Invitto Sole, ad Apollo, alla Luna ec.*

(11) Phorn. de Nat. Deor. pag. 225. Omero nel luogo citato verſ. 203.

(12) Ovid. Metam. lib. 2. verſ. 53. e ſeq. Anguillara lib. 2. ottava 36. Ovid. Metam. lib. 2. verſ. 53. e ſeq. ec.

*Da queſto figliol mio ti diſſuado*
*Come quel che antivedo i noſtri danni*
*Che mia tu perireſti, e tuo malgrado:*
*E ſe credi altrimenti, tu t'inganni*
*Queſto è troppo alto onor, troppo alto grado*
*Per le tue forze, e per sì teneri anni*
*Queſto penſier dove ai l'animo inteſo,*
*E per gli omeri tuoi troppo gran peſo.*
*Figliol t'ha fatto il tuo deſtin mortale,*
*Ma quel che cerchi dal mortal ſi parte,*
*Che regger queſto Carro alcun non vale*
*Fuor che io, che n'ho l'eſperienza, e l'arte.*
*Gli sfrenati deſtrier, le rapide ale*
*Non potria raffrenar Giove nè Marte;*
*Giove che avventa i folgori, e il Ciel move*
*E chi ſi può trovar maggior di Giove?*
*Ti penſi tù gli Alipedi deſtrieri*
*Fatti arditi dal fuoco, e dal veneno*
*Che sbuffan fuor, indomiti, & altieri,*
*Poter ben governar ſotto il tuo freno?*
*Poſſo a pena farlo io, quando empi, e ferì*
*Per la gran fuga han maggior fuoco in ſeno*
*Deh figliol mio non m'aſtringer sì forte*
*Perchè l'autor ſarei della tua morte.*
*Che mi preghi infelice, che m'abbracci*
*Per ottenere il temerario intento?*
*Che ſenza che parola più ne facci*
*Ho da ſervar lo ſtigio giuramento.*
*Mi ſpiace ben, che coſa ti procacci,*
*Onde io ne viva poi ſempre ſcontento.*
*Ciò che chiedi averai, ma ben t'eſorto*
*Che più nel chieder tuo ti moſtri accorto.*

(13) Attribuiſcono ancora ad Apollo la quadriga, ſiccome noi vediamo in molte medaglie che hanno per roveſcio la quadriga del Sole con l'iſcrizione AL SOLE INVITTO. Fulgenzio nella Mitolog. pag. 131. ne ſpiega così la cauſa = *Gli attribuiſcono la quadriga per queſto motivo, o perchè egli nelle quattro ſtagioni dell' anno forniſce il ſuo giro, o perchè in quattro parti differenti miſura lo ſpazio del giorno.*

(14) E' maraviglioſamente eſpreſſo nel nome dei Cavalli

il loro

*In altera gemma* (15) *egregius Artifex igneum equorum ingenium, impetunque elegantiſſime expreſſit, Phaetontem curru vectum, ferentem dextra facem accenſam lucis ſymbolum, ſiniſtra haſtam, ſeu venabulum, indomitis equis iam cedentem. Infra eſt Eridani fluminis figura jacens, calamum tenens, ſiniſtro brachio ab urna aquam effundens, prope figura muliebris in ſiniſtra vaſculum habens, & dextra aliquid ſupra Tripodem ponens ad impetrandum facile ab Iove praeſens periclitanti Orbi remedium. Hoc opus nullis unquam laudibus ſatis celebrandum, & praeſtantiſſimus artifex illuſtrioribus Antiquitatis caelatoribus comparandus.*

*Huius fabulae continuatio tertia gemma ſummo artificio a docto artifice repraeſentata eſt, in qua Phaetontem videre eſt exanimatum, in curru ſubverſionem minitante, frena per coelum volitantia, equoſque effrenes, qui in diverſa abeuntes in praeceps ruunt* (16). *Ille pariter facem accenſam ſiniſtra gerit, idemque Eridanus fingitur jacens, dextera cornucopiam tenens,* (17) *ad cuius pedes nonnullae arundinum plantae mihi videntur* (18), *ſiniſtro brachio vaſi aquam effundenti innixus* (19).

*Poſtrema gemma fabulae cataſtrophem habet, Phaetonta nempe curru, & equis deturbatum in Eridanum procumbentem* (20), *Caelumque ſuſpicientem, ac miſeranda ruina attonitum. Nec omiſſa eſt ab eximio Coelatore ſororum Phaetontis in populos, ſive alnos mutatio, quae Heliades in fabulis vocitantur. Varia ſtupentium ſpecies, dum ſenſim manuum extrema in populos vertuntur, primoſque ramuſculos emittunt.* (21)

Pro-

*igne plenum expreſſum eſt, de quibus Ovid. lib. 2. Metamorph. verſ. 153. mentionem fecit.*

Interea volucres, Pyroeis, & Eous, & Aeton,
Solis equi, quartuſque Phlegon, hinnitibus auras
Flammiferis implent, pedibuſque repagula pulſant.

(15) *Haec gemma olim in Muſeo Farneſiano, nunc apud utriuſque Siciliae Regem. Huic gemmae fere convenit id quod inquit Galenus* (*de uſu partium lib. 17. cap. 2. pag. 701.*) *de gemma Phaetontis in annulo ſcalpta.* Quod declarant opifices quum in corporibus parvis aliquid inſculpunt; cuius generis eſt, quod nuper quidam in annulo Phaetonta quatuor equis invectum ſculpſit. Omnes enim equi frenum, os, & dentes anteriores habebant, quae quidem principio prae exiguitate non videbam priuſquam ſpectaculum hoc incredibile ad claram lucem convertiſſem; non tamen ne ſic quidem partes omnes mihi apparebant nec aliis pleriſque: Quod ſi quis aliquando ipſas videre plane potuit, eas incredibili artificio eſſe concinnatas affirmabat; nam & pedes ſedecim quatuor equorum numerabamus, quorum qui partes omnes oculis diſcernabant, mirabiliter articulatas eſſe aſſerebant &c.

(16) *Ovid. Metamorph. lib. 2. verſ. 311.*

Intonat, & dextra libratum fulmen ab aure
Miſit in Aurigam: pariterque, animaque, rotiſque
Expulit, & ſaevis compeſcuit ignibus ignes.
Conſternantur equi, & ſaltu in contraria facto
Colla jugo excutiunt, abruptaque lora relinquunt.
Illic frena jacent, illic temone revulſus
Axis, in hac radii fractarum parte rotarum:
Sparſaque ſunt late laceri veſtigia currus.
At Phaeton, rutilos flamma populante capillos,
Volvitur in praeceps, longoque per aera tractu
Fertur, ut interdum de Coelo Stella ſereno,
Etſi non cecidit, potuit cecidiſſe videri.
Quem procul a patria diverſo maximus orbe
Excipit Eridanus, fumantiaque abluit ora.

(17) *Cornucopia in fluminibus expreſſa ubertatem quam flumina campis offerunt denotat.*

(18) *Erat conſuetudo quod ſingula flumina aliquam plantam tenerent, vel prope eorum ripas enaſci ſolitam, vel celebrem in illis regionibus quas alluebant, ideo ſaepe fluminum figurae calamos habent, qui prope flumina proveniunt, aliquando etiam capita fluminum calamis vincta obſervantur. De imaginibus fluviorum vide Aelian. var. hiſt. lib. 2. cap. 33.*

(19) *Juxta Virgilii de flumine Inaco deſcriptionem lib. 7. Aen. v. 792.* Caelataque omnes fundens pater Inacus urna.

(20) *Ovid. lib. 2. Met. v. 373. & Apollonius Argon. v. 596.*

(21) *Apollonius loc. cit. v. 603. Ovid. loc. cit. v. 340. & de Ponto lib. 1. ep. 2. v. 33. Virgilius Ecl. 6. verſ. 62. & lib. 10. Aen. v. 190. Heraclitus de Incred. ita de Heliadibus.* Ferunt has ex mulieribus populos factas; quod falſum eſt, ſed illae ſe in Eridanum propter infortunium fratris conjecere.

Nella ſeconda gemma (15) il celebre artefice con ſomma eleganza ha eſpreſſo un carattere sì pieno di fuoco nei cavalli, che a prima viſta riconoſconſi aver tolto il freno a Fetonte condottiere del Carro, il quale porta nella deſtra una facella acceſa ſimbolo della luce, nella ſiniſtra un aſta. Si vede a baſſo la figura del fiume Pò giacente tenendo nella deſtra una canna, verſando acqua da un urna che tiene nel braccio ſiniſtro: vicino a lui è una figura di Donna avente nella ſiniſtra mano un vaſetto, e colla deſtra ponendo un non ſo che ſopra un tripode per impetrare facilmente da Giove con queſto ſagrifizio un pronto rimedio al pericolo che ſovraſtava alla terra. E' ſuperiore a tutte le lodi queſta opera, e l'eccellentiſſimo Greco artefice ſi può paragonare ai più famoſi inciſori dell'Antichità.

La continuazione di queſta favola è rappreſentata con ſomma maeſtria dal perito inciſore, nella terza gemma, nella quale ha figurato Fetonte diſanimato nel Carro, che ſta per roveſciare i freni che ſvolazzano per l'aria, e i Cavalli precipitano in diverſe parti (16). Egli tiene parimente una facella acceſa nella ſiniſtra: ſi vede il medeſimo Pò giacente tenendo nella deſtra un cornucopia (17), a' di cui piedi pare che ſieno alcune canne (18) e ſta appoggiato col ſiniſtro braccio a un vaſo che verſa acqua (19).

L'ultima gemma è la cataſtrofe di queſta favola, nella quale ſi vede Fetonte, che precipita col ſuo Carro e Cavalli nel Pò (20) rivoltando la teſta verſo il Cielo, come ſorpreſo da tale caduta. Non ha mancato il peritiſſimo artefice con ſomma induſtria di rappreſentarci le tre Sorelle di Fetonte traſformate in Pioppi, o in Ontani, le quali Sorelle nelle favole ſono chiamate Heliadi (21). Differenti atti di ſtupore eſprimono, mentre ſi veggono l'eſtremità delle loro mani a poco a poco cangiarſi in Pioppi, principiandoſene a ſcorgere la ramificazione.

Non

il loro carattere pieno di fuoco, dei quali fa menzione Ovidio nel lib. 2. Metam. verſ. 153.

Anguillara lib. 2. ott. 58.

*Intanto Eto, e Piroo, con gli altri augelli*
*Che ſenton de la sferza il moto, e 'l vento,*
*Si muovon, ſi raccolgon, ſi fan belli,*
*E coi piè zappan tutto il pavimento.*
*Sbuffan fiamme, annitriſcon, come quelli*
*Che tutto hanno al volar l' animo intento.*
*Tolti tutti i ripari, e in aria alzati,*
*Trapaſſan gli Euri in quelle bande nati.*

(15) Queſta gemma fu del Muſeo Farneſiano, ora del Re delle due Sicilie. Ad eſſa quaſi s'adatta ciò che dice Galeno ( nel lib. 17. de uſu partium cap. 1. pag. 701. ) della gemma di Fetonte ſcolpita in un anello. *Ciò che dimoſtrano gli Arteſici, quando ſcolpiſcono qualche coſa in picciol ſpazio di luogo, s' oſſerva ciò in un certo arteſice che poco fa ſcolpì in un anello Fetonte tirato da quattro Cavalli. Imperocchè tutti i Cavalli avevano il freno, la bocca, e i denti anteriori: le quali coſe certamente da principio non vedevo per la piccolezza, prima che queſta coſa incredibile a vederſi, l'aveſſi riſguardata alla chiara luce del giorno; contuttociò nè a me, nè a molti altri ſicuramente tutte le parti erano viſibili: che ſe alcuno per ſorte le potè vedere, affermava quelle parti eſſere con incredibile artificio eſeguite, perchè ſi numeravano li ſedici piedi dei quattro Cavalli, dei quali, quelli che diſcernevano con gli occhi tutte le parti, aſſerivano eſſere mirabilmente articolate.*

(16) Vedi Ovidio loc. cit. verſ. 311.

Anguillara Canto 2. ott. 97.

*A la maggior' altezza irato aſcende,*
*Onde tra le ſaette accende i lampi;*
*Un mortifero folgor in man prende,*
*Poi fa, che il Cielo in quella parte avvampi.*
*Lancia, e tonando impetuoſo ſcende*
*L' ardente ſtral, che giugne vampi a vampi.*
*Quel tolſe al miſer l' alma, e 'l corpo acceſe,*
*Onde foco per foco allor ſi ſpenſe.*

*Dal foco, dal gran colpo, e dal rumore*
*Sbigottiti i Cavalli un ſalto fanno*
*Contrario l' uno a l' altro, e 'l collo fuore*
*Tolgon dal giogo, e vagabondi vanno.*
*Spargonſi i raggi, e quel chiaro ſplendore,*
*Le rotte rote in quella parte ſtanno:*
*Quì l' aſſe, ivi il timon, là il ſeggio cade,*
*Per gli arſi campi, e incenerite ſtrade.*

*Si volge in precipizio il corpo eſtinto,*
*Ardendo l' aureo crin doppia facella;*
*E per l' aria a l' ingiù gran tratto ſpinto,*
*Sembra quando dal ciel cade una ſtella,*
*Pur par, che cada, e che dal Ciel ſi ſvella.*
*Lontan da la ſua patria il Pò l' accoglie,*
*E lava lui con l' infiammate ſpoglie.*

(17) Il Cornucopia appropriato ai fiumi denota l'abbondanza che eſſi apportano alle campagne.

(18) Era conſuetudine che ciaſcun fiume teneſſe qualche pianta ſolita naſcere alle loro ripe, celebre in quelle terre che bagnava, perciò ſpeſſiſſime volte le figure dei fiumi hanno le canne, le quali ſi producono vicino ai fiumi; Alle volte ancora s'oſſervano le teſte dei fiumi coronati di canna. Delle immagini dei fiumi vedi Eliano Var. Hiſt. lib. 2. cap. 33.

(19) Secondo la deſcrizione del fiume Inaco fatta da Virgilio nel lib. 7. delle Eneidi verſ. 792. *Inaco il Padre da un urna ſculta verſa fuori un fiume.*

(20) Ovid. lib. 2. verſ. 340. Met. 373. ed Apollonio Argon. verſ. 596.

(21) Apollonio loc. cit. verſ. 603. Ovid. loc. cit. verſ. 340. ec. e de Ponto lib. 1. Ep. 2. verſ. 33. Virgilio Ecl. 6. verſ. 62. lib. 10. Eneid. verſ. 190. Eraclito de Incred. pag. 81. così s'eſprime parlando delle Eliadi. *Dicono, che furono traſformate in pioppi, che è falſo; ma elle ſi gettarono nel Pò per la diſgrazia del fratello ec.*

*Profecto nemo non videt, ita totam hanc fabulam ab hiſce praeſtantiſſimis Artificibus fuiſſe expreſſam, ut nihil ſupra poſſit; quam veluti exemplar ſibi pictor quiſquis proponere poſſet, ut inde tabulam ſcite conficeret; Idem quoque praeſtare poſſet gemma de qua dicturi ſumus, non tam propter opificii praeſtantiam, quam propter ingenioſum, & inſolitum figmentum, quo Aurora ſtans deſignata conſpicitur, quae ut nuncia* (22) *Solis quatuor equos ad currum ſolarem praeparat, equi fraenum tenet dextera, & ſiniſtra palmam oblongam, ut adamuſſim eodem actu, & habitu repraeſentata eſt in nummis familiae Plautiae* (23), *cuius in una parte caput Solis, in altera Aurora Solis equos praeparans. Quare exiſtimari licet, Artificem, quum hanc gemmam coelaret, exemplum ab hoc nummo eſſe mutuatum, in quo videmus eam palmam oblongam ſiniſtra tenere, quaemdmodum in noſtra gemma. In nummis vero Theſauri Morelliani coelatoris incuria palma deſideratur* (24). *Suſpicari quis poſſet quatuor equos non Solis currui deſtinatos, ſed propriae quadrigae, quam quandoque illi tribuit Virgilius* (25) *de Aurora verba faciens, quamvis bigis invecta Aurora vulgo fingitur, ut ex Homero* (26) *Virgilio* (27) *ipſo patet. Singularis Artifex vividam quamdam ſpeciem Aurorae ingeſſit, & venuſtatem, nec non tenuem, translucidamque veſtem, ut ea leviter aetherem pervagaretur. Illum quidem operae pretium feciſſe putabunt aequi rerum aeſtimatores, quum in equis vigor igneus eluceat, ardorque, & impetus diurnum curſum repetendi.*

*Difficultatibus implicatur noviſſima huius tabulae gemma penes quondam Praeſulem Bottari. In ea inſpicitur Apollo ſtans cum capite radiato, qui Chironem Centaurum intuens lyram ſiniſtra tenentem, illi attentum ſe praebet, veluti diſcendi cupidus: non minori artificio pollet Chironis figura, qui barba ſpectandus, manu dextra innuit quo pacto inſtrumentum illud pulſandum ſit. Dolendum ad huius fabellae explicationem ex antiquorum monumentis nobis nihil lucis affulgere: meam tamen proferam conjecturam, nempe Chironem quem ferunt Apollinis filiam Chariclo* (28) *uxorem duxiſſe, gratificaturum Socero, artem Lyrae pulſandae illi tradidiſſe. Meliora de iſto antiquario aenigmate videant Eruditi.*

*MUSA*

(22) *Hymn. in Auror. Orpheus pag.* 387.
Aurora ſplendide lucens, rubefacta per mundum
Nuncia Dei Titanis, praeclari magni

(23) *Theſauri Morelliani &c. pag.* 329.

(24) *Morelli loc. cit. tab.* 1. *n.* 1. *Inter Arcus Conſtantini anaglypha ſpectatur mulier in quadrigis quae ſiniſtra manu palmam tenet; Auroram eſſe hanc putat Montf. Antiq. Exp. vol.* 3. *pag.* 183. *tab.* 55.

(25) *Virgil. lib. 6. Aeneid. verſ.* 530.
Hac vice Sermonum roſeis Aurora quadrigis
Jam medium aethereo curru traiecerat axem.
*& M. Ant. Flaminii Hymnus in Auroram*
Ecce ab extremo veniens Eoo
Roſcidas Aurora refert quadrigas
Et ſinu lucem roſeo nitentem
Candida portat

(26) *Homer. Odyſſ. lib.* 23. *verſ.* 243.
. . . . . . . Auroram vero contra
Detinuit in Oceano ſolium habentem, neque ſinebat equos
Iungere veloces, lumen hominibus ferentem
Lampum, & Phaetonta, qui ſcilicet Auroram equuli vehunt.

(27) *Virgil. lib.* 7. *Aeneid. verſ.* 26.
Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.
*Et Nonnus in Dion. lib.* 15. *v.* 279. *Vide Montfaucon Antiq. Expl. vol.* 1. *tab.* 45. *pag.* 90. *Conſule etiam in hanc rem eruditiſſimum Martorelli in Theca Calamaria vol.* 2. *pag.* 235.

(28) *Natalis Comitis Mithologia pag.* 319. *& ſeq. De Chirone lib.* 4. *cap.* 12. *Chiron mirifice fuit Citharae pulſandae peritus, qua etiam ratione nonnullos morbos ſedavit, ut ait Staphile lib.* 3. *rerum Theſſalicarum, & Boetius de Muſica.*

Non ſi può negare che queſti egregii artefici non abbiano con ſomma eccellenza eſpreſſa tutta la favola di Fetonte, che nulla di più ſi può deſiderare; di maniera tale che potrebbe ciaſcun Pittore ſervirſene per modello d'un bel quadro. Similmente per l'iſteſſo riſleſſo ſi può conſiderare la gemma dell'Aurora sì per l'eccellenza dell'artificio, che per l'inſolito ſoggetto, col quale è ſtata rappreſentata; Ella ſtà in piedi, e come meſſaggiera del Sole (22) prepara per il Carro Solare quattro Cavalli, tiene il morſo d'un Cavallo con la deſtra mano, e con la ſiniſtra un lungo ramo di palme, ſiccome appunto nell'iſteſſa attitudine, e veſtitura la veggiamo eſpreſſa nelle medaglie della famiglia Plauzia (23), che in una parte ſi vede la teſta del Sole, nell'altra l'Aurora che prepara i Cavalli del Sole: Per la qualcoſa ſi può giudicare che l'artefice nell'incidere queſta gemma abbia copiata detta medaglia, nella quale ella tiene con la ſiniſtra mano una lunga palma conforme nella noſtra gemma. Nelle medaglie del Teſoro Morelliano per inavvertenza dell'inciſore manca la palma (24). Si potrebbe congetturare ancora non eſſer ſtati deſtinati queſti quattro Cavalli al Carro del Sole, ma alla propria quadriga, che ella guidar ſuole come inſegnò Virgilio (25) parlando dell'Aurora, quantunque ordinariamente ſi finga con due Cavalli in una Biga conforme è da Omero (26), e da Virgilio in altro luogo deſcritta (27). L'egregio artefice ha inſerito una certa viva attitudine, e grazia nell'Aurora, con un panneggiamento sì leggiero, e traſparente, come ſe ella leggiermente andaſſe ſcorrendo per l'aria. Gli amanti dell'Antichità certamente giudicheranno avere egli fatto un opera pregiabiliſſima, manifeſtandoſi ne Cavalli una vivacità, ed un ardore, e un impeto di deſiderio d'intraprendere col Sole il loro conſueto corſo.

S'incontra qualche difficoltà nell'ultima gemma di queſta tavola, la quale poſſedeva il fu Monſignor Bottari. In eſſa gemma ſi rimira Apollo ſtando in piedi con la teſta radiata, che dimoſtra nel guardare Chirone Centauro grande deſiderio d'imparare a ſonar la Lira, la quale tiene nella ſiniſtra mano. Con non minore artificio è caratterizzato Chirone venerando per la ſua barba, che con la deſtra gli accenna la maniera di ſuonare queſto iſtrumento. E' molto rincreſcevole che neſſun monumento antico ci rimanga per la ſpiegazione di queſta favola. Contuttociò azzarderò una mia congettura, cioè che Chirone avendo ſpoſata Cariclo figlia d'Apollo, per renderſi grato al ſuo Socero gli aveſſe inſegnato a ſonar la Lira (28). Penſeranno gli eruditi a produrre congetture migliori ſopra queſto enimma antiquario.

MUSA

(22) Orfeo nell'Inno dell'Aurora pag. 387.

*. . . . . . . O Aurora alba lucente,*
*Roſſeggiante pel mondo, meſſaggiera*
*Di Dio Titane glorioſo, grande ec.*

(23) Theſ. Mor. pag. 329.

(24) Morelli loc. cit. nella famiglia Plauzia tav. 1. n. 1. Nei baſſi rilievi dell'arco di Coſtantino ſi vede una femmina nella quadriga la quale tiene nella ſiniſtra una palma, ed è ſtimata da Montf. Ant. vol. 3. pag. 183. t. 55. eſſer l'Aurora.

(25) Nel lib. 6. dell'Eneid. verſ. 535.

*Così fra lor parlando avea l'Aurora*
*Colla roſea quadriga omai paſſato*
*Per l'aereo cammino il cielo a mezzo ec.*

(26) Odiſ. lib. 23. verſ. 243.

*. . . . . . . . . Nei Cavalli*
*Laſsò attaccare, di veloce piede,*
*Che agli uomini n'apportano la luce*
*Lampo, e Fetonte, e quegli che l'Aurora*
*Guidan puledri ec.*

(27) Lib. 7. dell'En. verſ. 26.

. . . . *La bionda Aurora ſplendea ridente nella roſee bighe*

Vedi Montf. Ant. vol. 1. t. 45. pag. 90. e Nonno Dioniſiaci lib. 15. verſ. 279. Con ſomma erudizione parla dell'Aurora Martorelli nella ſua Teca Calamaria v. 2. p. 355. ec.

(28) Natal Conti nella Mitologia parlando di Chirone dice eſſere egli ſtato peritiſſimo nel ſonar la Lira; per la qual cauſa ancora aver guarito alcune malattie come dice Staſilo nel lib. 3. delle coſe Teſſaliche, e Boezio nel lib. della Muſica.

## XI.

# *M U S A.*

## ALLIONIS OPUS,

*Carneolae inciſum.*

EX MUSEO STROZZIANO ROMAE.

D*E origine & numero Muſarum* (1) *diverſis veterum opinionibus immorari non eſt animus; qui haec noſſe concupiſcet, Giraldi, Linocerii, Liceti libros huiuſce argumenti adeat* (2).

*Muſa quae in noſtra gemma ſpectatur expreſſa, habet capillos concinne criſpatos, ac ſuperne virginum more nodo religatos* (3) *induta ſtola ad talos defluente, adeoque tenui, & pellucida, ut ea potius membra adumbrentur, quam tegantur*. Pes *ut inquit Gorius* (4) metricus ad metiendum ſonorum tempus paratus praealto terrae cumulo incumbit. *Dexterum brachium nudum ac exſertum habet, manuque ſuperiorem lirae vittis ornatae partem tenet, baſi praealtae quadratae innixa, cui ſuperimpoſita icuncula mulieris dextero brachio veſtem ſuſtinentis.*

*Ambiguum ſane eſt, quae peculiaris Muſa in hac gemma exprimatur. Maffeius* (5) *qui ſimilem gemmam Oneſae opus e gemmis Leonardi Auguſtini primus vulgavit, Calliopem exhibere conjectavit. Stoſchius fidenter affirmat eſſe Erato* (6), *cui lyra tribuitur ex poetarum ſententia. Gorius* (7) *inquit.* Quo vero nomine appellanda ſit haec Muſa, an Clio, ſeu Calliope, ſeu Erato, non determino, nam veteres poetae his quoque lyram tribuunt. *Mihi magis arridet, Muſam hanc, vel Erato, vel Terpſichoren pronuntiare,* (8) *quia hiſce Muſis lyram ſonantibus egregie hoc attributum convenit, prout in tabulis Herculaneis obſervatur.*

*Princeps illius attributum eſt lyra, quam non ſolum, ut praelaudatus Gorius animadvertit, Clio, Calliope, ac Erato ſibi vindicant, ſed etiam Melpomene, Terpſicore, Polyhymnia, teſte Montfauconio, qui in ſuo perutili opere Antiquitatis explicatae* (9) *ait*. Magna itaque varietas in Muſarum imaginibus deprehenditur, & hinc magna in diſtinguendis illis oritur difficultas. Epigramma quoddam Graecum ſingularum functionem atque inſtrumenta deſcribit; Carmina autem Auſonii ab epigrammate Graeco ita differunt, ut ex neutro majorem ad diſtinguendas Muſas difficultatem colligas, quam ex veterum monumentis nova diſcrimina parientibus. Et circa earum inſtrumenta, earumque cultum non conſentiunt Scriptores (10).

*In*

(1) Sacrae Cicadae *a Plutarcho vol. 2. pag. 327. nuncupantur Muſae, quae ob cantum apud Antiquos venerabantur.*

(2) *Lilii Gregorii Giraldi de Muſis libellus, Geofredi Linocerii Vivarienſis Mythologiae Muſarum libellus, Fortunii Liceti de quaeſitis per epiſtolas a claris viris reſponſis in vol. 2. Miſcell. Ital. Erud. pag. 176. vide etiam vol. 2. Herculan. Antiq. pag 7.*

(3) *Sic Pauſan. lib. X. cap. 25. in Phoc. Polixenam deſcribit*. Polixena Virginum more, collecto in nodum crine.

(4) *Gori Muſ. Flor. tab. 8. vol. 2. pag. 22. De Lyrae inſtrumento vide Gori loc. cit. & praeſertim Antiq. Herc. expoſitores vol. 3. pag. 2. n. 9. & 10.*

(5) *Maffei gem. p. 2. tab. 50. pag. 108.*

(6) *Stoſch gem. inſc. tab. 7. pag. 8.*

(7) *Gori Muſ. Flor. pag. 23. vol. 2. tab. 8. & Thaliae Muſae quoque lyra tribuitur ut docet Ovid. lib. 5. Faſt. v. 54.* Clioque & curvae ſcita Thalia lyrae.

(8) *In Petr. Satyr. pag. 543. Petronii Afranii Epigr. de Terpſichorae Eratoque Muſis*

Aurea Terpſichorae totam lyra perſonat aethram:
Fila premens digitis Erato modulamina fingit

*vide Auſon. Edyl. 20. Muſarum inventa.*

(9) *Montf. Antiq. expliq. vol. 1. pag. 109. & ſeq. & pag. 114.*

(10) *Gori inquit vol. 1. pag. 100.* Poetae muſica inſtrumenta uni Muſae data, & alteri utcumque volunt, adſignant, atque confundunt, quod ex duobus epigrammatis Antologiae lib. 1. cap. 67. num. 22. & 23. & ex carminibus complurium poetarum, ac praeſertim Horatii intelligi poteſt, qui in lib. 3. Od. 4. Tibiam aliaque Muſica organa Colliopae tribuit.

*Deſcende Caelo, & dic, age, Tibia,*
*Regina longum, Calliope, melos;*
*Seu voce nunc mavis acuta,*
*Seu fidibus citharaque Phoebi.*

*Clio lyram vel Tibiam ad Heroas celebrandos tribuit Od. 12. lib. 1.*

*Quem virum, aut Heroa lyra, vel acri*
*Tibia ſumes celebrare Clio?*

Vide Spon. in explicatione Sarcophagi quod Muſas exhibet. ſect. 11. art. 9. pag. 44. ec.

## XI.

# M U S A.

## *O P E R A D' A L L I O N E.*

### Inciſa in Corniola.

### *DEL MUSEO STROZZI DI ROMA.*

NOn conviene arreſtarci ſopra le varie opinioni degli antichi intorno all' origine, e numero delle Muſe. (1) Chi bramaſſe averne contezza, può conſultare ſopra queſto argumento i libri di Gregorio Giraldi, di Linocerio, e di Liceto. (2)

Queſta Muſa che veggiamo ha i capelli elegantemente accomodati, e di ſopra all' uſo delle Vergini con un nodo legati. (3) E' veſtita con la ſtola, che le ſcende fino ai piedi, sì traſparente, che pare piutoſto adombri le membra, che le ricopra. Il piede (come dice Gori) preparato a miſurare il tempo del ſuono poſa ſopra un mucchio di terra. Ha il braccio dritto nudo, che tiene con la deſtra mano la parte ſuperiore della lira ornata di faſcie; con la ſiniſtra ſoſtiene l' inferiore, è appoggiata a un' alta baſe quadrata, ſopra la quale ſtà una figuretta di Donna ſtolata che ſi tiene col deſtro braccio la veſte.

E' certamente dubbioſo, qual Muſa particolare rappreſenti queſta gemma. Maffei (5) che pubblicò una conſimil gemma, lavoro d' Oneſa, congetturò eſſer Calliope. Stoſch (6) con ſicurezza deciſe eſſere Erato, alla quale s' attribuiſce la lira. Gori (7), dice: *non determino con qual nome ſi deva chiamare queſta Muſa, ſe Clio, Calliope, o Erato, imperocchè ancora a queſte gli antichi hanno attribuito la lira*. A me piace nominar queſta Muſa, Erato, o Terſicore, (8) perchè a queſte Muſe, che ſuonano la lira, egregiamente conviene queſto attributo, come può oſſervarſi nell' antiche pitture d' Ercolano.

Il principale attributo adunque della noſtra Muſa è la lira, la quale non ſolamente (ſiccome il ſopralodato Dottor Gori c' inſegna) conviene a Clio, Calliope, ed Erato, ma ancora a Melpomene, Terſicore, e Polinnia ſecondo Montfaucon, il quale nel ſuo utiliſſimo libro dell' Antichità ſpiegate. (9) Dice: *una gran varietà ſi ſcorge nell' immagini delle Muſe, e da queſta naſce una gran difficoltà nel riconoſcerle. Un Epigramma Greco deſcrive le funzioni, e gl' inſtrumenti di ciaſcuna, ma li verſi d' Auſonio di tal maniera differiſcono dal greco epigramma, che da queſti ne deriva maggior difficoltà a diſtinguere le Muſe, che dagli antichi monumenti, i quali partoriſcono nuove difficoltà. Non s' accordano ſimilmente gli antichi Scrittori intorno ai loro iſtrumenti, e il loro culto* (10).



(1) *Sacre Cicale* ſon chiamate le Muſe da Plutarco vol. 2. p. 727., le quali erano per il canto dagli Antichi venerate.

(2) Lilii Greg. Giraldi de Muſis libellus, Geofredi Linocerii Mytologiae Muſarum libellus, Fortunii Liceti de quaeſitis per epiſtolas a claris viris reſponſa in v. 2. Miſcell. Ital. Erud. p. 176. vedi ancora il v. 2. dell' Antichità d' Ercolano p. 7.

(3) Conforme dice Pauſania lib. X. deſcrivendo Poliſſena. *Poliſſena ha i ſuoi capelli annodati per di dietro alla maniera delle vergini.*

(4) Gori Muſ. Flor. t. 8. v. 2. p. 22. Dell' iſtrumento della Lira vedi il luogo ſopracitato, e principalmente gli eſpoſitori dell' Antichità d' Ercolano nel vol. 3. p. 2. nota 9. e 10.

(5) Maff. Gem. pag. 2. t. 50. pag. 108.

(6) Stoſch Gem. pag. 8. t. 7.

(7) Gori Muſ. Flor. vol. 2. t. 8. pag. 23. ed alla Muſa Talia è attribuita ancora la Lira come c' inſegna Ovidio lib. 5. Faſt. v. 54. *E Clio, e la dotta Talia della curva Lira.*

(8) Nell' Epigramma delle Muſe di Petronio Afranio a pag. 543. nel Satirico di Petronio pubblicato dall' Adrianide parlando della Muſa Erato, e Terſicore così dice. *Fa riſuonar tutta l' aria l' aurea lira di Terſicore, Erato al ſuono delle corde della Lira forma de verſi*. Vedi Auſonio nell' Idilio 20. delle Muſe.

(9) Montf. Ant. vol. 1. pag. 109. & ſeq. e pag. 114.

(10) Gori dice nel vol. 1. del Muſ. Flor. pag. 100. *I Poeti come a loro piace aſſegnano, e confondono i muſicali iſtrumenti dati alle Muſe Clio, e Calliope, come ſi può comprendere dai due Epigrammi dell' Antologia, lib. 1. cap. 67. num. 22. e* 23. *e dai verſi di molti poeti, e particolarmente da Orazio, il quale nel lib. 3. Ode 4. aſſegna a Calliope la Tibia, e altri muſicali iſtrumenti, dicendo*. O Regina Calliope diſcendi dal Cielo, e una più lunga canzone canta con la Tibia, o pure ſe ti piace con voce ſonora, o con le corde, e cetera di Febo, e nell' Od. 12 del lib. 1. *A Clio attribuiſce la Lira, e la Tibia per celebrare gli Eroi*. O Clio, quale uomo, o Eroe intraprenderai a cantare con la lira, o con l' acuta Tibia. *Vedi Sponio nella ſpiegazione del Sarcofago ſpettante alle Muſe nella Sezione 11. pag. 44.*

*In tanta quidem dubitatione aliquam forte lucem exhibent picturae Muſarum ex Herculano depromptae, & regio cultu editae. Unicuique earum nomen literis Graecis inſcribitur, & inſtrumenta tenent, quibus ſingulae diſtinguuntur. Terpſichore lyram habet cum inſcriptione* ΤΕΡΨΙΧΟΡΗ · ΛΥΡΑΝ · *Erato cum epigraphe* ΕΡΑΤΩ ΨΑΛΤΡΙΑΝ *inſtrumentum lirae ſimile, ſuper quo ab illis doctiſſimis illuſtratoribus multa egregia eruditione referta producuntur* (11); *Attamen nonnullae difficultates circa Muſarum inſtrumenta, earumque cultum antiquis in Scriptoribus ſuperſunt.*

*Supereſt, ut de icuncula illa baſi quadratae ſuperimpoſita aliqua addam. Si Stoſchio* (12) *fides habenda, imago Veneris eſt, ſi Gorio* (13), *vel Venus, vel alia Dea, Semeles forte, quam, ut narrat Philoſtratus Muſae* (14), *aſcendentem in Coelum cantu celebrarunt. Nunquam Veneris imaginem ea forma indutam in antiquis conſpeximus monumentis, ideoque de hac Dea ſententia rejicienda eſt. Sed cum in hac icuncula nullum ſymbolum adpoſitum ſit, quo Dea diſcernatur, fieri potuit, ut aliqua per eam illuſtris foemina indicaretur, cuius laudes Muſa canendas ſibi ſumpſiſſet* (15).

*Leonardus Auguſtini ſimilem ab Oneſa inciſam imaginem aſſerens ait* (16) *repraeſentari lyriſtriam Herois alicuius laudem concinentem, nam icuncula nudi viri baſi quadratae ibi imminet. Non erraret fortaſſe, qui Allionis Muſam, eſſe Lyriſtriam arbitraretur, Heroidis alicuius laudes celebrantem.*

*Praeterea ſuſpicari liceret Sapphum Poetriam notiſſimam hic eſſe figuratam, nam a Svida* ψαλτρια *vocatur Sappho Phaonis Amans: Et habitu cythariſtriae manu ſiniſtra citharam pulſans, ut in Mitylenarum nummis expreſſa videtur* (17). *Nam habitus parum decens Muſae, quum corpore tenus nuda ſit, magis huic Poetriae celebri convenit laſcivis verſibus atque amoribus celeberrimae, prout ab Ovidio intelligimus* (18)

Nota ſit & Sappho: Quid enim laſcivius illa?

*Muſarum cultus, qui latiſſime per Graeciam patuit* (19) (*in eo enim ſolo Deas, ſedes, regnumque poſuiſſe putabatur*), *a Graecis ad Romanos deſcendit, apud quos innumeras Muſarum ſtatuas, & anaglypha credendum eſt extitiſſe, ex monumentorum copia, quae dudum ſupereſt* (20). *Nec quiſquam obſtupeſcat, cultiſſimas gentes tanta religione Muſas proſecutas fuiſſe; cum enim eas pulchrarum artium fontes aperuiſſe, Poeſeos ſcilicet, & Eloquentiae aeſtimaretur, omni jure Reges ipſi ad populorum animos conciliandos illarum praeſidium ſuperſtitioſe quaerebant* (21).

*TAU-*

(11) *Pict. Herc. vol. 2. tab. 6. pag. 34. & ſeq.*

(12) *Stoſch loc. cit.*

(13) *Gori loc. cit.*

(14) *Philoſt. Icon lib. 1. in ſemel.*

(15) *Pind. Olymp. Od. 2. pag. 21.* Hymni dominantes Citharae, quem Deum, quem Heroem, quem Virum celebrabimus? & *Horat. lib. 1. Od. 12.*

Quem virum, aut Heroa, lyra, vel acri
Tibia ſumes celebrare, Clio?
Quem Deum?

& *Homerus inquit de Achille Iliad. lib. 9. verſ. 189.* Hac (*ſcilicet cithara*) is animum oblectabat canebatque ubique praeclara facinora virorum.

(16) *Agoſtini gem. p. 2. tab. 2. pag. 25.*

(17) *Geſner. num. Popul. & Urb. tab. 46. num. 24. & a Polluce narratur, quod Mitylenarum populi numiſmata Sapphus imagine inſignita ſignabant in lib. 9. cap. 6. Segm. 84. inquiens* Mytilenaei quidem Sappho monetae ſuae inſculpſerunt.

(18) *Ovid. Art. Am. lib. 3. verſ. 331. vide Ovid. Epiſt. 15. Sapph. & Aelian. var. Hiſt. lib. 12. cap. 19. & Gronov. Antiq. Graec. vol. 2. pag. 34.*

(19) *Pauſanias Boet. lib. 9. cap. 31.* Theſpienſes dies feſtos agitant, & ludos Muſarum, quae Muſaea vocant. *Muſarum cultus ita apud Romanos vigebat, ut templa, aedes, & ſilvae illis dedicarentur teſte Nardini Rom. Ant. pag. 79. 152. 333.*

(20) *Iunius de Pictura veterum &c. refert plurimos in ſculpendis Muſarum ſtatuis laboraſſe, & praecipue Ariſtoclem, Strongylionem, Ageladem, Lesbothemidem, Olympioſthenem, Lyſippum, & Plin. ait lib. 36. cap. 5. in celeberr. portico Octaviae Romae novem Muſas a Philiſco Rhodio ſculptas, ſpectatas fuiſſe. Magna vis ſupereſt ſtatuarum anaglyphorum idem cultum teſtantium in Capitolio, Aedibus Juſtinianeis, Barberinis, Matheis, Burgheſiis in Villa Pinciana, in Aede S. Mariae vulgo il Priorato, ubi Sarcophagus exſtat, in quo Muſae exculptae capitibus plumis ornatis ad ſignificandam victoriam de Sirenis ut narrat Pauſan. lib. 9. cap. 34. relatam, in Villis Romanorum ipſis Religione privata luci dedicabantur. Inter plurima monumenta quae notari poſſent, ad id apte oſtendendum ſufficiat adducere elegantiſſimum Graecum epigramma marmore inciſum, paucis ab hinc annis in loco vulgo la Colonna repertum & apud Iacobum Belotti amicum meum antiquitatum ſtudioſum exiſtens, cum verſione quam metrice amicus meus ſuaviſſimus, optimuſque Io. B. Zanobettius exaravit.*

ΑΛCΟCΜΕΝ ΜΟΥCΑΙC ΙΕΡΟΝ
ΛΕΓΕ ΤΟΥΤΑ ΑΝΑΚΕΙCΘΑΙ
ΤΑC ΒΥΒΛΟΥC ΔΕΙΞΑC ΤΑCΠΑΡΑ
ΤΑΙC ΠΛΑΤΑΝΟΙC
ΗΜΑCΔΕ ΦΡΟΥΡΕΙΝ ΚΑΝ ΓΝΗCΙ
ΟC ΕΝΤΑΔ ΕΡΑCΤΗC
ΕΛΘΗ ΤΩ ΚΙCCΩ ΤΟΥΤΟΝ ΑΝΑ
CΤΕΦΟΜΕΝ

Hunc ſanctum poſitum lucum dic eſſe Camoenis
Oſtendens libros, qui prope ſunt platanos.
Nos autem ſervare, & ſi quis verus Amator
Illarum accedat, cingimus hunc hedera.

(21) *Vide Heſiod. Theog. v. 81. ſed praeſertim Orpheum Hymn. pag. 384.*

In tanta dubbiezza certamente qualche lume ci ſomminiſtrano le pitture antiche delle Muſe trovate in Ercolano, con magnificenza pubblicate. A ciaſcuna di queſte Muſe vi è l'iſcrizione a baſſo col ſuo nome in lettere Greche, tenendo gl'iſtrumenti, con li quali ognuna ſi diſtingue. Terſicore ha la lira con l'iſcrizione ΤΕΡΨΙΧΟΡΗ ΛΥΡΑΝ; Erato coll'iſcrizione ΕΡΑΤΩ ΨΑΛΤΡΙΑΝ tiene un iſtrumento ſimile alla lira, ſopra del quale i dottiſſimi Illuſtratori del Muſeo Ercolano trattano con pregievole e rara erudizione queſto argomento. (11) Contuttociò non ſono dilucidate alcune difficoltà degli antichi Scrittori intorno agl'iſtrumenti, ed al culto delle Muſe.

Ci reſta a parlare della Statuetta poſta ſopra l'alta baſe quadrata. Se preſtiamo fede a Stoſch (12), deve dirſi che rappreſenti l'immagine di Venere. Gori (13) crede poſſa eſſere Venere, o un'altra Dea, forſe Semele, che ſecondo narra Filoſtrato (14) le Muſe col loro canto accompagnarono in Cielo. Non abbiamo negli antichi monumenti veduta giammai l'immagine di Venere veſtita in queſta forma, perciò non ſuſſiſte la loro oppinione. Siccome non s'oſſerva nella piccola figura neſſun ſimbolo per qualificarla una Dea, ſi potrebbe facilmente ſupporre che indicaſſe qualche illuſtre Eroina, le di cui lodi intrapрendeſſe a cantare la noſtra Muſa (15).

Leonardo Agoſtini (16) riportando una ſimile immagine inciſa da Oneſa dice, che poſſa rappreſentare una Liriſtria che canti le lodi di qualche Eroe, imperocchè ſopra la baſe quadrata vi è una piccola figura d'un Uomo nudo. Non ſbaglierebbe per avventura chi giudicaſſe la Muſa d'Allione eſſer una Liriſtria che celebraſſe le lodi di qualche Eroina.

Potrebbeſi ancora congetturare, eſſer figurata in queſta gemma la famoſiſſima Saffo Poeteſſa; imperocchè da Svida è chiamata ΨΑΛΤΡΙΑ, amante di Faone; e ſi vede eſpreſſa nelle medaglie di Mitilene in abito di Citariſtria, ſonando con la mano ſiniſtra la Citara (17) imperocchè l'abito poco decente in una Muſa, eſſendo nuda fino al corpo, è più conveniente a queſta Poeteſſa celebre per le ſue poeſie, e laſcivi amori, come intendiamo da Ovidio (18). *Eſſendo famoſa Saffo, imperocchè chi è più di lei laſciva?*

Il culto delle Muſe era ſparſo per la Grecia (19), perchè in quella beata terra ſi ſtimava che aveſſer poſto la lor ſede, e il loro regno. Dai Greci fece paſſaggio ai Romani, appreſſo i quali ſi può credere eſſervi ſtate infinite ſtatue, e baſſi rilievi delle Muſe dalla copia di tanti monumenti che ci rimangono (20). Nè veruno ſi maraviglierà aver venerato le cultiſſime Nazioni con tanta religione le Muſe, imperocchè ſi giudicava avere eſſe aperto i fonti delle Belle Arti, cioè della Poeſia, e dell'Eloquenza, e gl'iſteſſi Rè meritamente per conciliare gli animi dei loro Popoli ſuperſtizioſamente il loro aiuto cercavano (21).



(11) Le Pitture Antiche d'Ercolano v. 2. t. 5. e 6. p. 34. ec.

(12) Stoſch loc. cit. (13) Gori loc. cit.

(14) Philoſtr. Icon lib. 1. in Semele.

(15) Pind. Olymp. Od. 2. pag. 21. *Inni, che ſulla cetra avete impero, quale Dio, quale Eroe, qual Perſonaggio celebrerem col canto.* E Orazio nell'Od. 12. del 1. lib. *O Clio qual uomo, O Eroe intraprenderai a cantare con la lira, o con l'acuta tibia. Quale Dio?* Ed Omero nel lib. 9. dell'Iliade verſ. 189. dice di Achille.

*. . . . . . . . . Or ei con queſta*
*L'alma ne ſollevava, e ſi cantava*
*Degli uomini le chiare altere geſta.*

(16) Agoſtini Gem. pag. 2. tit. 2. pag. 25.

(17) Geſner. num. popul & urb. t. 46. num. 24. Polluce narra nel lib. 9. cap. 6. ſe. 84. che i Popoli di Mitilene battevano le loro medaglie con l'immagine di Saffo, dicendo: *I Popoli di Mitilene ſcolpirono nelle loro monete Saffo.*

(18) Ovid. Art. Am. lib. 3. verſ. 331. vedi ancora l'Epiſtola 15. d'Ovidio, di Saffo a Faone, e Eliano V. Hiſt. lib. 12. cap. 19. e Gronovio nell'Antichità Greche v. 2. p. 34.

(19) Pauſania nella Beozia lib. 9. cap. 31. *I Teſpienſi celebrano una feſta delle Muſe, e fanno degli ſpettacoli, i quali chiamano delle Muſe.* Il culto delle Muſe appreſſo i Romani era in tanta venerazione, che furono loro dedicati Tempii, Cappelle, Boſchi, come ſi legge in Nardini a pag. 79. 152. e 333.

(20) Giunio nel lib. della pittura degli Antichi ec. riferiſce molti ſcultori avere ſcolpite delle Muſe, tra i quali Ariſtocle, Strongilione, Agelada, Lesbotemide, Olimpioſtene, Liſippo. Plinio dice nel lib. 36. cap. 5. che ſi vedevano nel celebre Portico di Ottavia le nove Muſe, opera di Filiſco di Rodi. La quantità prodigioſa sì di ſtatue, che di baſſirilievi che eſiſtono, ci aſſicura maggiormente quanto Roma veneraſſe queſte Deità, i di cui monumenti ſi veggono in Campidoglio, nel Palazzo Giuſtiniani, Barberini, Mattei, nella Villa Pinciana, nella Chieſa di S. Maria detta il Priorato, dove s'oſſerva un Sarcofago nel quale vi ſono ſcolpite le Muſe con le penne in teſta per ſignificare la loro vittoria riportata ſopra le Sirene, come racconta Pauſania nel cap. 34. del libro 9. Nelle Ville iſteſſe dei Romani erano loro con privato culto dedicati i Boſchi. Tra tanti monumenti che potrebbero notarſi, ſervirà per dimoſtrar ciò il pubblicare un elegantiſſimo Epigramma Greco in marmo inciſo ritrovato pochi anni ſono in un luogo chiamato la Colonna. Eſiſte queſto monumento appreſſo il mio amico Sig. Bellotti amante dell'Antichità = *Tu dirai certamente queſto Boſco eſſer conſecrato alle Muſe, dimoſtrandolo queſti libri intorno a queſti Platani. Ma conſervaci, che ſe verrà qualche vero Amante, noi d'Ellera lo coroneremo.*

(21) Vedi Eſiodo nella generazione degli Dei verſ. 81. e principalmente Orfeo negl'Inni pag. 384.

XII.

# *TAURUS CORNUPETA.*

## ALLIONIS OPUS,

*Carneolae inciſum.*

EX MUSEO THOM. HOLLIS ARM. ANG.

*INſigne artis ſuae ſpecimen edidit Allionis manus in hac gemma, ubi ferocis tauri cornu minitantis imaginem ſcalptam videmus, Lunamque deſuper expreſſam. In mentem venire poſſet, aſtronomicum aliquid Artificem innuere voluiſſe: Nam altiſſima in Tauri ſidere putata eſt Luna.* Altera ſublimitatum cauſa, (*ait Plinius* (1)) quoniam a ſuo centro apſides altiſſimas habent in aliis ſignis Saturnus in Librae parte viceſima &c. Luna Tauri tertia. *Haec Plinii verba ſunt, quibus hic ſenſus ineſt (ut quam pauciſſimis rem difficilem expediam), nempe cum Luna quamlongiſſime abeſt a terra, quod in Apogaeo eſſe dicitur, tunc id evenire, quando in tertio gradu Signi, quod Taurus appellatur, conſiſtit. Idem a Firmico* (2) *confirmatum, qui ait:* Luna exaltatur in Tauri parte tertia.

*Taurus unus de duodecim Signis, quibus conſtat Zodiacus, ſeu Signiferum mavis, intra quem Planetae ſuos curſus peragere ſolent. Sed haec coeleſtia ſigna miſſa faciamus, haud enim credendum eſſe autumo, aliquid Aſtronomici ſenſus in hac Allionis gemma latere: Nam ſi huc reſpexiſſet Artifex, non infra Lunam Taurum collocaſſet, ſed ſuperne, ut res poſtulabat; nam ſidera, quae Coelo affixa ſunt, inter quae Taurus adnumeratur, longe ſublimiorem Planetis ſtationem naſciſcuntur* (3).

*Boni praeterea ominis argumentum bovem fuiſſe coloniis in confeſſo eſt* (4). *Cum autem Bos arator diceretur* (5), *ſeu agricola, ſignificabat exercendam bobus terram, operamque ſerio dandam agro-*

(1) *Plin. Hiſt. lib. 2. cap. 16.*

(2) *Jul. Firm. lib. 2. cap. 3. pag. 17.* Dicitur Taurus, *ut fabularum explicator Hyginus Aſtron. lib. 2. pag. 69.* inter aſtra conſtitutus quod Europam incolumem tranſvexit Cretam, ut Euripides dicit. *Taurus inter coeleſtia ſigna genu curvo fugitur, ut Manilius lib. 2. verſ. 258. 459.*

. . . . . . . . . . . . Taurus
Succidit incurvo claudus pede &c.,

*nec non Lucanus Pharſal. lib. 3. verſ. 254.*

. . . . . . . . . . . niſi poplite lapſo
Ultima curvati procederet ungula Tauri.

*Non aliter ac Poetae deſcribunt, monumenta Taurum Coelo receptum noſtris oculis ſubjiciunt; In Palatio Farneſiano ſimulacrum eſt Atlantis, de quo Virgil. Aeneid. lib. 6. v. 797.*

. . . . . . . . . . . Ubi caelifer Atlas
Axem humero torquet Stellis ardentibus aptum.

*In hoc coeleſti orbe inter duodecim Signa Taurus eſt curva ſpecie deflexus, qualis itidem in nummis primi Seleuci ſpectatur, ut videre eſt apud Hajm. Teſoro Britannico vol. 1. pag. 20. & 24. Vaillant Seleucid. pag. 27. Principium veris in Tauri Sidere conſtituit Virg. Georg. lib. 1. verſ. 217.*

Candidus auratis aperit cum cornibus Annum
Taurus.

*quod alii tributum Arieti voluerunt.*

(3) *Vide Gemmarum Antiq. Aſtriferarum Theſaurum Io. Bapt. Paſſeri vol. 1. tab. 42. qui gemmam refert in qua Taurus ſtans, e medio Stella, Luna vero Tauri cornibus inſtans, & in obſervationibus vol. 2. pag. 175. res de hac gemma Aſtrologicas tractat.*

(4) *Cadmus ubi ſedes poneret ſolicitus, Oraculum adiens, reſponſum tulit, ut refert Ovid. Metamorph. lib. 3. v. 10. ſeq.*

Bos tibi Phoebus ait ſolis occurret in arvis
Nullum paſſa iugum, curvique immunis aratri
Hac duce carpe vias, & qua requieverit herba
Moenia fac condas.

*Inde cum nova oppida condebantur, bobus iunctis foſſa ducebatur, quae ambitum eorum complecteretur. Inquit Varro ling. lat. lib. 4. pag. 35.* Oppida condebant in Latio, Etruſco ritu multa, ideſt iunctis bubus, Tauro, & Vacca interiore aratro circumagebant ſulcum. Hoc faciebant religionis cauſſa, die auſpicato, ut foſſa, & muro eſſent munita: *ideo Virgilius Aeneid. lib. 5. v. 755.*

Interea Aeneas urbem deſignat aratro

(5) *Heſiod. Opera & Dies verſ. 403.* βῶν τ' ἀροτῆρα *ideſt bovemque aratorem.*

# XII.

# TORO CORNUPETA.

## *OPERA D' ALLIONE,*

### Inciſa in Corniola.

*DEL MUSEO DEL SIG. TOMMASO HOLLIS CAVALIERE INGLESE.*

ALlione in queſta gemma ci ha dato un inſigne prova della ſua maeſtria nell' eſprimerci l'immagine d'un Toro feroce, e minacciante con le corna, ſopra del quale vedeſi la Luna. Taluno potrebbe dire che l'Artefice ebbe in idea d'indicare con queſto ſegno celeſte della Luna qualche coſa d'Aſtronomico, imperocchè la Luna è nella altiſſima coſtellazione del Toro. *Un altra cauſa delle loro altezze* (dice Plinio (1)) *è perchè hanno l'abſide altiſſime dal loro centro in altri Segni. Saturno nella vigeſima regione della Libra ec. la Luna nella terza del Toro.* Queſte ſono le parole di Plinio, che contengono queſto ſentimento (per ſpiegare in breve una coſa difficile) che eſſendo la Luna lontaniſſima dalla terra, che ſi dice eſſere nell' Apogeo, allora accade, quando è nel terzo grado della Coſtellazione, che Toro ſi chiama. Ciò è da Firmico confermato (2) il quale dice. *La Luna s' alza ſopra nella terza regione del Toro.*

Il Toro uno de dodici ſegni celeſti, dei quali è compoſto lo Zodiaco, o pure il Signifero, nel quale i Pianeti ſoglion fare il loro corſo. Ma tralaſciamo queſti ſegni Celeſti. Io ſtimerei non doverſi credere in queſta gemma d'Allione qualche ſentimento Aſtronomico; imperocchè ſe l'arteſice aveſſe avuto ciò in mira, non avrebbe poſto il Toro ſotto la Luna, ma ſopra, come ſi richiedeva, perchè le coſtellazioni le quali ſono fiſſe nel Cielo, tra le quali s'annovera il Toro, acquiſtano di gran lunga una più ſublime ſtazione (3).

Inoltre ſappiamo eſſere ſtato nelle Colonie il Bove, argomento di buono augurio (4). Quando ſi diceva il Bove aratore (5) ſignificava la terra lavorarſi dai Bovi, ed applicarſi feriamente al culto

(1) Plin. lib. 2. cap. 16.

(2) Iul. Firm. lib. 2. cap. 3. pag. 17. *ſi dice che il Toro* come ſpiega Igino lib. 2. pag. 69. *foſſe collocato tra le coſtellazioni per aver in Candia traſportata Europa, come narra Euripide.* Il Toro tra i ſegni celeſti ſi finge con un ginocchio piegato ſecondo Manilio lib. 2. verſ. 258. e Lucano lib. 3. verſ. 254. Vien confermata l'autorità di queſti Poeti coll' unica ſtatua d' Atlante che conſervaſi nel Palazzo Farneſe, conforme alla deſcrizione di Virgilio lib. 6. Aen. v. 797.

*Il Celifero Atlante ha ſu le ſpalle,*
*Di riſplendenti ſtelle il Polo adorno.*

In queſto celeſte globo ſi vede il Toro tra i dodici ſegni col piede piegato, come ancora s'oſſerva nelle medaglie del primo Seleuco: vedi Hajm Teſoro Brit. v. 1. pag. 20. e 24. Vaillant Seleuc. pag. 37. Virgilio deſcrive nella Georgica lib. 1. verſ. 217. l'anno principiato nella primavera nella coſtellazione del Toro

*Mentre che riaprì l' anno novello*
*Colle corna dorate il bianco Toro.*

Che altri hanno voluto attribuirſi all' Ariete.

(3) Vedi il Teſoro dell'antiche gemme Aſtrifere di Gio. Battiſta Paſſeri vol. 1. t. 142. il quale riporta una gemma con un Toro ſtante, nel mezzo una ſtella, ma la Luna tra le corna del Toro. Tratta varie coſe Aſtrologiche allu- denti a queſta gemma nell' oſſervazioni al vol. 2. p. 175.

(4) Quando Cadmo ſollecito di porre la ſua abitazione conſultò l' Oracolo, dal quale n' ebbe la riſpoſta riferita da Ovid. nelle Met. lib. 3. verſ. 10. e ſeg.

*Un ben maturo, e candido Vitello*
*Nei più deſerti campi incontrerai*
*(Riſpoſe Febo) a maraviglia bello,*
*Che non ha il giogo ancor ſentito mai;*
*Prendi ſeco il cammin, ſegui, ſin ch' ello*
*Si ferma, e quivi il tuo ſeggio porrai:*
*Chiama Beozia poi la tua Contrada*
*Dal Bue ch' or or ti moſtrerà la ſtrada.*

Quando ſi fabbricavano nuove Città, ſi faceva con due Bovi uniti una foſſa, la quale abbracciaſſe il giro della Città. Dice Varrone nel lib. 4 pag. 35. della lingua latina. *Si fabbricavano con rito Etruſco, nel Lazio le Città, uniti i Bovi cioè un Toro, ed una Vacca con un' aratro facevano attorno un ſolco. Facevano queſto a motivo di Religione (avendo preſo gli auſpicii in quel giorno) acciocchè le Città foſſero di foſſa e di muro fortificate:* perciò Virgilio Aen. lib. 5. verſ. 755.

*Con l' aratro frattanto Enea diſegna*
*Alla Città le mura.*

(5) Heſiodo nei lavori, e nelle giornate verſ. 403.

*agrorum cultui, quo civitas praecipue ſubſtentatur. Sed ad Taurum noſtri Allionis revertamur. Taurus Apollini ſacer* (6)

Taurum Neptuno, Taurum tibi pulcher Apollo.

*Sacer & Lunae teſte Porphyrio* (7) *quae eadem ac Diana. Huic Deae dicatum fuit Amphiteatrum, ſi Caſſiodoro* (8) *fides habeatur. Quare non eſt abſurde conjectandi locus, Taurum, de quo ſermo eſt, ad Amphiteatri pertinuiſſe ſpectacula, de quibus non loquuntur tantum veterum literae, ſed monumentis quae etiamnum exſtant admonemur* (9).

*Nihil hoc animantium genere maius in Italia gignitur, inde evenit, ut cum primum Romani Elephantos in Pyrrhi Epirotarum Regis exercitu viderunt, eos Boves Lucas vocarent, quod in Lucania genitos exiſtimarent, aut quod in ea regione primum conſpexiſſent. Eadem de cauſa nullam quam maximis, ferociſſimiſque externis belluis Romam traductis in Circo, aut Amphiteatro opponerent, habuerunt praeter taurum. Hoſce ergo in arenam praeliaturos induxerunt, qui ad exterarum robur, & ferociam belluarum propius accedere videbantur. In Spectaculorum libro Martialis memorat Taurum cum Rhinocerote commiſſum, ſed longe imparem tanto hoſti, nam* Quantus erat cornu, cui pila Taurus erat? *Ibidem quoque legitur Taurum cum Elephanto pugnaſſe, ſed fato non meliori. Ferox quidem illi ingenium & pugnae avidum, ut Plinii verba uſurpem* (10). Tauris in aſpectu generoſitas, torva fronte, auribus ſetoſis, cornibus in procinctu dimicationem poſcentibus, ſed tota comminatio prioribus in pedibus. Stat ira gliſcente, alternos replicans, ſpargenſque in altum arenam, & ſolus animalium eo ſtimulo ardeſcens. *Theſſali novum taurorum ſpectaculum invexerunt quod a Plinio ita deſcribitur* (11) Theſſalorum gentis inventum eſt, equo iuxta quadrupedante cornu in torta cervice tauros necare: Primus id ſpectaculum dedit Romae Caeſar dictator (12).

*Hoc ludi genus aliquam convenientiam habet cum Taurorum celebritate, quae Hiſpanis in uſu & in deliciis eſt; ſed agilitate, audacia, & arte, longe Theſſalis in hoc exercitio laudatis praeſtant Hiſpani. Videant Eruditi quae ex his opinionibus illis magis arrideat.*

*VE-*

(6) *Virgil. Aeneid. lib. 3. verſ. 118.*

(7) *Clar. Blanchard (Memoires des Inſcript. vol. 13. in 8. pag. 33.) in diſſertatione hiſtorica de animalibus Aegypto veneratis ait: le Taureau etoit ſelon Porphyre (de abſtinentia) conſacrè au Soleil, & à la Lune: Talis conſideratio forſan ſubierit antiquo huius gemmae hero conſecrandi Lunae Taurum.*

(8) *M. Aurel. Caſſiod. lib. 5. Epiſt. 42. pag. 197.*

(9) *In pluribus nummis Tauri feroci impetu minitantes obſervantur, & praeſertim in Jul. Caeſaris nummis, ibique Vaillant Taurum ferocem cenſet pertinere ad ludos, & ſpectacula, atque venationes, quas non ſemel editas a Caeſare fuiſſe, & ſplendidiſſimas innuit Suetonius cap. 39. & Dio Caſſius hiſt. lib. 41. pag. 32.*

(10) *Plin. lib. 8. cap. 45.*

(11) *Plin. hiſt. loc. cit. & Ovid. lib. 4. Triſt. Eleg. IX. verſ. 29.*

. . . . . . Spargit tamen acer arenam
Taurus, & infeſto iam pede pulſat humum.

(12) *Ante Julii Caeſaris tempeſtatem ludi Taurilia celebrati fuere, ſcilicet Anno Urbis Romae 564. Sp. Poſthumio Albino & Q. Martio Philippo Coſſ. ut ait Liv. dec. 4. lib. 9. cap. 14. Sueton. in vita Claudii cap 21. inquit.* Praeterea Theſſalos equites, qui feros tauros per ſpatia Circi agunt, inſiliuntque defeſſos, & ad terram cornibus detrahunt.

culto delle campagne, acciò principalmente ſi ſoſtentino le Città. Ma ritorniamo al Toro del noſtro Allione. Il Toro è conſacrato ad Apollo (6).

*. . . . . . . . . . E fu a Nettunno un Toro*
*Un Toro a te, beltà del Cielo, Apollo.*

Il Toro ſimilmente è conſacrato ſecondo Porfirio alla Luna (7), la quale è la medeſima che Diana. A queſta Dea come c' inſegna Caſſiodoro (8) fu dedicato l' Anfiteatro. Per la qualcoſa non è aſſurdo il congetturare, che il Toro del quale parliamo, aveſſe avuto attinenza agli ſpettacoli dell' Anfiteatro, dei quali non ſolamente gli Scrittori antichi ne parlano, ma ancora i monumenti eſiſtenti ne fanno piena autorità (9).

Queſto genere d'Animali è nell'Italia un prodotto ferace, perciò accadde che quando i Romani veddero gli Elefanti con l' eſercito di Pirro Rè degli Epiroti, gli chiamarono Bovi Lucani, o perchè gli giudicavano nati nella Lucania, o perchè in quel paeſe prima gli avevano veduti. Per il medeſimo motivo non ebbero neſſuna beſtia fuori del Toro da opporre alle grandi e ferociſſime beſtie da lontani paeſi traſportate per uſo degli ſpettacoli del Circo, e dell'Anfiteatro. Introduſſero adunque i Tori a combattere nell' arena, come i più adattati ad opporſi alla forza, e ferocia dell' eſtere beſtie. E' mentovato da Marziale nel libro degli ſpettacoli un Toro che combattè con un Rinoceronte, ma di gran lunga a tanto nemico diſuguale, imperocchè *tanto valeva col corno che alzava un Toro come una palla per aria*. Si legge ancora aver combattuto un Toro con un Elefante, ma non con miglior deſtino. Feroce certamente è il naturale dei Tori, e deſideroſo della pugna come lo dimoſtra Plinio (10). *I Tori hanno generoſità nell' aſpetto, ſono di fronte torva, e con l'orecchie ſetoloſe, e con le corna apparecchiate al combattimento. Ma tutto il minacciare ſta nei piedi davanti, e creſcendo l' ira, peſta ora con queſto, ora con quello, e ſparge in alto l' arena, ed è il ſolo degli animali per quello ſtimolo ardente nell' ira*. I Teſſali introduſſero un nuovo ſpettacolo di Tori, deſcrittoci da Plinio (11) *E' invenzione dei Teſſali, cavalcando preſſo al Toro, pigliarlo per il corno, e ſtorcendogli il collo ammazzarlo. Ed il primo che dette queſto ſpettacolo a Roma fu Ceſare Dittatore* (12).

Queſta ſorte di ſpettacolo ha qualche relazione con le caccie del Toro, le quali ſono il divertimento della Nazione Spagnola. Ma gli Spagnoli di gran lunga nella deſtrezza, nell'ardire, e nell'arte ſuperano in queſto eſercizio i mentovati Teſſali. Veggano gli Eruditi adeſſo qual più loro piaccia di queſte opinioni.

VE-

(6) Virgil. lib. 3. Aen. verſ. 118.

(7) Il chiariſſimo Blanchard nelle Memorie dell' Iſcrizioni ec. vol. 13. pag. 33. nella ſua diſſertazione iſtorica degli Animali venerati in Egitto dice: *Il Toro ſecondo Porfirio nel libro dell' aſtinenza era conſacrato al Sole, ed alla Luna*. Tale conſiderazione forſe avrà avuto il Padrone di queſta gemma di conſacrare il Toro alla Luna.

(8) Caſſiod. lib. 5. Epiſt. 42. pag. 197.

(9) In moltiſſime medaglie s'oſſervano Tori feroci e minaccianti, e particolarmente nelle Medaglie di Giulio Ceſare, nelle quali ſi vede un Toro feroce, che Vaillant giudica appartenere ai giochi, ſpettacoli, e caccie date colla maggior ſplendidezza da Giulio Ceſare, come riferiſce Svetonio cap. 39. e Sifilino in Dione lib. 41. pag. 32. ec.

(10) Plin. lib. 8. cap. 45.

(11) Plin. loc. cit. & Ovid. lib. 4. Triſt. Eleg. verſ. 29. *contuttociò il fero Toro ſparge l' arena, e percote col piè nemico la terra*.

(12) Avanti i tempi di Giulio Ceſare furono celebrati a Roma gli ſpettacoli del Toro cioè nell' anno di Roma 564. eſſendo Conſoli Sp. Poſtumio Albino e Q. Marzio Filippo come c'inſegna Livio Dec. 4. lib. 9. cap. 14. Svet. nella vita di Claudio cap. 21. dice. *Inoltre diede lo ſpettacolo dei Cavalieri di Teſſaglia, i quali per gli ſpazii del Circo fanno correre i Tori feroci, e quando ſono ſtanchi, lor ſaltano ſopra, e con le corna gli tirano in terra*.

XIII.

# *VENUS MARINA.*

## ALLIONIS OPUS,

*Carneolae inciſum.*

APUD CAROLUM S. R. I. LIB. BAR. DE FIRMIAN.

*PLures ſibi Veneres finxit veſana Ethnicorum ſuperſtitio, è quibus Aphroditem vetuſtiſſimus ille fabellarum auctor Heſiodus ex Coeli genitalibus in mare projectis, & a maris ſpuma natam eſſe narrat* (1).

. . . . . . . . . . . . Aphroditem autem ipſam
Spuma prognatam Deam, & decoram pulchris ſertis Cythaeream,
Nominant Dii, quam homines, eo quod in ſpuma
Nutrita fuit &c.
Atque amantem genitalia, quia ex genitalibus emerſit.

*Veneris e mari prodeuntis ortus praecipue celebratus eſt ab Antiquis; maxima quaeque Artificum ingenia, & manus exercuit, & innumeras tabulas, marmora, gemmaſque occupavit* (2).

*In eodem argumento noſtri peritiſſimi Artificis verſata eſt induſtria, qui Anadyomenen in hac gemma ſumma cum laude caelavit. Difficile dictu, quare praeter conſuetudinem, ſimilitudinemque veri Venerem e mari exeuntem amictu velatam expreſſerit Artifex. Id fortaſſe factum, ut explicandae veſtis artificium oſtentaret. Caeterum adeo brevis, & pellucida veſtis eſt, ut totam corporis nuditatem quodammodo diſtinguere faciat. Videmus noſtram Venerem dextera manu capillos tangentem, an ii madorem contraxerint, experturam: ſiniſtra equum marinum tenentem, ut inde Venus, & in mari potens intelligatur, nam ut ait Muſaeus in Her. v.* 249.

Ignoras quod Venus nata eſt e mari,
Et dominatur Ponto.

*Haec non abſurde Artificis mens fuit, non ſolum ut Venerem e mari exortam fingeret, ſed ut etiam mare illius poteſtati ſubjectum oſtenderet. Id confirmatur nummo aureo inedito* (*) *Brutiorum praeſtantiſſimi opi-*

(1) *Heſiod. Theog. verſ.* 195. *Aphrodite* (*Varr. de ling. lat. lib.* 5. *pag.* 53.) *etiam dicta eſt, quod ex ſpuma putaretur genita, eadem Anadyomene, nempe e mari emergens, & Tritonia, nam a Tritonibus vehitur, Pontia, & Limneia quod portubus & mari praeſit, ut inquit Pauſan. lib.* 2. *Corint. cap.* 34. *ſed Artemidorus lib.* 2. *cap.* 42. *ait:* Venus pelagia ſeu marina naucleris & gubernatoribus, & omnibus navigantibus bona eſt. *Conſule in hanc rem Phornutum de Nat. Deor. pag.* 196.

(2) *Apellis Anadyomenen miris laudibus extulit Vetuſtas, adeo ut Plinio judice lib.* 35. *cap.* 10. *tale opus graecis verſibus, quibus laudabatur, victum fuerit: Hanc tabulam in patris Caeſaris delubro dicavit Auguſtus, prout nos docet Strabo lib.* 14. *pag.* 972. Fuit ibi etiam Venus a mari emergens. (Anadyomenen Graeci dicunt) quae nunc eſt conſecrata Divo Caeſari, ab Auguſto Caeſare, patri ſuo auctorem generis dedicante. Aiunt Cois pro pictura ea de tributi imperati ſumma remiſſa fuiſſe 100. talenta. *Cuiuſnam fuerint verſus illi laudatiſſimi, ſilet Plinius, ſed lib.* 4. *Anthol. Antipatri Sidonii epigramma legimus, quo nihil venuſtius. Illud Auſonius non illepide latinis verſibus reddidit Epig.* 104.

Emerſam pelagi nuper genitalibus undis
Cipryn Apellaei cerne laboris opus:
Ut complexa manu madidos ſalis aequore crines
Humidulis ſpumas ſtringit utraque comis.
Iam tibi nos Cypri, Iuno, inquit, & innuba Pallas
Cedimus, & formae praemia deferimus.

*In lib.* 4. *Anthol. cap.* 12. *quinque epigrammata graeca de hoc argumento reperiuntur, nempe Antipatri, Archiae, Democriti, Juliani, & Leonidae. Qualis deſcribitur Apellaea Anadyomene, talem quaſi videmus adhuc in atrio Aedium Mattei anaglypho marmore exculptam* (*editam in admir. Antiq. Rom. tab.* 30.) *quae Concha ſedens a duobus Tritonibus ſubſtentata utraque manu humidulas abſtergit comas. Vide Ovid. lib.* 1. *Amor. Eleg.* 14. *v.* 33. *& lib.* 4. *de Ponto Ep.* 1.

(*) *Tab. V. N. II.*

XIII.

# VENERE MARINA

## *OPERA D'ALLIONE,*

### Inciſa in Corniola.

*APPRESSO CARLO DE FIRMIAN LIB. B. DEL S. R. I.*

TRa le tante Veneri dalla ſtolta ſuperſtizione dei Gentili immaginate, fu la Venere Afrodite nata ſecondo l'antichiſſimo Mitologo Eſiodo dai genitali in mare gettati, e dalla ſpuma di eſſo (1).

*. . . . . . . . . . Ed Afrodite quella,*
*E Dea Afrogenea, e inoltre ancora*
*Citerea vagamente inghirlandata*
*Gli Dei chiamanla, e gli Uomini; Però*
*Che nella ſpuma fu ella allevata.*
*. . . . . . . . . . . E Fillommede in fine,*
*Perchè dai genitali ella ſpuntonne.*

La naſcita di Venere, che ſorge dal Mare, fu principalmente dagli antichi celebrata, e fecero a gara gl'ingegni degli artefici per eſprimerla nelle tavole, nei marmi, e nelle gemme (2).

Su queſto ſoggetto con ſomma induſtria e lode il noſtro peritiſſimo artefice ha inciſo in queſta gemma Venere Marina. E' difficile immaginarſi, perchè fuori della conſuetudine, e ſomiglianza del vero abbia eſpreſſo una Venere veſtita ch' eſce dal Mare. Forſe ha ciò fatto per far pompa dell'artifizio del panneggiamento, mentre la di lei veſte è tanto traſparente, e ſottile, che in certo modo fa diſtinguere tutta la nudità del corpo. Noi oſſerviamo adunque la noſtra Venere, che con la ſiniſtra mano ſi tocca i capelli, forſe per ſentire ſe ſiano umidi, eſſendo ſortita dal Mare; colla ſiniſtra mano tiene un Cavallo Marino per farci comprendere che è Signora del Mare come appunto dice Muſeo in Her. verſ. 249. *Non ſai che Venere è nata dal Mare, e ſignoreggia ſopra il medeſimo*. Da queſto ſi può congetturare avere avuto per oggetto il noſtro artefice d'eſprimerci non ſolamente una Venere Marina, ma che nel Mare ancora eſercita il ſuo impero. Ciò vien confermato da una medaglia d'oro inedita (*) dei Popoli dell'Abruzzo di eccellentiſſimo



(1) Eſiodo nella Generazione degl' Iddii v. 195. Varrone della lingua latina lib. 5. cap. 53. E' detta ancora Afrodite, perchè ſi ſtima nata dalla ſpuma. Anadiomene perchè ſorge fuori dal mare, Tritonia perchè è portata da i Tritoni, Limneia perchè preſiede a i Porti, e al mare, come dice Pauſania nel lib. 2. cap. 34. Ma Artemidoro lib. 2. cap. 42. *La Venere marina è conſiderata buona per i Nocchieri, Timonieri, e per tutti i Naviganti*. Vedi a queſto propoſito Fornuto de Nat. Deor. p. 196.

(2) Con maraviglioſi encomii l'Antichità celebrò la Venere Anadiomene d' Apelle, di maniera che al dir di Plinio lib. 35. cap. 10. fu Apelle ſuperato dai Greci verſi, coi quali fu lodata la ſua opera. Auguſto dedicò queſta tavola nel tempio di Ceſare ſuo Padre, conforme ci inſegna Strabone nel lib. 14. parlando dell' Iſola di Coo. *Vi era ancora una Venere, che ſorgeva dal mare, la quale al preſente è dedicata al Divo Ceſare in Roma, conſecrata da Auguſto al Padre ſuo, come l' origine della ſua ſtirpe. Diceſi che in vece di queſta tavola fu rilaſciato ai Coi cento talenti del tributo, che era ſtato loro impoſto*. Plinio paſſa ſotto ſilenzio gli autori di quei verſi reſi tanto famoſi. Noi leggiamo nel lib. 4. dell' Antologia un' epigramma d' Antipatro Sidonio, e nulla di più elegante intender poſſiamo tradotto in verſi da Auſonio Ep. 104. pag. 22. *Rimira l' opra dell' Apelleo lavoro, come Venere nata dall' onde genitali del mare avendo con le mani preſi i capelli bagnati dall' acque del mare terge la ſpuma delle umidette chiome. Già a te, ed alla tua bellezza cediamo diſſe Giunone, e la vergine Pallade, ed abbandoniamo il premio della conteſa bellezza*. Nell' Antologia lib. 4. cap. 12. ſi trovano cinque Epigrammi Greci che trattano queſto iſteſſo argomento, e ſono d' Antipatro Sidonio, d' Archia, di Democrito, di Giuliano, e di Leonida. Come è deſcritta la Venere d' Apelle, tale quaſi la veggiamo ſcolpita in un baſſo rilievo di marmo ( pubblicato nel lib. dei baſſi rilievi di Roma T. 30. ) nel cortile del Palazzo Mattei. Venere ſedente in una conca marina da due Tritoni ſoſtentata, che con l'una e l'altra mano s' aſciuga l' umide chiome. Vedi Ovid. lib. 1. Amor. El. 14. v. 33. e lib. 4. de Pont. Ep. 1.

(*) Tav. V. N. II.

*opiſicii, cuius delineationem accepi ad huius tabulae ornamentum a Clariſſimo Abb. Barthelemy Galliarum Regis Antiquario, quem decus & columen labantis antiquariae ſcientiae ſuſpicimus. Alterum numiſma omnino ſimile extat Neapoli apud Clar. Virum Ducem de Noia, qui collectionem nummorum Magnae Graeciae habet non ſolum ampliſſimam, ſed maiorem celebrioremque omnibus, quae hactenus fuere. In eo eſt elegantiſſimum Neptuni caput, pone illud tridens, in altera parte inſcriptio* ΒΡΕΤΤΙΩΝ *ideſt Brutiorum. Venus decenti veſte ornata qua ſibi tegit caput, quaſi pudicitiae ſymbolum, inſidet equo marino alacritate conſpicuo, & gaudio exultanti quod ſuaviſſimum Deae pondus ſuſtineat: Eadem tenet, atque intuetur filium Cupidinem alatum, qui ſtans ſuper matris genua, arcum* (3) *tenſum gerit, iaculanti ſimilis, imperii per mare patentis argumentum.*

*Nec minus idem in ſequentibus duabus gemmis evincitur, altera ex Muſeo olim Farneſiano, nunc Regis utriuſque Siciliae* (*), *nomen Artificis non praeſefert, licet cum laudatiſſimis conferendi, aeque ingenii, ac artis laude. Altero duorum equorum, qui in gemma ſunt inſidet Dea, & tantum non pedibus undas contingit, & ut ait Claudianus* (4).

. . . . . . . . Niveae delibant aequora plantae
Proſequitur volucrum late comitatus Amorum.

*Dextra fraenum regit equorum erectis crinibus anhelantium, in quorum ore vigor, & ferocitas emicat, tantaque arte & magiſterio expreſſi ſunt, ut vix in tota antiquitate quod propius ad naturam accedat, reperias. Vultus venuſtiſſimus, qualis Venerem decet, caetera quae tranſlucent ex veſte, reſpondent marinae Veneris deſcriptioni, quam reliquit Artemidorus* (5). *Pone caput eleganter velum volitat, Cupido alatus nat velut anteambulo, & marinis equis antecedit, & cum Delphino Deam comitatur. Non illi de venuſtate concedit altera gemma* (**) *ex collectione Chriſtiani Dehen anaglypha caelatura, & arte ſcalptoris Graeci inſignis; In hac ſupra equum marinum* (6) *iacens Dea, duoque formoſi Cupidines proſequuntur* (7).

*Haſce duas gemmas qui inſpexerit, fatebitur non defuiſſe antiquis temporibus Artifices conferendos cum Albano pictore celeberrimo, omnis elegantiae, & Charitum patre, cuius faecundum ingenium cunctas picturae venuſtates ab Anacreonte, & Ovidio cantatas peperit.*

*Praeſtans opus anaglyphum Veneris marinae ab inſigni* (***) *ſtatuario marmore Pario excalptum in celeberrima Villa Borgheſi dicta Pinciana invenitur, quod a Montfaucon* (8) *relatum eſt, & incurioſe parva ahenea tabula ſculptum.* Venus marina (*inquit*) in marinis undis exprimitur, Cupido autem in

(3) *Conſentiunt cum huius nummi argumento Orpheus in Ven. Hymn. p.* 355.

Omnia enim ex te ſunt, ſubiunxiſtique mundum,
Et quaecumque in coelo ſunt, & in terra fertili,
In pontoque, profundoque veneranda.

& *Euripides in Hyppolit. act.* 2. *verſ.* 449.

Vadit enim per aerem, eſt & in marinis
Fluctibus Venus, omnia autem ex hac nata ſunt;
Haec eſt quae ſeminat, & dat Amorem
Cuius Amoris omnes in terra ſumus poſteri.

(*) *T. V. N. II.*

(4) *Clud. de nupt. Honor. & Mart. v.* 152. *& ſeq.*

(5) *Artemidorus lib.* 2. *cap.* 42. Semper autem bona iudicata eſt, quae infernas partes uſque ad zonam velatas habet, propterea quod mammas, quod maximum alimentum praebent, nudas habeat, ac oſtendat. *Tali modo amicta Venus in nummo Fauſtinae minoris ab Oiſelio relata p.* 283, *abſque inſcriptione, ſiniſtra concham tenet, dextera navis gubernaculum; adeſt & Cupido genibus flexis, & captivi inſtar manibus poſt tergum devinctis, ab altera parte Nereidum aliqua cum ſpeculo.*

(**) *Tav. VI. N. I.*

(6) *De Equis marinis conſule Antiq. Hercul. expoſitores vol.* 3. *pag.* 86.

(7) *Opus haud inelegans anaglyphum eſt in Capitolio, ubi Venus marinae caprae dorſo invecta conſpicitur, magna Nereidum, & Cupidinum Delphinis inſidentium comitante caterva. Anaglyphum hoc Bellorius in Admir Rom. Ant. tab.* 31. *& Montf. Antiq. Expl. tab. C. evulgarunt. Montfaucon Suppl. Antiq. vol.* 3. *tab.* 37. *pag.* 87. *e ſuo Muſeo nobis exhibet, ſingulariſſimum Vas Hetruſcum, novum Antiquitatis monumentum.* Venerem nempe ex mari emergentem cygno vectam. Neſcio utrum Mythologi, qui ſaepe dixerint Venerem illam, quae marina vocatur, uſquam dixerint eam Cygno vectam emerſiſſe. Duo autem Cupidines volantes hinc, & inde matrem honoris cauſa comitantur.

(***) *Tav. VII.*

(8) *Montf. ſupplem. pag.* 124. *tab.* 46.

lavoro, che mi favorì di far diſegnare per ornamento di queſta tavola il Sig. Abate Barthelemy Antiquario del Re di Francia, vero decoro, e ſoſtegno della cadente letteraria antichità. Un'altra Medaglia del tutto ſimile poſſiede il chiariſſimo Perſonaggio Duca di Noia, il quale ha la più ſingolare raccolta delle Medaglie della Magna Grecia che fino a' noſtri giorni ſi ſia veduta, deſiderandoſi con impazienza a vantaggio della letteraria Republica vederla pubblicata. In queſta elegantiſſima Medaglia ſi vede da una parte una belliſſima teſta di Nettunno, dietro alla quale il tridente; nell' altra l'iſcrizione ΒΡΕΤΤΙΩΝ, cioè dei Popoli dell' Abruzzo. Venere ſiede ſopra un Cavallo marino pieno di fuoco, e vivacità, e quaſi eſultante dall' allegrezza di ſoſtenere il dolce peſo di queſta Dea, la quale tiene, e rimira il ſuo figlio Cupido alato, che ſta in piedi ſopra le ſue ginocchia avendo l'arco teſo in atto di vibrare un mortal dardo come per dimoſtrare ancora nel mare la ſua poſſanza (3).

E' manifeſto ſimilmente il ſuo potere ſopra il mare nelle due ſuſſeguenti gemme. La prima era nel Muſeo Farneſiano che in oggi appartiene al Muſeo del Rè delle due Sicilie, (*) e benchè non porti il nome dell' Artefice, nulladimeno merita luogo tra le più inſigni de noti Artefici, non tanto per la bellezza del lavoro, quanto per la grazioſa invenzione. Si ſcorge adunque queſta Dea ſedente ſopra uno dei due Cavalli marini, che con i piedi appena tocca l'onde del mare, come dice Claudiano (4). *Le bianche piante dei piedi ( di Venere) toccano leggiermente il mare, e la ſegue la turba degli alati Amori*. Con la deſtra tiene le briglie per regolare gli sbuffanti Cavalli con criniera alzata che dimoſtrano un ardore e fuoco incredibile, e con tanta arte e maeſtria ſono eſpreſſi, che appena in tutta l'antichità s'ammira maggior bellezza alla verità unita. Il di lei grazioſiſſimo volto beniſſimo a Venere conviene, il reſtante delle membra, le quali dalla veſte traſpariſcono, corriſponde alla deſcrizione della Venere marina laſciataci da Artemidoro (5). Dietro alla teſta ſvolazza elegantemente un velo. Un Amore nuota, e precede i Cavalli marini, ed aſſieme con un Delfino corteggiano la Dea. Con non minore eleganza queſt' altra gemma di Venere marina (**) è ſcolpita in un cammeo, inſigne per il lavoro del Greco Scultore. Queſta Dea ſta ſdraiata ſopra un Cavallo marino (6) e l'accompagnano due grazioſiſſimi Amori (7).

Chi darà un' occhiata a queſte due gemme, confeſſerà eſſere ſtato negli antichi tempi Artefici da paragonarſi col celebre pittore Albano Padre delle Grazie, il di cui fervido genio ha partorito tutte le grazie della pittura conſacrate da Anacreonte, e Ovidio.

Un eccellente baſſorilievo di Venere (***) Marina ſcolpita in marmo Pario da un inſigne Scultore ritrovaſi nella magnifica Villa Borgheſe detta Pinciana riportato da Montfaucon (8), e traſcuratamente in piccola forma inciſo. *E' rappreſentata* ( dice ) *Venere marina nell' onde del mare, un Cupido*

 *alato*

(3) Orfeo, ed Euripide convengono beniſſimo coll' argumento di queſta medaglia, dicendo il primo nell' Inno ſopra Venere pag. 355.

*Tutte le coſe da te ſono, e 'l mondo*
*Soggiogaſti, e Signora alle tre parti*
*Sei, generando tutte coſe, quante*
*E in Cielo, e in Terra ſon di frutti ricca,*
*E in mare, e nel profondo veneranda.*

L'altro nell' Ippolito pag. 75. traduzione del Padre Carmeli.

*. . . . . . Vanne queſta Dea Ciprigna*
*E ſu per l' aere, e in mezzo all' onde ſalſe*
*Ha nido. Tutto da coſtei già nacque;*
*Queſta è colei, ch' amor ſparge, e produce,*
*Del quale amor ſu queſta terra noi*
*Siam tutti figli.*

(*) Tav. V. N. II.

(4) Claudiano nelle Nozze d' Onorio, e Maria. ec. v. 152.

(5) Artemidoro lib. 2. cap. 42. *Ma ſempre è conſiderata* ( cioè Venere ) *buona, la quale ha le parti inferiori coperte fino alla zona, perchè ha, e moſtra le mammelle nude che ſomminiſtrano un grande alimento*. In tal maniera ancora è veſtita una Venere nelle Medaglie di Fauſtina Minore, riportata ſenza iſcrizione dall' Oiſelio pag. 283. e nella ſiniſtra tiene una Conchiglia marina, nella deſtra un timone di nave. Da una parte è Cupido alato genufleſſo, avendo a guiſa di prigioniero le mani legate di dietro; dall' altra una delle Nereidi che tiene con la ſiniſtra uno ſpecchio.

(**) Tav. VI. N. I.

(6) Dei Cavalli marini vedi gli Eſpoſitori dell' Antichità Ercolanenſi vol. 3. pag 86.

(7) Un belliſſimo baſſo rilievo è nel Campidoglio pubblicato da Bellori nei baſſi rilievi dell' Antichità di Roma Tav. 31. e da Montfaucon nell' Antichità ſpiegate vol. 1. tav. 6. ove ſi vede Venere ſedente ſopra una Capra marina, accompagnata da Amori, e Nereidi portate ſopra i Delfini. Montfaucon nel ſupplemento all' Antichità ſpiegate vol. 3. t. 37. pag. 87. riporta un ſingolariſſimo vaſo Etruſco del ſuo Muſeo, il quale ci offre un nuovo monumento d' Antichità. *Si vede Venere che ſorge dal mare portata ſopra un Cigno. Non sò che i Mitologi, i quali hanno parlato della Venere Marina, habbiano mai detto eſſere ſtata portata da un Cigno. Fanno corteggio per onorar la lor Madre due Amori che volano per l' aria.*

(***) Tav. VII.

(8) Montf. Supplemento all' Antichità pag. 124. tav. 46.

in fluctibus inſidet. Peramplum velum tenet Venus, quo cupidinem obtegere velle videtur. Haec arcanam quamdam complectitur ſignificationem, quam adſequi admodum difficile eſt. *Venerem e mari emergentem ſagax Artifex repraeſentaſſe ego arbitror, quod cum velo in manibus ſeſe velit abſtergere, & ſicut in quantum ars concedit, caput vertit pulchras pygas intuens, ſic Venerem Callipygam indicare voluerit, quae Syracuſis templum habuit, cuius lepida origo ab Athenaeo* (9) *narratur.*

*En etiam ad huius tabulae ornamentum Veneris marinae ſtatuam* (*) *ante oculos pono. Haec Venus praeſtantis opificii ſtat cum Cupidine eius filio qui eſt ſupra Delphinum amabilem eius matrem ſpectans; nemo eſt qui magna cum voluptate non ſuſpiciat Veneris pulchritudinem venuſtatemque non tam in vultu, quam in omnibus eius partibus abſolutiſſimis, quamvis haec ſtatua ſit ingentior vero, & aetatem triginta circiter annorum oſtentans & partes praeter naturam in foeminis grandiores invenuſtam figuram ſemper demonſtrent, & aetas triginta annorum foeminae elegantiae decem & octo ann. comparari non queat: nullatenus tanta arte & magiſterio a celeberrimo artifice Graeco excalpta eſt, ut inter elegantiores ſtatuas recenſeri poteſt.*

*Hoc monumentum in via Labicana, prope Columnam Latii oppidum, a Marchione Fr. Roberti Macerat. repertum eſt, atque magiſtra manu peritiſſimi Artificis Petri Pacilli Romani ſumma elegantia brachio dextro ingenioſe inſtauratum.*

*In Marchionis Cornovaglia Vinea, contra Palatinum, quatuor ab hinc annis Veneris ſtatua reperta fuit cum inſcriptione in baſi poſita.* ΑΠΟ ΤΗϹ ΕΝ ΤΡΩΑΔΙ ΑΦΡΟΔΙΤΗϹ ΜΗΝΟΦΑΝΤΟϹ ΕΠΟΙΕΙ. *MENOPHANTOS A TROIA VENERE (HANC STATUAM) FACIEBAT. De hac Venere dici ſane licet, quod in Antholog. lib. 4. cap. 12. pag. 365. refertur.*

Egregiam pulchrae Veneris formam aſpice; dices
Laudo equidem ſani Iudicium Paridis.

*Ex his quae a nobis relata ſunt apparet in comitatu Veneris marinae & Cupidinum fuiſſe Delphines. Gratior ergo Veneri Delphin quam caeterae maris belluae. Id quidem non temere commenti ſunt Artifices. Philantropia enim quaedam, & ſenſus amoris erga homines deprehenſus eſt in eo piſce, a quo Arion cum ſe in mare deieciſſet, dicitur exceptus dorſo, & ad litus delatus, ut Herodotus narrat* (10). *De miro Delphinis in puerum amore, & quomodo eius exſtincti deſiderio perierit, fabella haud illepida eſt apud Aulum Gellium* (11). *Praecipuo cultu marinam Venerem Iulia Auguſti filia proſequebatur, & Veneris nomine gaudebat. In nummo cum capite Iuliae eſt inſcriptio* ΙΟΥΛΙΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ (12) *ideſt IULIAM VE-*

(9) *Athen. Deipn. lib. 12. in fine.* Sic autem voluptati incubuere eius aetatis homines, ut Callipygae Veneri templum aedificarint hac de cauſſa. Ruſtici viri formoſae duae filiae in publicam viam egreſſae, ambitioſius inter ſe decertabant, utri pulchriores nates eſſent. Praetereunti iuveni, cuius pater ſenior erat, inſpiciendas ſe ambae obtulerunt. Utramque ille conſpicatus, natu maioris pulchriores eſſe iudicavit, & eius amore captus eſt. Reverſus in urbem cum aeger decubuiſſet, iuniori fratri expoſuit, quod acciderat. Rus ille profectus, & puellas intuitus, alteram amavit. Iuvenum pater cum inſtaret, ut ſplendidius matrimonium ſibi quaererent, idque perſuadere non poſſet, puellarum non invito parente illas evocat ex agro, & cum filiis collocat. Eas Cives [illegible] nominarunt, ut narrat in iambis Cercidas Megapolitanus his verbis. *Syracuſis Callipygon par fuit. Amplas facultates nactae illae Veneri, quam & Callipygon, nominarunt, aedem conſtruxerunt, hoc etiam in jambis Archelaus ſcripſit. Rem Eruditis ſolertius inveſtigandam relinquo.*

*Amor ridens ſodalitio Veneris per mare natantis Delphino inſidens ab Anacreonte Ode 51. p. 121. inducitur in lepidiſſima Diſci Venerem habentis deſcriptione.*

Choreis frequenſque Delphin
Ibi marmor eſt fatigans,
Humeris vehens Amorem
Pariter, Cupidinemque
Quatientem utrumque riſu
Iuvenile cor doloſo.

(*) *Tav. VIII.*

(10) *Herod. lib. 1. & Ovid. Faſt. lib. 2. & Aelian. de Nat. Animal. lib. 2. cap. 45.*

(11) *Aul. Gell. lib. 7. cap. 8. vide etiam Plutarchum de ſolertia Animal. ſed praecipue Aelian. de Nat. Animal. lib. 6. cap. 15.*

(12) *Haym Teſoro Britannico vol. 2. pag. 177.*

*alato ſta ſopra un Delfino nell' onde. Venere tiene uno ſpazioſo velo, col quale pare che voglia ricoprire Cupido. Queſto monumento abbraccia un' arcana ſignificazione, la quale è molto difficile a ſpiegarſi.* Io crederei che l'induſtre Artefice abbia voluto rappreſentare Venere ſorgendo dal mare, la quale voglia aſciugarſi col panno che tiene nelle mani; e ſiccome (per quanto permette l'arte) rivolta la teſta, pare che l'Artefice abbia voluto indicarci la Venere Callipuga, la quale ebbe un tempio in Siracuſa, la di cui grazioſa origine è narrata da Ateneo (9).

Ecco ancora per ornamento di queſta tavola vi preſento una ſtatua d'una Venere (*) d'eccellente ſcalpello. Queſta Venere ſta in piedi, col di lei figlio Cupido che è ſopra un Delfino, il quale attentamente rimira la ſua cara Madre. Neſſuno vi ſarà che non l'ammiri con gran piacere non tanto per la bellezza e venuſtà del di lei volto, quanto ancora per tutte le di lei parti perfettiſſime. Benchè queſta ſtatua ſia un poco più grande del naturale, e dimoſtri un'età di circa trenta anni, e le parti più grandi del naturale nelle femmine moſtrino una ſvantaggioſa figura, e l'età di 30. anni in una femmina non poſſa ſicuramente paragonarſi all'età di 18. nulladimeno con tanta arte, e maeſtria è ſtata dal celeberrimo Scultore Greco ſcolpita, che tra le più eleganti ſtatue può conſiderarſi.

Queſto monumento fu ritrovato preſſo la Colonna (Caſtello nel Lazio) dal Marcheſe Roberti di Macerata, e con maeſtrevole mano, e ſomma eleganza dal peritiſſimo Scultore Pietro Pacilli Romano fu ingegnoſamente nel braccio deſtro reſtaurato.

Nella vigna del Marcheſe Cornovaglia dirimpetto al Palatino ſaranno quattro anni che fù ritrovata una ſtatua di Venere con un' iſcrizione Greca nella baſe ΑΠΟ ΤΗϹ ΕΝ ΤΡΩΑΔΙ ΑΦΡΟΔΙΤΗϹ ΜΗΝΟΦΑΝΤΟϹ ΕΠΟΙΕΙ cioè MENOFANTO DALLA VENERE DI TROIA FACEVA (QUESTA STATUA). Di queſta Venere certamente può dirſi ciò che è riferito d'una ſtatua di Venere nell' Antologia lib. 4. cap. 12. *Rimira l' egregio volto della bella Venere; Dirai ſicuramente, io lodo il giudizio del prudente Paride*. Dalle coſe da noi riferite appare eſſere ſtati i Delfini ſempre in compagnia di Venere marina, e degli Amori; Fu adunque più che ogn' altra beſtia marina a Venere gradito il Delfino. Gli Artefici non temerariamente hanno ciò immaginato. Imperocchè queſto peſce ha una certa umanità e ſentimento d'amore verſo gli uomini, che eſſendoſi Arione gettato in mare, ſi dice che lo prendeſſe ſul dorſo, e lo portaſſe al lido, come narra Erodoto (10). D'una maraviglioſa paſſione d'amore d'un Delfino verſo un giovinetto, e come moriſſe per amore nel vederlo eſtinto, ci viene in un grazioſo racconto riferito da Aulo Gellio (11). Giulia figliola d'Auguſto venerava con particolar culto Venere marina, avendo piacere d'eſſer chiamata col nome di queſta Dea come appunto ci viene eſpreſſo in una Medaglia colla teſta di Giulia, e l'iſcrizione ΙΟΥΛΙΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ cioè GIULIA VENERE (12). Niente certamente vana-

(9) Ateneo in fine del lib. 12. *Così gli uomini di quell' età erano dediti al piacere, che per queſto motivo dedicarono a Venere Callipuga un Tempio. Due figlie belliſſime d' un Uomo di Campagna eſſendo nella via pubblica uſcite, con grande ambizione tra di loro diſputavano chi aveſſe di loro più belle natiche. Ambedue s' offerſero d' eſſere rimirate da un Giovine che paſſava, il di cui padre era molto vecchio. Egli avendo l' una, e l' altra riguardato, giudicò eſſere quelle della Maggiore più belle, e del di lei amore rimaſe preda. Ritornato in Città, eſſendo infermo, ciò che gli era accaduto raccontò al più giovine fratello. Queſto venuto ancora in Campagna, ed oſſervate le figlie, s' innamorò dell' altra. Il Padre dei Giovini premendogli che ſi procuraſſero uno ſplendido Matrimonio, e non potendo perſuadere ciò, col conſenſo del Padre delle ragazze, chiama queſte figlie dalla Campagna, e l' accaſa coi ſuoi propri figliuoli. Queſte i Cittadini le chiamarono Callipughe, come racconta nei ſuoi giambi Cercida Megalopolitano con queſte parole.* Erano due Callipughe in Siracuſa. Quelle avendo acquiſtato grandi facoltà inalzarono un tempio a Venere, che dalle belle natiche nominarono Callipuga, *come Archelao ancora nei ſuoi giambi ſcriſſe*. Laſcio agli Eruditi d' interpetrar meglio queſta ſpiegazione. Amore ridente ſopra un Delfino in compagnia di Venere ci vien deſcritto grazioſamente da Anacreonte Ode 51. pag. 121. nella deſcrizione d' una Venere marina inciſa in un diſco.

*Se ne vien curvo Delfino,*
*Entro al bel flutto marino.*
*Sul ſuo dorſo Amor s' aſſide,*
*E mai ſempre attento ai mali,*
*Luſinghiero accorto ride,*
*E i ſuoi riſi ſon gli ſtrali,*
*Onde i miſeri mortali,*
*Di dolor carchi, e d' affanno*
*Quà, e là piangendo vanno.*

(*) Tav. VIII.

(10) Herodot. lib. 1. ed Ovid. ne Faſti lib. 2. ed Eliano de Nat. Animal. lib. 12. cap. 45.

(11) Aul. Gell. lib. 7. cap. 8. Plutarco della ſagacità degli Animali, e particolarmente Eliano de Nat. Animal. lib. 6. cap. 15.

(12) Haym. Teſoro Britannico vol. 2. pag. 177.

*VENEREM; quo quidem nomine eius moribus nihil fuit accomodatius. Id quoque ſibi glorioſum putavit Agrippina Neronis mater, quae in nummo familiae Anniae* (13) *in Venerem marinam ſe transformavit, currui inſiſtens, quem trahunt Triton facem gerens accenſam, & una ex Nereidibus tubam inflans.*

*Praeterea Veneris ortus addam. Gemma haec* (*) *arte ſingulari inciſa eſt, quamvis lapis Amethiſtus pulcherrimus difficillimi ſit opificii. Monumentum iſtud inſigne extat apud Marchionem de Rondaninis antiquitatum atque pulchrarum artium amatorem eximium.*

*Excellentiſſimus Scalptor in gemma hac elegantiſſimam tabulam efformavit, qua celeberrimus Franciſcus Albani Charitum pater digniorem profecto excogitare non poterat, tam pulchra eſt imaginatio, figurarum diſpoſitio, ac delineatio. Nuda ibidem Venus dextero pede genuflexa ſpectatur, coelumque ſuſpiciens Iunonem Iovemque nubibus circumdatos videtur deprecari. Dexteram partem ſuperiorem gemmae occupat Amor, parvum ſuſtinens ambabus manibus vas. Laeva Cupido alter ſupra nubes ſpeculum manibus tenens Iovem Iunonemque attente intuetur. Inferius dextrorſum alius Cupido matrem palpat, eique blanditur, ſiniſtrorſum Cupido pariter prope vas ſupra baſim poſitum, matrem alloquitur. Iuxta vas, ni fallor, eſt truncus cum ſtragulis; attrita enim gemmae delineatio non bene diſtinguitur, gemmamque modo ipſam ſpectare non potui.*

*Ardua eſt eiuſmodi gemmae Interpetratio. Forte induſtrius artifex Veneris e mari emergentis ortum expreſſit, dum inquit Pauſanias (lib. 5. pag. 194.)* Cupido Venerem e mari emergentem excipit. *Egregie ipſi convenit ſpeculum & unguentorum vaſculum, quod Cupidines tenent, nam ſpeculum proprium eſt Veneris ſymbolum, ut plurimi auctores adſerunt, quos refert Buonarroti* (14) Sofocles poeta in Cretenſibus *juxta Athenaeum* (15) Venerem Deam, qua voluptas ſignificatur, unguento perfuſam fingit, & ad ſpeculum ſeſe contemplantem. *Marmora Teaurinenſia referunt & emendant hanc inſcriptionem antea a Grutero editam* (16).

*IOVI · IVNONI · MINER.*
*ANTONIA · M. L. IBO ·*
*APHRODISIA · SCIPHOS · II.*
*VENEREM · (ſcilicet Veneri) SPECVLVM ·*
*DONVM · DEDIT ·*

*Winkelmann* (17) *gemmas tres Veneris Anadiomenis edidit. In una ſpeculum Dea tenet ſiniſtra manu, in quo ſeſe contemplatur, in duabus aliis illud ei Cupido exhibet.*

*AL-*

(13) *Morelli Theſaur. pag. 16. & 17.*
(*) *Tav. V. N. II.*
(14) *Buonarroti Oſſervazioni ſopra de Vaſi Antichi di Vetro pag. 198.*
(15) *Athen. lib. 15. pag. 687.*
(16) *Marmora Taurinenſia pars 2. pag. 106. Gruterus Inſcr. pag. 5. n. 6.*
(17) *Deſcription des Pierres Gravées du Stoſch pag. 116.*

fu più adattato ai di lei coſtumi che queſto nome. Agrippina ancora madre di Nerone ſi riputò a vanagloria d' eſſer traſformata in Venere marina, come ella appunto in una Medaglia della famiglia Annia (13) s' oſſerva ſtante in un carro tirato da un Tritone marino, che porta una facella acceſa, e da una Nereide che ſuona una tromba marina.

Inoltre aggiungerò la naſcita di Venere (*). Queſta gemma è con arte ſingolare inciſa in una belliſſima Ametiſta, quantunque ſia una pietra molto difficile a lavorarſi. Queſto prezioſo monumento lo poſſiede il Marcheſe Rondanini grande Amante delle Antichità, e Belle Arti.

L' eccellentiſſimo Artefice in queſta gemma ci ha rappreſentato un quadro grazioſo, che l' iſteſſo celebre Albano Padre delle Grazie non poteva meglio immaginare, tanto è bella l' immaginazione, e la diſpoſizione delle figure, ed il diſegno. Si vede Venere nuda col deſtro piede genufleſſa voltata al Cielo verſo Giove, e Giunone circondati dalle nuvole in atto ſupplichevole. Nella deſtra parte ſuperiore vi è Amore tenendo con ambedue le mani un piccol vaſo. Alla ſiniſtra ſopra le nuvole ſi vede un' altro Cupido, che ha nelle mani uno ſpecchio, ed attentamente rimira Giove, e Giunone. A baſſo dalla parte deſtra vi è un' altro Amore, il quale palpa la Madre, e l' accarezza, dalla ſiniſtra preſſo un vaſo poſto ſopra una baſe parimente un Cupido, che parla alla Madre. Vicino al vaſo vi è un tronco con dei panni, ſe non m' inganno, poichè il diſegno di queſta gemma è conſumato, e non ſi diſtingue bene, nè ho potuto preſentemente vedere la gemma medeſima.

Difficile è la ſpiegazione di una tal gemma. Io congetturerei che l' induſtrioſo Artefice abbia voluto eſprimere la naſcita di Venere ch' eſce dal mare, mentre dice Pauſania (lib. 5. pag. 194.) *che Venere uſcita dal mare fù accolta da Amore*. A lei ben conviene lo ſpecchio, ed il vaſo degli unguenti che tengono gli Amori, imperciocchè lo ſpecchio è proprio il ſimbolo di Venere conforme aſſeriſcono molti Scrittori riportati dal Buonnarroti (14). *Sofocle poeta*, come ſi legge preſſo Ateneo (15), *immagina la Dea Venere, la quale è eſpreſſa per il piacere, profumata di unguenti, e che ſi contempla allo ſpecchio*. I marmi di Turino riportano queſta iſcrizione, e l' emendano (16), già ſtata pubblicata dal Grutero.

IOVI · IVNONI · MINER.
ANTONIA · M. L. IBO ·
APHRODISIA · SCIPHOS · II.
VENEREM · ( ſcilicet Veneri ) SPECVLVM ·
DONVM . DEDIT ·

Vinkelmann pubblicò tre gemme (17) di Venere Anadiomene. La prima tiene nella ſiniſtra mano uno ſpecchio, nel quale ella ſi riguarda, nell' altre due Cupido le preſenta uno ſpecchio.

AL-

(13) Morelli Teſoro delle famiglie ec. pag. 16. e 17.

(*) Tav. VI. N. II.

(14) Buonarroti Oſſervazioni ſopra de Vaſi antichi di vetro pag. 198. Marmora Taur. part. II. pag. 106.

(15) Athen. Deipn. lib. 15. pag. 687.

(16) Marmora Taurinenſia pars 2. pag. 106. Grutero Inſcr. pag. 5. n. 6.

(17) Deſcription des Pierres Gravées du Stoſch p. 116.

# ALPHEVS ET ARETHON.

*SI validis inniteretur conjecturis, ut eae ſunt quae horum artificum aetatem reſpiciunt, antiquaria facultas incerta minus ac erroribus obnoxia fluctuaret. Haud facile dubitandi quidem locus eſt, quin Alpheus, & Arethon Caligulae tempore vixerint, quum nobis ob oculos obverſentur in duabus eorum gemmis Germanici, & Agrippinae Uxoris ſe mutuo inſpicientes, atque Caligulae filii ab eis excalptae imagines. Primo praeter aſſentationis Principe vivente ſtudium, nemo poſt Caligulae ſceleſtiſſimi Imperatoris mortem, Tyrannum illum effingere contendiſſet, cum, ſi Dioni fides habenda ſit, Senatus conflari juſſiſſet omne numiſma quod referret Caligulam* (1). *Quis Artifex hiſce circumſtantiis vultum exoſi hominis ducere, & operi ſuo nomen addere ſuſcepiſſet? Harum elegantiſſima ſpecies imaginum eam nobis patefacit aetatem, qua Lithoglaphyca ars ad ſummum perfectionis apicem perducta fuerat, & quae poſt Hadriani Imperatoris tempora incepit ſenſim decidere, prout cuilibet, poſteriora Antoninorum monumenta palam faciunt, & deinceps in deterius inclinavit. Si praeterea in gemma quae ignotum triumphum exprimit, animadvertatur, Alpheum nomen inſcripſiſſe ſuum litterulis exiguis puntulis terminatis, ſicuti caeteri praeſtantiſſimi artifices florentiſſimo ſaeculo facere conſueverunt, felici illa aetate Alpheum vixiſſe, dubitari non poterit. De Arethonis literis quoque pronunciare poſſem, ſi Camei qui Agrippinam cum Germanico, & Caligulam referunt, ut inferius exponam, attriti non eſſent. Monumenta haec dabo ex duobus aheneis tabulis, quas ad me humaniſſime tranſmiſit Clar. Ioan. Mariette.*

*Quae hic exibentur anaglypha* (2), *licet vetuſtate detrita, artificio laudatiſſimo ſpectanda cum praeſtantiſſimis Alexandraei, Auguſtaeique ſaeculi, facile conferri poſſunt; Alpheus praecipue, qui praeter hoſce duos Cameos, tam exiguo in loco, bicolori nempe Onyche ( Italice Niccolo ) artis abſolutiſſimae ea documenta praebuit, ut palmam ceteris praeripuiſſe videri poſſit. Cameus hic eximius triumphum Herois mihi ignoti repraeſentat, in quo cernitur biga, aurigante Victoria alata in curru, in quo figura ſenilis eſt cum galea criſtata in capite, ſiniſtra manu haſtam oblongam tenens, & a figura muliebi ſtante prope eum coronatur. Equidem arbitror Calamidis equos, Ageladis, & Strongylionis* (3), *qui in fingendis equis praeſtitiſſe perhibentur, haud politiorem artem prae ſe tuliſſe. Nam equorum forma nihil perfectius, ſed quod diſſicillimum in ſculptura, paene incredibile in parvo Cameo, abditi ſenſus ſe produnt, hilaritas, & alacritas elucent in equis, qui elati triumphantis domini currum trahunt.*

*Nemo niſi antiquitatis imperitus mirabitur ad duas gemmas ſcalpendas duos ſimul artifices induſtriam contuliſſe. Huiuſce ſocietatis non deſunt exempla, quemadmodum in Laocoonte* (4), *qui erat in Titi Imperatoris domo, fecere ſummi artifices Ageſander, Polydorus, & Athenodorus Rhodii, prout etiam Zethus, & Amphion ac Dirce, & Taurus ex eodem lapide, opera Apollonii, & Taeriſci fuerunt: praeterea artis ſtatuariae miraculum duo Centauri, ſenex ac juvenis, quorum primus dolorem, hilaritatem alter enunciat, opus Ariſtaei, & Papiae praeclarum* (5).

*A Clar. Montf.* (6) *prima haec gemma publici iuris facta eſt, ſed in ea explananda nonnihil a ſcopo aberravit. Nam quae ſunt artificum nomina, altero Alpheum Poloponneſi fluvium, altero Arethuſam Siciliae fontem haud incelebrem indicari cenſuit: En eius verba.* Inſcriptio inter Germanicum & Agrippinam

(1) *Dio lib. 60. pag. 677. inquit:* Contra Caij memoriam aegre ferentes omne aereum numiſma quod eius imaginem haberet conflari juſſerunt ec.

(2) *Hoc anaglyphum opus eius generis eſt quod vulgo dicitur Cameo, de qua quidam voce conſulendus Ulyſſes Aldovrandus Metall. lib. 4. & Muſeum Septal cap. 19.*

(3) *Iunius de pictura veterum in verbo Calamidis.*

(4) *Plin. Hiſt. lib. 36. cap. 5.*

(5) *Haec pretioſiſſima monumenta in Muſeo Capitolino Clementis XIII. munificentia adſervantur.*

(6) *Montf. ſuppl. Antiq. vol. 3. pag. 26. & 27.*

# ALFEO ET ARETONE.

SE tutte l' antiquarie congetture foſſero appoggiate a forti ragioni, come quelle che faremo per accennare intorno all' età di queſti Artefici, l' Antiquaria facoltà urterebbe meno in tanti ſcogli, e non ſarebbe a tanti errori ſottopoſta. Non vi è luogo ſicuramente a dubitare che Alfeo, ed Aretone non ſieno viſſuti intorno ai tempi di Caligola, mentre ci ſi preſentano due gemme da loro ſcolpite col volto in una di Germanico, e d' Agrippina ſua moglie, che ſi rimirano in faccia, nell' altra il di loro figlio Caligola. Primieramente fuori d' una sfrenata adulazione a queſto Principe, neſſuno dopo la morte di queſto ſcelleratiſſimo Imperatore avrebbe avuto l' ardimento di ritrarre queſto tiranno, e ſe dobbiamo preſtar fede a Dione (1) il Senato comandò che foſſero fuſe tutte le monete che portavano l' immagine di Caligola. Quale Artefice mai in tali circoſtanze avrebbe intrapreſo di ritrarre un uomo sì odioſo, e di mettere il nome alla ſua opera? L' elegantiſſimo lavoro di queſte immagini ci dimoſtra quell' età, nella quale l' arte Litografica fu portata al ſommo grado di perfezione, e che dopo i tempi d' Adriano principiò dal ſuo luſtro a poco a poco a decadere, come ciaſcuno può oſſervare dai monumenti poſteriori agli Antonini, ed in appreſſo a gran paſſo s' incamminò all' ultima decadenza. Inoltre ſe ſi oſſerva nella gemma eſprimente un' ignoto trionfo, Alfeo avere inciſo il ſuo nome in lettere piccole terminate coi ſoliti puntini, come furono ſoliti in quel ſecolo di fare tutti gli eccellentiſſimi Artefici, non potrà dubitarſi, che Alfeo non ſia fiorito in quell' età felice. Potrei pronunciare ancora il mio ſentimento ſopra le lettere d' Aretone, ſe i Cammei rappreſentanti Germanico con Agrippina, e Caligola non fuſſero conſumati, come ſotto eſporrò. Pubblico queſti due monumenti da due ſtampe inciſe in rame, che con ſomma gentilezza favorì di mandarmi il chiariſſimo Signore Gio. Mariette.

Queſti due Cammei (2) quantunque ſieno dalla barbarie dei tempi conſumati, per il pregiabiliſſimo lavoro ſono commendabiliſſimi, e ſenza dubbio poſſono con quelli dei tempi d' Aleſſandro e d' Auguſto paragonarſi. Principalmente Alfeo, il quale oltre a queſti due Cammei ha dimoſtrato in un piccoliſſimo Onice di due colori ( detto dagl' Italiani volgarmente Niccolo ) la ſublimità della ſua arte, pare che abbia ottenuto la palma ſopra tutti gli Artefici. Queſto eccellente Cammeo rappreſenta un trionfo di qualche Eroe a me ignoto, nel quale ſi vede una biga guidata da una Vittoria alata che è nel carro in compagnia d' una figura ſenile ornata di elmo col pennacchio, tenendo un' aſta lunga colla ſiniſtra mano, ed è incoronata da una figura muliebre che le ſta appreſſo. Credo certamente che i Cavalli di Calamide (3) Agelade, e Strongilione Scultori eccellentiſſimi nello ſcolpire i Cavalli, non ſiano ſtati eſpreſſi con maggiore arte di queſti. Imperocchè niente ſi può vedere di più perfetto nella forma dei Cavalli, ma quello che è difficiliſſimo nella ſcultura, e quaſi incredibile in una piccola gemma, dimoſtrano internamente un brio ed una vivacità tanto al naturale che nulla di più ſi può immaginare, e quaſi faſtoſi, e ſuperbi tirano il carro del trionfante Eroe.

Ciaſcuno che abbia qualche tintura nell' antichità non ſi maraviglierà che due Artefici inſieme abbiano ſcolpito le dette due gemme, quando ci ſono tanti eſempi nella Scultura, ſiccome nel Laocoonte, il quale era nei Palazzo di Tito Imperatore (4), opera degl' inſigni Artefici, Ageſandro Polidoro, e Atenodoro di Rodi. Siccome ancora opera d' Apollonio, e Tauriſco ſono Zeto ed Anfione, e Dirce, e il Toro ec. Inoltre la maraviglia dell' arte ſtatuaria è eſpreſſa nei due Centauri vecchio, e giovine, il primo de quali eſprime il dolore, l' altro l' allegrezza, opera ſingolare d' Ariſtea, e Papia d' Afrodiſe (5).

La prima di queſte gemme fu pubblicata dal dottiſſimo Montfaucon (6) il quale nello ſpiegarla fortemente s' ingannò prendendo queſti due nomi dei Greci Artefici per Alfeo fiume del Peloponneſo, e per Aretuſa fonte celebre della Sicilia. Ecco le parole del chiariſſimo Letterato. *Queſta*



(1) Dione lib. 60. pag. 677. dice, *non potendo tollerare la memoria di Caio Caligola comandarono che foſſero fuſe tutte le monete che avevano la di lui immagine*.

(2) Della parola Cammeo e Niccolo vedi Aldovrandi Muſeum Metallicum lib. 4. pag. 916. e Muſ. Septal. cap. 19.

(3) Giunio nel libro intitolato de Pictura veterum alla parola Calamide ec. (4) Plin. Hiſt. lib. 36. cap. 5.

(5) Queſti preziosiſſimi Monumenti ſono preſentemente in Campidoglio per la munificenza di Papa Clemente XIII.

(6) Montf. Supplem. Antiq. vol. 3. pag. 26. e 27.

pinam haec eſt ΑΛΦΗΟΣ ΣΥΝ ΑΡΕΘΟΝΙ. Alpheus cum Aretuſa. Fabulam amorum Alphei & Arethuſae nemo neſcit: Eam Ovidius eleganter deſcripſit Metam. V. Adulatores Graeci hic Germanicum Alpheo, Agrippinam Arethuſae comparant, nomenque Alphei Peloponneſi fluvii Germanico, & Arethuſae fontis Siciliae Agrippinae tribuunt. Sculptor hic ΑΛΦΗΟΣ pro ΑΛΦΗΙΟΣ & ΑΡΕΘΩΝΙ pro ΑΡΕΘΟΥΣΗ poſuit, nec illa nomina ita ſcripta alibi reperio, quod hinc forte accidit, quod ſculptor in arte ſua peritiſſimus, in lingua ſua imperitus eſſet. *Haec erudite ab emunctae naris viro Mariette* (7) *refelluntur, qui ait;* Futilis eſt Montfauconii conjectura hac potiſſimum de cauſa, quod quum in gramaticae leges non peccet haec inſcriptio, quae abſolutum perficit ſenſum ſupervacanea eſt omnis correctio. *Huius gemmae hiſtoriam a Montf. relatam audiviſſe juvabit* (8).

Gemma, ex cuius archetypo ſequentem imaginem expreſſimus Onyx eſt; ibi exquiſite ſculptor capita Germanici, & Agrippinae coniugis (ſcalpſit) Haec gemma diu venerationi, devotionique publice expoſita fuit in eccleſia monaſterii cuiuſpiam. Tribus autem ſimul iunctis annulis aureis haerebat, qui annuli cum gemma, ipſe annulus putabantur eſſe, quem B. Ioſeph, cum Sanctam Virginem duxit, in ſponſale munus dedit. Iſthuc populus turmatim accurrebat oſculaturus annulum ſacrum, id quod per aliquot ſaecula in more fuit. Vir quidam antiquariae rei peritus quum iſthac iter haberet, ubi lapidem vidit, nec non inſcriptionem Graecam inter Germanicum & Agrippinam poſitam, Monachis eſſe monumentum prophanum dixit. Illi vero quum ex ignorantia, non ex cogendae ſtipis cupiditate haec conſervarent, ſtatim annulum & gemmam vendiderunt, ut alio aſportaretur, iamque in Muſeo noſtro conſpicitur. Ex tanta oſculorum frequentia detriti ſunt Germanici capilli, Romano more breviſſimi, ornatuſque capitis Agrippinae detritus eſt; vultuum autem elegantia, quia videlicet illi non prominebant, illaeſa permanſit, labor elegantiſſimus eſſe putatur. Etſi porro nomina Germanici, & Agrippinae in lapide non compareant, non minus certum eſt heic repraeſentari; ex vultu namque dignoſcuntur, praetereaque cultus capitis Agrippinae rem indubitatam facit, qui cultus eam etiam deſignaret, etiamſi vultus ſimilitudo non tam accurata eſſet, quam heic exprimitur.

*Ex his verbis intelligimus profanum hoc monumentum ab inconſulta pietate innumeris oſculis ita fuiſſe attenuatum, ut a peritiſſimis tantum Germanici, & Agrippinae ſimilitudo deprehendatur. His calculum ſuum adjecit ſupralaudatus Mariette in pereruдita Epiſtola qua me dignatus eſt anno 1757. ait quae, Alpheum & Arethonem Caligulae imaginem eius protomis, nummiſque non abſimilem excalpere aggreſſos, eiuſdem familiae tres perſonas pariter effinxiſſe: Fortaſſe etiam Caligula, quod itidem in nummis fecit, optimorum parentum memoriae conſultum voluit; ſive alius quiſpiam Caeſareae domui addictus hoc faciendum curavit monumentum, quod idem Vir. Clar. affirmat adeo perfecte fuiſſe elaboratum, ut Dioſcorides ipſe illius auctorem ſe gloriari potuiſſet. Idem humaniſſime duas haſce aeneas tabulas mihi mittere non eſt gravatus, quarum fidei & diligentiae libens acquievi propter viri candorem, & ſummam in re antiquaria praeſtantiam.*

*Winkelmann in deſcriptione gemm. B. de Stoſch pag. 390. hallucinatus eſt, credendo antiquum eſſe nomen Alphei in gemma ſcalptum, (quam poſſidet Dom. Diering. Eq. Angl.), ubi ſenex bellator moribundus exprimitur. Noſter Antiquarius memoria caruit, nam in antiq. monum. pag. 190. tab. 142. bellatorem ſupra rupem ſedentem deſcribit. Non ſolum antiquum non eſt nomen, ſed haec gemma artificis Pikler opus eſt ſane elegans. Idem dicendum de Cameo apud eundem Eq. eodem Alphei nomine inſignito, in quo ſublimis artifex Pentheſileam moribundam ab Achille amplexam, expreſſit. Hoc enim eſt indubitatae antiquitatis opus anaglyphicum & Alpheo dignum; Attamen Alphei nomen ab inſigni noſtrarum temporum artifice Pikler ſcalptum fuit, qui quam plurimas gemmas, artificum antiquorum nominibus illuſtratas effinxit, augendi cauſa illarum pretium & aeſtimationem.*

GER-

(7) *Mariette Traitè des Pierres gravées pag. 438. & ſeq.*

(8) *Montf. loc. cit. vide Mariette loc. cit. & vol. 13. pag. 292. Hiſtoire de l' Acad. R. des Inſcriptions ec.*

*iſcrizione è nel mezzo tra Germanico, ed Agrippina* ΑΛΦΗΟΣ ΣΥΝ ΑΡΕΘΟΝΙ. *Alſeo con Aretone. Ciaſcuno ſa la favola degli Amori d' Alſeo con Aretuſa. Queſta elegantemente è deſcritta da Ovidio Lib. V. Metam. I Greci adulatori paragonano Germanico ad Alſeo, Agrippina ad Aretuſa; e attribuiſcono il nome d' Alſeo fiume del Peloponneſo a Germanico, ed il fonte Aretuſa ad Agrippina. Queſto Scultore poſe* ΑΛΦΗΟΣ *per* ΑΛΦΗΙΟΣ *e* ΑΡΕΘΩΝΙ *per* ΑΡΕΘΟΥΣΗ; *nè quelli nomi così ſcritti ritrovo altrove. Da queſto facilmente ne viene che lo Scultore nell' arte ſua peritiſſimo, foſſe nella ſua lingua ignorante.* Queſte coſe ſono eruditamente rigettate dal Signor Mariette, uomo giudizioſiſſimo (7), dicendo *Màis il y a tout lieu de craindre que la conjecture de Montfaucon ne ſoit mal fondeé d'autant plus que n'y ayant aucune faute de grammaire dans cette inſcription, qui fait un ſens complet, il ne paroit nulle neceſſité d'y faire des corrections.* Non ſarà fuor di propoſito d' intendere l' iſtoria di queſta gemma riferita da Montfaucon (8).

*La gemma, dal di cui originale abbiamo cavato la ſeguente immagine, è un Onice; Ivi lo Scultore ha eſpreſſo eccellentemente le teſte di Germanico, e d' Agrippina ſua moglie. Queſta gemma per molto tempo fù pubblicamente eſpoſta alla venerazione, e devozione nella Chieſa d' un certo Monaſtero. Stava attaccata inſieme con tre anelli d' oro, i quali anelli con la gemma ſi credevano eſſere l' iſteſſo anello che il Beato Giuſeppe diede nello Spoſalizio alla Santiſſima Vergine. Colà il popolo accorreva in folla per baciare l' anello Sacro, la qual coſa fu continuata per alquanti ſecoli. Un certo uomo perito nell' antiquaria viaggiando in queſto luogo, quando vidde la pietra, e la greca iſcrizione poſta nel mezzo tra Germanico, e Agrippina, diſſe ai Monaci eſſer un profano monumento. Ma eglino conſervavano queſta gemma per ignoranza, non per deſiderio d' accumulare denaro, perciò ſubito venderono l' anello, e la gemma, acciò foſſe in altro luogo traſportata, e già s' oſſerva nel noſtro Muſeo. Dalla tanto frequenza dei baci ſono conſumati i capelli di Germanico cortiſſimi ſecondo il coſtume Romano, ſiccome è conſumato l' ornamento della teſta d' Agrippina. Ma l' eleganza dei volti rimaſe illeſa, perchè certamente quelli non erano tanto prominenti, il lavoro è ſtimato elegantiſſimo. Quantunque i nomi di Germanico, e d' Agrippina non compariſcano nella pietra, è indubitato eſſervi rappreſentati queſti perſonaggi. Imperocchè ſi riconoſcono dal volto, e inoltre l' ornato della teſta d' Agrippina ne fa piena fede; il quale ornato la farebbe ancora diſtinguere, benchè la ſomiglianza del volto che quì s' eſprime, non ſia tanto accurata.*

Dalle parole di Montfaucon chiaramente intendiamo, che l' inconſiderata devozione a queſto profano monumento logorato dalla frequenza di tanti baci non ha impedito che dai periti ſia riconoſciuta la raſſomiglianza di Germanico, e d' Agrippina. Poſſono queſte ragioni avvalorarſi da una eruditiſſima lettera del ſopralodato Sig. Mariette, ſcrittami ſopra queſto propoſito gli 11. d' Aprile del 1757. Dice che i celebri Artefici Alſeo ed Aretone collo ſcolpire ancora l' immagine di Caligola raſſomigliante ai ſuoi buſti, e medaglie formarono tre perſone della medeſima famiglia. Forſe l' iſteſſo Caligola averà voluto (come fece nelle medaglie) reſtituire la memoria de ſuoi ottimi genitori, o pure qualche perſona addetta alla Caſa Ceſarea averà procurato queſto monumento, il quale giudizioſamente il mentovato Autore afferma eſſere ſtato condotto a un tal punto di perfezione, che l' iſteſſo Dioſcoride ſe ne ſarebbe potuto gloriare. Il medeſimo mi favorì gentiliſſimamente di mandarmi queſte due ſtampe, ſulla fedeltà delle quali ho ripoſato per il candore d' una Perſona sì ſtimabile, e per la ſomma abilità nell' Antiquaria.

Vinkelmann nella deſcrizione delle gemme del Baron Stoſch pag. 390. ha sbagliato col credere antico il nome d' Alſeo inciſo in una gemma (che poſſiede il Sig. Diering Cav. Ingleſe) nella quale è rappreſentato un vecchio guerriero moribondo. Il noſtro Antiquario è privo di memoria; imperocchè negli Antichi Monumenti pag. 190. T. 142. deſcrive un guerriero ſedente ſopra una rupe. Non ſolo non è antico il nome, ma queſta gemma è opera certamente elegante dell' Artefice Pikler. L' iſteſſo deve dirſi del Cammeo eſiſtente appreſſo il medeſimo Cav., nel quale il ſublime Arteſice ha eſpreſſo la moribonda Penteſilea abbracciata da Achille; imperciocchè queſto è d' indubitata antichità, e degno d' Alſeo: contuttociò il nome d' Alſeo vi è ſtato inciſo dal celebre Artefice Pikler, il quale ha inciſo in moltiſſime gemme il nome degli antichi Arteſici per accreſcer pregio, e valore alle medeſime.

L 2 GER-

(7) Mariette Traitè des Pierres Gravées pag. 438. e ſeg.

(8) Montf. loc. cit. Vedi ancora Mariette loc. cit. ed il vol. 13. dell' Hiſtoire de l'Acad. R. des Inſcriptions ec. pag. 292.

## XIV.

# *GERMANICUS ET AGRIPPINA.*

## ALPHEI ET ARETHONIS OPUS,

*Onychi excalptum.*

EX ABBATIA S. GERMANI DE PRES.

*MEliorì ſaeculo dignus Germanicus, ſui certe maximum fuit ornamentum, veteremque Romanae virtutis gloriam collabentem reſtituit. Minoris Antoniae, Druſique Tiberii Caeſaris fratris filius, Auguſti Nepos, a Tiberio adoptatus, laudatiſſimis moribus, bellica diſciplina adhuc adoleſcens inclaruit, & bello Dalmatico praefectus magna virtutis experimenta dedit* (1). *Deinde ad comprimendos Germanos, jam a Tiberio Patruo devictos, ab Auguſto miſſus, ſpe majora confecit. De hiſce nationibus pulcherrimum egit Romae triumphum* (2); *Quo vero glorioſior, eo ſuſpectior, & inviſior Tiberio, Tyrannorum more alienam virtutem ſibi dedecori periculoque exiſtimantium. Quare ſpecie honoris a Germania remotum, illum in Syriam miſit ad componendas turbatas res Aſiae, ibique Germanicus Regem Armeniis dedit, Cappadociam in Provinciam redegit, cum Parthis ſocietatem firmavit: Aſiam deinde peragravit, & Antiochia repetita, diu conflictatus ignoto morbo, &, ut fama fuit, fraude Tiberii, opera Cn. Piſonis interiit* (3) *anno aetatis ſuae trigeſimo quarto, cuius obitum ingenti luctu, immanique deſiderio omnes proſecuti ſunt* (4) *ut principis maximis virtutibus praediti* (5).

*AGRIP-*

(1) *Vell. Paterc. lib. 2. pag. 303., & Dio Caſſ. lib. 57. Ab eodem Auguſto ad Romae conſulatum evectus eſt. Vide Dio. Caſſ. lib. 56. pag. 672. cum Tiberio Caeſare Conſul deinde iterum creatus, ut fidem facit inſcriptio inſignis in aedibus Ridolſ., ſummo magiſterio a Cl. Gori explanata Inſcript Antiq. Etrur. vol. 1. pag. 316. TI · CAES · TERT · GERMANICO · CAESARE · ITER · COS ·*

(2) *In hoc triumpho captivi ducti ſunt duces, principeſque viri & feminae quas enumerat Strabo lib. 7. & Tacit. lib. 2. Annal. cap. 41. Ex eorum numero & dignitate victoriae magnitudo dignoſcitur. De hac re videndus Tacitus loc. cit. & praecipue Suet. in Calig cap. 4. Et non hiſtoriae tantum, ſed & numiſmata ipſa Germanici triumphum concelebrant. Vide Mediobarbam Rom. Imp. numiſm. pag. 73.* Signis Receptis Devictis Germanis *& etiam Graecum Baſſi epigramma in Germanicum. Anthol. lib. 1. cap. 5. pag. 497.*

(3) *Fuit opinio, ut ait Suet. in Calig. cap. 2. fraude Tiberii, miniſterio & opera C. Piſonis periiſſe. Dio lib. 57. Tiberium excludit: obiit ( inquit ille ) Cn. Piſonis & Plancinae fraude; fatetur tamen Germanici mortem Tiberio, Liviaeque pergratam fuiſſe, ceteris omnibus acerbiſſimam. Mirum profecto quantopere ab univerſis mortalibus diligeretur, qui ſummum in eo conſtitutum eſſe praeſidium putabant.* Romae equidem, ( *ut narrat Suet. in Cal. cap. 6.* ) quum ad primam famam valetudinis adtonita & moeſta civitas ſequentes nuntios opperiretur, & repente jam veſperi incertis auctoribus convaluiſſe tandem percrebuiſſet, paſſim cum luminibus & victimis in Capitolium concurſum eſt, ac paene revulſae templi fores, ne quid geſtientes vota morarentur. Expergefactus e ſomno Tiberius eſt gratulantium vocibus, atque undique concinentium. Salva Roma, Salva Patria, Salvus eſt Germanicus.

(4) *Quot luctus excitavit interitus eius non ſolum in Orbe Romano, ſed apud exteras nationes, edocet Tacitus Annal. lib. 2. cap. 72. Prope fidem ſuperat quod eſt apud Sueton. in Calig. cap. 5. Nempe,* Regum etiam Regem & exercitatione venandi & convictu Megiſtanum abſtinuiſſe, quod apud Parthos juſtitii inſtar eſt.

(5) *Liberalium quoque ſtudiorum laude non caruit; nam Suetonio auctore in Cal. cap. 3.* Oravit cauſſas etiam triumphales, atque inter cetera ſtudiorum monumenta reliquit & Comaedias Graecas. *Ovidius quoque qui Faſtorum libros illi dicavit, poetica eum facultate excelluiſſe teſtatur lib. 1. Faſt. verſ. 3. & 21. ec., neque hoc aſſentandi gratia uſurpavit, nam adhuc leguntur Arati Phaenomena non invitis Muſis latino carmine donata a Germanico Caeſare, nec non aliquot Epigrammata Latina in appendice Virgiliana p. 193. & ſeq. & Graeca in Anthologia edita a Megiſero pag. 39. Conſule in hanc rem Plin. Hiſt. lib. 8. cap. 42. & Fabric. Bibliot. Lat. vol. 1. pag. 354. In inſcriptionum Hiſtoria v. 1. pag. 377. & ſeq. & in Montf. Antiq ſuppl. vol. 4. tab. 59. duae perrarae gemmae referuntur, quarum prima Germanici apotheoſim repraeſentat ab Aquila in coelum delati; dextra lituum, laeva cornucopiam tenet, & Victoria alata per aethera ſuſtinens hunc Heroem aegida armatum redimit. De hac Academicus Oudinetus ait vol. 1. pag. 377.* Haec gemma per annos circiter ſeptingentos apud D. Benedicti Sodales permanſit, quorum vetus opinio eſt, ſub Graecis Imperatoribus B. Io. Evangeliſtae imaginem ibi fuiſſe caelatam ab Aquila ſublati in coelum, & ab Angelo coronati. Demum illi contigit, quod pleriſque Ethnicae antiquitatis reliquiis, quas ſibi Chriſtiani vindicarunt. Secunda vero Ioſephi in Aegypto triumphum contineri cenſuit veteris ſaeculi inſcitia. At perſpicacior aetas illam Germanico & Agrippinae reddidit, qui Cereris, & Triptolemi figuras referentes huiuſce Deae curru vehuntur. *Unica & eximia Germanici ſtatua Pariſiis ſpectatur. Eius protomae rariſſimae ſunt, inter quas una in celebri Muſei Capitolini collectione adſervatur.*

# XIV.

# GERMANICO ED AGRIPPINA.

## *OPERA D' ALFEO, ED ARETONE,*

### Scolpita in Onice.

### *DELL' ABBAZIA DI S. GERMANO DI PRES.*

GErmanico meritava di naſcere in un ſecolo più felice: fu certamente l' ornamento principale de ſuoi tempi, e il reſtitutore dell' antica perduta gloria del Romano valore. Fu figlio d' Antonia minore, e di Druſo fratello di Tiberio Imperatore, e nipote d' Auguſto, adottato da Tiberio, ed ancor giovinetto ſi ſegnalò per li ſuoi lodevoliſſimi coſtumi e per la ſua virtù militare, ed eſſendo Prefetto nella guerra contro i popoli della Dalmazia diede illuſtri prove di coraggio (1). Dipoi eſſendo mandato da Auguſto a reprimere i Germani, già vinti dal ſuo Zio Tiberio, superò colle ſue impreſe l' eſpettativa, e di queſte nazioni conſeguì in Roma un belliſſimo trionfo (2). Ma quanto più era il nome glorioſo di Germanico, tanto più era ſoſpetto, ed odioſo a Tiberio ſecondo il coſtume dei Tiranni, i quali giudicano l' altrui virtù eſſer loro di diſonore, e pericolo. Per la qual coſa ſotto ſpecie d' onorarlo lo rimoſſe dalla Germania, e lo mandò in Siria a comporre i tumulti dell' Aſia, dove diede Germanico il Rè agli Armeni, riduſſe in Provincia la Cappadocia, e confermò l' alleanza con i Parti. Dipoi percorſe l' Aſia, e ritornando in Antiochia, travagliato per molto tempo da un incognita malattìa, per gl' inganni di Tiberio, come fu fama, e per opera di Piſone morì (3) in età di trentaquattro anni, e fu con incredibile cordoglio ed affetto compianto (4) come un Principe ornato di gran virtù (5).

AGRIP-

(1) Velleio Paterc. lib. 2. pag. 303. & Dione Caſſ. lib. 57. Fù inalzato al Conſolato da Auguſto: vedi Dione Caſſio lib. 56. pag. 673.; dipoi di nuovo creato Conſole come lo dimoſtra un inſigne iſcrizione di Firenze nel Palazzo Ridolfi ſpiegata con ſomma erudizione dal Dottor Gori nel libro dell' Iſcrizioni Etruſche vol. 1. pag. 316. TI · CAES · TERT · GERMANICO · CAESARE · ITER · COS &c.

(2) In queſto trionfo furono condotti molti illuſtri principi, e principeſſe prigionieri, che ſono mentovati da Strabone lib. 7. e da Tacito lib. 2. Annali cap. 41. Dal numero, e dalla dignità di queſti prigionieri ſi può comprendere l' importante, e grande vittoria. Sopra di ciò può vederſi Tacito nel luogo citato, e principalmente Svetonio in Calig. cap. 4. E non ſolamente l' Iſtorie, ma le Medaglie iſteſſe celebrano il trionfo di queſto Eroe. Vedi Mezzabarba Rom. Imp. Numiſm. pag. 73. *Signis Receptis Devictis Germanis*, e ancora un epigramma Greco di Baſſo in lode di Germanico nell' Antologia lib. 1. cap. 5. pag. 497.

(3) Fu opinione come dice Svetonio in Cal. cap. 2. che per inganno di Tiberio, e per opera di Piſone moriſſe. Dione lib. 57. eſclude Tiberio, dicendo, che perì per l' inſidie di Piſone, e Plancina: ma nonoſtante la ſua morte fu graditiſſima a Tiberio, e a Livia, e ſenſibiliſſima a tutti gli altri. E' coſa maraviglioſa certamente quanto foſſe generalmente amato, per eſſere in lui collocata la fiducia della comune difeſa. Svetonio narra nel cap. 6. della vita di Caligola: *Che eſſendo venute in Roma le nuove della ſua malattìa, ſteva tutta la Città meſta ed attonita attendendo i ſecondi avviſi, e ſubito ſul far della ſera ſi ſparſe voce da incerte perſone che egli era riſanato. Da pertutto le genti corſero al Campidoglio con lumi, e vittime per ſacrificare, ed acciocchè non foſſero ritardati i voti e le preghiere furono levate a forza le porte del tempio. Fu ſvegliato dal ſonno Tiberio dalle voci di quelli che ſi rallegravano, e da pertutto andavano cantando. Salva è Roma, Salva la Patria, Salvo è Germanico.*

(4) Quanto pianto eccitaſſe la morte di Germanico non ſolamente in Roma, ma ancora appreſſo l' eſtere Nazioni l' inſegna Tacito lib. 2. Annal. cap. 72. Supera quaſi ogni credenza ciò che narra Svetonio nel cap. 5. di Calig. *Che Megiſtano Rè dei Parti ſi aſtenne nella ſua morte dall' eſercizio della caccia, e dalla converſazione, che appreſſo i Partì è contraſegno d' un lutto univerſale.*

(5) E' degno ancora di ſomma lode per gli ſuoi ſtudii, imperocchè al dir dell' iſteſſo Svetonio in Cal. cap. 3. *Arringò ancora nelle Cauſe ſpettanti ai trionſi, e tra le memorie dei ſuoi ſtudii laſciò delle Commedie Greche*, Ovidio pure che gli dedicò i libri de Faſti v. 3. e 21. atteſta che ei fu eccellente nell' arte oratoria, e poetica. Nè tali coſe furono per cauſa d' adulazione avanzate, mentre ſi leggono ancora i Fenomeni d' Arato tradotti in verſi latini da Germanico, e alquanti Latini epigrammi (nell' appendice di Virgilio pag. 193. e ſeq.) e Greci ancora nell' Antologia del Megiſero pag. 39. vedi ancora Plinio Iſtorico lib. 8. cap. 42. e Fabricio nella Biblioteca latina vol. 1. pag. 354. Nell' Iſtoria dell' Iſcrizioni e Belle Lettere vol. 1. pag. 377. ec. e nel 4. volume del Supplemento dell' Antichità ſpiegate di Montfaucon Tav. 59. ſi ritrovano due rariſſime gemme, la prima delle quali rappreſenta la Deificazione di Germanico portato in Cielo da un Aquila: nella deſtra tiene un lituo nella ſiniſtra un cornucopia, e una Vittoria alata volando per l' aria incorona queſto Eroe armato d' Egida. Dice il Sig. Oudinet nel luogo citato che *queſta gemma circa a 700. anni fù preſſo i Benedettini di S. Evre di Toul, e ſecondo la tradizione dell' Abbazzìa è, che ſotto gl' Imperatori Greci fù creduto queſto monumento rappreſentare un S. Gio. Evangeliſta rapito da un aquila, e coronato da un' Angelo. E' accaduto a queſto monumento, come alla maggior parte di quelli della profana antichità, che i Criſtiani gli hanno per loro adottati. La ſeconda gemma ancora era paſſata ne' ſecoli dell' ignoranza per il trionfo di Giuſeppe nell' Egitto. I tempi più illuminati l' hanno reſa a Germanico e ad Agrippina che ivi ſono rappreſentati ſotto la figura di Cerere, e di Trittolemo nel carro di queſta Dea*. In Parigi ſi vede l' unica ed eccellente ſtatua di Germanico. Sono rariſſimi i ſuoi buſti, uno dei quali conſervaſi nella prezioſa raccolta del Muſeo Capitolino.

# AGRIPPINA.

*AGrippina digna tanto viro coniux, cuius parentes M. Agrippa, & Iulia Auguſti Imperatoris filia fuere. Eius pudicitiae decus & in virum amor admirandus a veteribus praedicatur univerſis; foecunditate etiam fortunatior fuiſſet, niſi in ea tempora tyrannica feritate preſſa incidiſſet* (1). *Conjugem ingentia bella gerentem perpetuo comitata eſt, nec inutilis ſarcina fuit, nam cum res poſtulabat, conſilium & virilem animum exeruit* (2). *Maiores tamen ſpiritus geſſit quam tempora patiebantur, de quo moriens Germanicus illam admonuit* (3); *Prudentiuſque egiſſet, ſi hiſce paruiſſet conſiliis, ſed nec adverſam fortunam ferre, nec tempori ſervire valuit, quod ſibi, domuique ſuae extremo fuit detrimento. Tiberius* (4) *infenſior Romanorum in eam, liberoſque cultu factus, Feminam lectiſſimam calumniatus modo ad Auguſti ſtatuam, modo ad exercitus confugere velle in parvam inſulam Pandatariam relegavit* (5) *& verberari juſſit a Centurione, qui ei oculum excuſſit: ibi miſerrimam vitam toleravit, quam caeſo Sejano mitiorem ſperabat; Sed cum nihil de ſaevitia remitteretur, inedia vitae finem impoſuit* (6).

*CA-*

(1) *Novem liberos peperit, quorum tres fato immaturo praerepti, ſex reliqui ſuperfuere: in his C. Caeſar Caligula, qui Tiberio ſucceſſit, & Agrippina Neronis Mater numerantur a Suet. in Cal. cap. 7.*

(2) *Narrat Tacitus ann. lib. 1. cap. 69.* Ac ni Agrippina impoſitum Rheno pontem ſolvi prohibuiſſet, erant qui id flagitium formidine auderent. Sed femina ingens animi, munia ducis per eos dies induit, militibuſque, ut quis inops, aut ſaucius, veſtem, & fomenta dilargita eſt. Tradit C. Plinius Germanicorum bellorum ſcriptor, ſtetiſſe apud principium pontis, laudes, & grates reverſis legionibus habentem. Id Tiberii animum altius penetravit. Non enim ſimplices eas curas, nec adverſus externos militem quaeri. Nihil relictum Imperatoribus, ubi femina manipulos interviſat, ſigna adeat, largitionem tentet, tanquam parum ambitioſe filium ducis gregali habitu circumferat, Caeſaremque Caligulam appellari velit. Potiorem jam apud exercitus Agrippinam, quam legatos, quam duces; compreſſam a muliere ſeditionem, cui nomen principis obſiſtere non quiverit.

(3) *Tacit. Annal. lib. 2. cap. 72.*

(4) *Tacit. Annal. lib. 3. cap. 4.*

(5) *Hodie S. Maria nuncupatur adverſum Cajetam & Anxurem ſita.*

(6) *Dubitat Tacitus ann. lib. 6. cap. 25. inquiens* Niſi ſi negatis alimentis, adſimulatus eſt finis, qui videretur ſponte ſumptus. *Dio. Caſſ. lib. 59. pag. 632. Agrippinam, Druſumque eius filium necatos diſerte nominat. Suetonius in Tiber. cap. 53. priori ſententiae adhaeret, imo Tiberium ait Agrippinae mori inedia deſtinanti per vim ori diducto inſulciri cibum juſſiſſe. Nec vero Agrippinae morte iniquiſſimi hominis odio ſatisfactum eſt: nam probriſſimis criminationibus mortuae famam proſcidit, impudicitiam arguens, ſibique humanitatem adrogavit, quod laqueo ſtrangulatam in Gemonias non abjecerit juxta Tacitum ann. lib. 6. cap. 25. Eius etiam Druſique reliquias in Auguſti Mauſolaeum inferri prohibuit, teſte Dione Caſſio lib. 58. pag. 632. & terrae mandari occultarique, ne unquam reperiri poſſent, imperavit, quod tamen Tyranni mandatum irritum fuit, nam indubitata eſt inſcriptio, quae in Capitolii atrio legitur, a Grutero, ac Patino in Suet. cum aliquo diſcrimine relata.*

*OSSA*
*AGRIPPINAE · M. AGRIPPAE ·*
*DIVI · AVG · NEPTIS · VXORIS ·*
*GERMANICI · CAESARIS ·*
*MATRIS · C. CAESARIS · AVG ·*
*GERMANICI · PRINCIPIS ·*

*Huius honeſtiſſimae feminae paucis carminibus imaginem ſatis pulcram Seneca nobis expreſſit in Oct. Trag. v. 920.*

. . . . . . . . Tu mihi primum
Tot natorum memoranda parens,
Nata Agrippae, Nurus Auguſti,
Caeſaris uxor, cuius nomen
Clarum toto fulſit in orbe;
Utero toties enixa gravi
Pignora pacis; mox exilium
Verbera, ſaevas paſſa catenas,
Funera, luctus; tandem lethum
Cruciata diu felix chalamis.

*In Muſeo Odeſcalchio vol. 1. tab. 30. pag. 38. pulcherrimum Cameum adſervatur Agrippinae laureatae, propter ſummam* (*ut ait Cl. Galeotti*) *in re militari experientiam.*

# *AGRIPPINA.*

AGrippina degna ſpoſa di tanto Eroe ebbe per genitori M. Agrippa, e Giulia figlia dell'Imperatore Auguſto. Il carattere di queſta Principeſſa per la ſua caſtità, e per il ſuo affetto verſo il marito è celebrato da tutti gli antichi Scrittori, e ſarebbe ſtata più felice nella ſua prole, ſe non foſſe in tempi sì tirannici viſſuta (1). Accompagnò ſempre lo ſpoſo ſuo nelle belliche ſpedizioni, nè gli fu d'inutile peſo, imperocchè quando gli affari lo richiedevano dimoſtrò quanto valeva nel conſiglio, e nell'animo ſuo virile (2). Maggiore alterigia adoprò di quello che permetteſſero quei tempi, del che ben l'avvertì Germanico moribondo (3): Ella avrebbe agito più prudentemente, ſe aveſſe fatto uſo di queſti conſigli; ma non potette ſopportare l'avverſa fortuna, e accomodarſi a quei tempi, perciò produſſe a ſe, e alla ſua famiglia l'ultima rovina. Tiberio nemico d'Agrippina, e più nemico ancora per l'oſſequio che i Romani avevano verſo di lei, e dei ſuoi figli (4), calunniò queſta ottima femmina d'aver voluto ora ricorrere alla ſtatua d'Auguſto, ora agli eſerciti, e la relegò nell'Iſola Pandataria (5), e la fece battere da un Centurione che le levò un occhio; Ivi menò un infeliciſſima vita, che più mite ſperava dopo la morte di Seiano; ma vedendo la continuazione delle crudeltà, preſe la riſoluzione di perire di fame, e così poſe fine ai ſuoi giorni (6).

CA-

(1) Ebbe nove figli, tre dei quali furono da una immatura morte rapiti, e ſei ſopraviſſero, tra queſti Caio Ceſare Caligola, che ſucceſſe a Tiberio, e Agrippina madre di Nerone; così Svetonio in Calig. cap. 7.

(2) Racconta Tacito lib. 1. Annali cap. 69. *Se Agrippina non aveſſe proibito il taglio del Ponte ſopra il Reno, v'era chi per timore avrebbe ardito di commettere sì grande errore. Ma quella generoſa Donna facendo in quei giorni l'officio di Generale d'armata, donò ai Soldati ſecondo che erano poveri, o feriti, veſti, e medicamenti. Riferiſce Caio Plinio Scrittore delle Guerre di Germania, che ella ſtava al principio del ponte a rendere ringraziamenti, e lodi alle legioni che ritornavano. Queſte coſe trafiſſero l'animo di Tiberio; imperocchè non gli parvero azioni di poco momento che ella procuraſſe l'amor dei Soldati per ſervirſene contro gli ſtranieri. Nulla reſtava all'Imperatore, ſe una Donna faceva la riviſta delle Squadre, viſitava l'inſegne, tentava coi donativi, come ſe non baſtaſſe alla ſua ambizione, portare il figlio del Generale in abito di Soldato facendola chiamare Ceſare Caligola. Era più potente Agrippina appreſſo gli eſerciti, che gli Ambaſciatori, e i Generali, aveva ella ſedata una ſedizione, alla quale non potè reſiſtere il nome del Principe.*

(3) Tacito Annal. lib. 2. cap. 72.

(4) Tacito lib. 3. Annal. cap. 4.

(5) Oggi S. Maria dirimpetto a Gaeta.

(6) Dubita Tacito nel lib. 6. degli Annali cap. 25. *che le foſſero negati gli alimenti, per far comparire la ſua morte ſpontanea.* Dione Caſſio ancora nel lib. 59. diſtintamente afferma eſſere ſtati uccisi Agrippina, e il di lei figlio Druſo. Contuttociò Svetonio nel cap. 53. della vita di Tiberio s'accoſta più al primo ſentimento, anzi dice che Tiberio, inteſa la riſoluzione d'Agrippina di voler morir di fame, aveſſe comandato, che le foſſe fatta aprire per forza la bocca, e le foſſe cacciato dentro il cibo. L'odio di sì ſcelleratiſſimo uomo non fu ſoddisfatto colla morte d'Agrippina, mentre con obbrobrioſiſſime calunnie lacerò la di lei fama, accuſandola d'impudicizia e ſi vantò al dir di Tacito lib. 6. Ann. cap. 25. d'umanità e di clemenza per non averla fatta ſtrangolare e gettare per le ſcale Gemonie; proibì ancora (come dice Dione lib. 58.) che foſſero ſepolte le di lei oſſa, e del ſuo figlio Druſo nel Mauſoleo d'Auguſto, e comandò che foſſero naſcoſte ſottoterra, acciò non ſi poteſſero mai ritrovare. Ma fu vano queſto tirannico comando, perchè prova il contrario un indubitata Iſcrizione, la quale ſi conſerva nel Cortile di Campidoglio, riportata dal Grutero, e dal Patino nel ſuo Svetonio con qualche diverſità.

L'OSSA
D'AGRIPPINA FIGLIA DI M. AGRIPPA
NIPOTE DEL DIVO AUGUSTO
MOGLIE DI GERMANICO CESARE
MADRE DI CAIO CESARE AUGUSTO
GERMANICO PRINCIPE

Seneca nella Tragedia d'Ottavia v. 920. ci fa un bel ritratto di queſta oneſtiſſima Principeſſa.

*. . . . . . . . . Tu d'Agrippina nata*
*Nuora del Grande Auguſto*
*Di Germanico moglie,*
*Di cui per tutto il mondo*
*Fù chiaro, e noto il nome;*
*Tu dal gravido ventre*
*Al mondo partoriſti*
*Tanti pegni di pace;*
*Poi ſoffriſti l'eſilio, e le percoſſe,*
*Le rigide catene,*
*I funebri dolori, e i meſti pianti;*
*Tormentata gran tempo*
*Nelle felici nozze, e nella prole.*

Nel Muſeo Odeſcalchi ſi conſerva un belliſſimo Cammeo d'Agrippina laureata, come dice il Ch. Galeotti vol. 1. pag. 38. per la ſomma di lei eſperienza nelle coſe militari.

## XV.

# CALIGULA.

## ALPHEI ET ARETHONIS OPUS,

*Achati Onychi excalptum.*

EX MUSEO DOMINI DE AZINCOURT PARISIIS.

*Caligulae Germanici & Agrippinae filio cognomen inditum eſt* (1) *a caliga, calceamenti genere, quo milites utebantur, inter quos a puero educatus fuit.*

*Eius imaginem vivis coloribus Svetonius* (*cap.* 50.) *his verbis expreſſit:* ſtatura fuit eminenti, pallido colore, corpore enormi, gracilitate maxima cervicis, & crurum, & oculis, & temporibus concavis, fronte lata, & torva, capillo raro, ac circa verticem nullo, hirſutus cetera. Vultum vero natura horridum, ac tetrum etiam ex induſtria efferebat, componens ad ſpeculum in omnem terrorem ac formidinem (2). *Hiſtorici verbis perſimilem figuram haec gemma commonſtrat.*

*De hoc immanitatis, libidinis, ſtultitiae monſtro permulta dicenda eſſent, a quibus ſuperſedeo ne lectori negotium faceſſam, quum a Svetonio & Dione & praeſertim ab Ioſepho Hiſtorico peti poſſint* (3). *Infelicem vitae exitum Caligula meruit, qui aetatis flore conſpiratione ſuorum, quos ſibi inimicos effecerat, extinctus eſt, anno aetatis undetrigeſimo, quum per circiter quadriennium imperaſſet* (4). *Perrarum ac ſingulare numiſma ineditum extat in Muſeo Mediceo* (*) *in urbe Ergavica cuſum* (5) *in quo ineſt Caligulae caput, & in averſa parte tres eius ſorores, cum inſcriptione in imo. MVN. ERGAVI. ſcilicet Municipium Ergavicum. Quemadmodum Caligula, ita Agrippina, Germanici Agrippinaeque degener proles. Ut aliqua de illa dicamus, eximium huius Auguſtae ſimulacrum in hortis Farneſianis exiſtens impellit. Hoc Agrippinam oſtentat ſedentem & profunde cogitabundam veluti mente reputantem, per quot notiſſima & impia flagitia filium Neronem ad imperium extulerat, qui Navigii fraude necem eidem fabricaverat* (6). *Acerrimum in ea impreſſit praeſtantiſſimus ſculptor loquentis maeſtitiae ſenſum. Huius elegantia atque artificium ſtatuae celebriorum ſculptorum gloriam non aemulatur ſolum, verum etiam facile exaequat. Explicari vix ſatis poteſt, quanta ei pulchritudo inſit, & excellentia, quantus membrorum omnium, quae ſpectantium oculos fallunt, conſenſus eluceat: Et veſtis item inſigni eſt opificio, ingenioque elaborata, ac longe abeſt a ſimilitudine madidae veſtis, qualem ſaepiſſime vel celeberrimi ſculptores per errorem effinxerunt. Eadem membris apta, & diſſluens in varios ſinus eleganter ita criſpatur, ut venuſtati operis ſplendorem, & decus perbelle adjiciat. Peritiſſimus plane ſculptor in ſculpenda hac celeberrima ſtatua, Agrippinam moeſtam & ſollicitam fingendam ſibi fortaſſe duxit ob inſidias, quibus vitam ſuam a filio petitam intellexit.*

*TRIUM-*

(1) *Auſonius in Caeſaribus pag.* 81.

Poſt hunc Caſtrenſis caligae cognomine Caeſar
Succeſſit ſaevo ſaevior ingenio:
Caedibus, inceſtiſque dehinc maculoſus, & omni
Crimine pollutum qui ſuperavit avum.

*Sveton. in Calig. pag.* 9. *& Tacit. Annal. lib.* 1. *cap.* 69.

(2) *Vide in hanc rem Senecam de Conſtantia cap.* 18. *& de Ira lib.* 3. *cap.* 19.

(3) *Ioſeph. Antiq. Iud. lib.* 19. *cap.* 1. *Summum ſtultitiae exemplum, quod riſum moveat, non eſt praetermittendum. Rem ita Dio lib.* 59. *narrat.* Quemdam ſuorum Equorum Incitatum nomine ad coenam quoque adhibebat, & ei in aureo hordeum opponebat, & in poculis aureis vinum propinabat, ſalutem eius, & fortunam jurabat, conſulemque ſe eum creaturum pollicebatur ſi diutius vixiſſet; facturus ſi diutius vixiſſet, & pag. 853. lib. 60. Ipſe etiam ſui ſacerdos fuit, equumque ſuum collegam adſcivit.

(4) *Veriſſime pronunciatum ab Iuvenale fuit Sat.* 10. *verſ.* 112.

Ad generum Cereris ſine caede, & vulnere pauci
Deſcendunt Reges, & ſicca morte Tyranni.

*Imperator Iulianus in Caeſ. pag.* 129. *paucis verbis multa in Caligulae dedecus complexus eſt.* Caius, deterrima bellua, a quo Dii cuncti avertere oculos. Dein illum Nemeſis Diris, furiiſque ultricibus tradidit, a quibus in Tartarum miſſus eſt. Itaque nihil Sileno in illum dicere licuit.

(*) *Tab. VI. N. III.*

(5) *De hac Urbe vide Tit. Livium lib.* 40. *cap.* 50. *Plinium lib.* 3. *cap.* 3. *& Gruterum inſcrip. pag.* 382. *num.* 9. *Clar. Henr. Florez in eximio libro. Medallas de las Colonias, Municipos ec. de Eſpana vol.* 2. *pag.* 428. *hoc numiſma non novit.*

(6) *Suet. in Ner. cap.* 34. *& Seneca Oct. Act.* 1. *v.* 305. *& ſeq. eleganter hanc narrat hiſtoriam.*

## XV.

# CALIGOLA.

## *OPERA D' ALFEO ET ARETONE,*

### Scolpita in un Niccolo.

*DEL MUSEO DEL SIGNOR AZINCOURT DI PARIGI.*

Caligola figlio di Germanico e Agrippina, fu così chiamato da una ſpecie di calzare, di cui ſi ſervivano i ſoldati, tra i quali nella ſua fanciullezza fu educato (1).

Con tali vivi colori è eſpreſſo il ritratto di queſto Principe da Svetonio (nel cap. 50.) dicendo. *Fu alto di ſtatura, di pallido colore, di corpo ſmiſurato, di collo e gambe molto ſottili con occhi, e tempie incavate, di fronte ſpazioſa, e torvo ſopracciglio, di capelli raro, e calvo intorno alla cima della teſta, peloſo nell' altre parti del corpo. Aveva il volto orrido e tetro di natura, e lo dimoſtrava ancor più fiero con l' arte, formandolo tale ad uno ſpecchio per incutere terrore e paura* (2). Alle parole dell' Iſtorico corriſponde la figura di queſta gemma.

Di queſto infame moſtro di crudeltà, di libidine, e pazzia moltiſſime coſe potrebbero raccontarſi, dalle quali m'aſtengo per non tediare il lettore, poichè in Dione, Svetonio e particolarmente in Giuſeppe Iſtorico (3) ſi poſſono vedere. L' infeliciſſimo fine di Caligola fu degno della ſua vita, mentre nel fiore della ſua età per una congiura de' ſuoi nemici fu ucciſo, avendo di età 29. anni, e di regno intorno a quattro (4). Una rariſſima e ſingolare Medaglia inedita è nel Muſeo Mediceo (*) battuta nella Città Ergavica (5) nella quale da una parte s' oſſerva la Teſta di Caligola, nel roveſcio le ſue tre ſorelle con l' iſcrizione a baſſo. MVN. ERGAVI. cioè Municipio Ergavico. Come Caligola, così fu Agrippina, prole degenerante dai ſuoi buoni genitori Germanico, e Agrippina. Ci ſtimola a parlare brevemente di queſta Principeſſa un' eccellente ſtatua eſiſtente negli Orti Farneſiani. Rappreſenta Agrippina ſedente in atto di profondo penſiero, quaſi rivolgendo nella mente, quante notiſſime, ed empie ſcelleratezze aveva ordito perchè perveniſſe all' Impero il ſuo figlio Nerone, il quale ſotto l' inganno d' una nave le aveva tramata la morte (6). L' eccellentiſſimo ſcultore eſpreſſe mirabilmente nel di lei volto il più vivo ſentimento d' una parlante meſtizia. L' eleganza, e l' artifizio di queſta ſtatua non ſolamente gareggia, ma facilmente ancora uguaglia la gloria dei più celebri ſcultori. Non può ſpiegarſi abbaſtanza quanta bellezza, ed eccellenza vi ſi ritrovi, e quanto accordo e delicatezza riſplenda in tutte le membra, le quali ingannano gli occhi degli ſpettatori. La veſte ſimilmente è fatta con inſigne lavoro, ed ingegno, ed è ben lontana dal difetto di raſſomigliare ad una veſte bagnata, come ſpeſſe volte ancora i più famoſi ſcultori erroneamente l' hanno formata. Eſſa è adattata alle membra, ed elegantemente ſcorrendo ai piedi s' increſpa con belle pieghe, ed accreſce grazioſamente decoro, e ſplendore alla bellezza dell' opera. Certamente il peritiſſimo ſcultore nello ſcolpire queſta celeberrima ſtatua ha avuto nell' animo di formare Agrippina così meſta e penſieroſa per l' inſidie tramate alla ſua vita dal figlio Nerone.



(1) Auſonio nei Ceſari pag. 81. dice, *dopo Tiberio ſucceſſe Ceſare, (avendo preſo il cognome da un calzar militare) più crudele della crudeltà iſteſſa, e macchiato d' ucciſioni, e inceſti superò l' avo ſuo d' ogni delitto imbrattato.* Vedi Svetonio nella vita di Caligola cap. 9. e Tacito lib. 1. Annal. cap. 69.

(2) Seneca de Coſtantia c. 18. e de Ira lib. 3. c. 19.

(3) Giuſeppe Iſt. Ant. Giud. lib. 19. cap. 1. Un eſempio incredibile di pazzia da movere certamente a riſo non è da tralaſciarſi. Racconta Dione nel lib. 59. *Che invitava a cena uno dei ſuoi Cavalli chiamato per nome Incitato, e gli metteva avanti dell' orzo, e del vino nei vaſi di oro, e giurava per la ſua ſalute, e gli prometteva di farlo conſole, e l' averebbe fatto ſe aveſſe avuto più lunga vita,* e in altro luogo (lib. 60. pag. 853.) dice, *che egli medeſimo ſi fece ſacerdote, e preſe per collega il ſuo Cavallo.*

(4) Diſſe ben Giovenale nella ſatira 10. verſ. 112.

*Pochi Rè, di Pluton ſcendono al regno*
*Se non ucciſi, e a forza di ferite,*
*E ſoglion de Tiranni aver le vite*
*Nel proprio ſangue il fine a ſe condegno.*

L' Imperator Giuliano nelle vite dei Ceſari pag. 129. in poche parole dice molto contro l' indegno Caligola. *Caio infamiſſima beſtia, dalla cui viſta tutti gli Dei voltarono altrove gli occhi. Dipoi la Dea Nemeſi lo conſeguò, alle Furie vendicatrici, che lo gettarono nel Tartaro.* Perciò Sileno non potè dir nulla contro di lui.

(*) T. VI. N. III.

(5) Di queſta Città vedi Tit. Livio lib. 40. cap. 50. Plinio lib. 3. cap. 3. e Grutero nell' iſcrizioni pag. 382. num. 9. Il Chiar. Enrico Florez nel ſuo eccellente libro. Medallas de las Colonias, Municipios ec. de Eſpana non ha veduto queſta Medaglia.

(6) Vedi Svetonio nella vita di Nerone cap. 34. Seneca narra elegantemente queſta iſtoria nella Tragedia di Ottavia Atto I. verſ. 305.

## XVI.

# *TRIUMPHUS IGNOTUS.*

## ALPHEI OPUS,

*Onychi excalptum.*

EX MUSEO CARDINALIS ALEXANDRI ALBANI (1).

*Haec gemma inter lectiſſima antiquitatis monumenta recenſeri debet, in qua cernitur biga aurigante Victoria alata in curru, in quo figura ſenilis eſt cum galea criſtata in capite, ſiniſtra manu haſtam oblongam tenens, & a figura muliebri coronatur. Quemnam virum, aut Heroa haec indicet aſſerere non auſim. Suſpicari tantum poſſumus imaginem barbari alicuius triumphantis Herois in illa repraeſentari, prout ex promiſſa barba non obſcure conjicere eſt, niſi forte Maſſiniſſam Numidiae regem exhiberi putemus, quod haud magnopere diſcrepare videtur ab iis itidem gemmis quae editae fuerunt a Maſſeio & Gorio* (2)*, nec non a protoma, quae in Muſeo Capitolino ſervatur* (3)*. In maximis tenebris hunc Maſſiniſſae triumphum verſari fateor, nec fortaſſe eius reperias in hiſtoria veſtigium. Praetermittamus ergo ignota haec & obſcura, ac eruditioribus expendenda, ac dijudicanda relinquamus.*

*RHOE-*

(1) *Ora appreſſo il Sig. Eduardo Diering Cav. Ingleſe Winkelmann deſcription. pag.* 380.

(2) *Gem. Ant. pag.* 1. *Tab.* 95. *Gori Muſ. Florent. vol.* 1. *Tab.* 25. *n.* 11.

(3) *Muſ. Capit. vol.* 1, *Tab.* 77. *&* 78.

## XVI.

# TRIONFO IGNOTO.

## *OPERA D'ALFEO,*

### Scolpita in Onice.

*DEL MUSEO DEL CARDINALE ALESSANDRO ALBANI* (1).

QUeſto ſingolariſſimo Cammeo deve meritamente conſiderarſi tra gli ſceltiſſimi monumenti dell' Antichità; ſi vede in eſſo una biga guidata da una Vittoria alata che è nel carro, nel quale è una figura ſenile coll' elmo in teſta col pennacchio tenendo nella ſiniſtra mano una lunga aſta, ed è coronata da una figura muliebre. Qual Perſonaggio, o Eroe rappreſenti queſta gemma non ardiſco deciderlo; ſono Davo, non Edipo. Solamente ſi può congetturare, che rappreſenti l'immagine di qualche barbaro Eroe trionfante, potendo dar peſo a queſta congettura la ſua lunga barba; ſe pure non voleſſimo credere che ſia eſpreſſo Maſſiniſſa Rè dei Numidi, perchè non pare molto differente dalle gemme pubblicate dal Cav. Maffei (2), e dal Dott. Gori (3), e da un buſto, il quale ſi conſerva nel Campidoglio. Ma queſto trionfo di Maſſiniſſa non mentovato per quanto mi ricordi da neſſuno Iſtorico mi fa reſtare dubbioſo. Tralaſciamo adunque queſte coſe ignote, ed oſcure, e diamo libero campo agli eruditi d'avanzare con maggiore felicità le loro congetture.

M 2 ROME-

(1) Ora appreſſo il Sig. Edoardo Diering Cav. Ingleſe, Winkelmann Deſcriptions pag. 380.

(2) Gori Muſ. Fior. vol. 1. tav. 25. n. 11.

(3) Muſ. Capit. vol. 1. tav. 77. e 78.

# XVII.

# RHOEMETALCES THRACUM REX.

## AMPHOTERI OPUS,

*Iaſpidi nigro inciſum.*

EX MUSEO RICCARDI FLORENTIAE.

H*Ac in gemma exponenda, aliquid ex Cl. Gori doctrina haurire mihi neceſſe erit, qui primus omnium illam evulgavit* (1); *Ipſius enim typum, quamvis omne ſtudium adhibuerim, tamen adhuc oculis luſtrare non licuit.* Graecae literae, ( *inquit ille* ) ΑΜΦΟ praeſtantiſſimi Artificis, qui aureo Auguſti aevo floruit, nomen, ut conjicimus, indicant: ut in pluribus aliis gemmis legitur, non integrum, ſed dimidiatum fortaſſis ΑΜΦΟΤΕΡΟΣ Amphoterus.

*Non aſſentior Gorio, hanc gemmam e manu peritiſſimi Artificis prodiiſſe, nam eximii ſcalptores perraro lapillis vulgaribus utebantur, quales ſunt Iaſpis, & praecipue Iaſpis niger; praeterea* (*ſi ex tabula aenea exiſtimari poteſt*) *literae grandiores ſunt quam conſuetudo ferebat, inſculpendi proprium eorum nomen minutis caracteribus. Quare dubitari poſſet ſit ne* ΑΜΦΟ *Artificis, an Domini nomen, quod & in aliis gemmis animadvertitur* (2). *Illi facile aſſenſerim in hac gemma ſignari Rhoemetalcem Thracum Regem, capite juvenili inſignito diademate; congruit enim cum eius nummis, qui inter praeſtantiores recenſeri poſſunt.*

*Rhoemetalcis nomen in Romana Hiſtoria clariſſimum. Cum ab Antonio defeciſſet, Auguſti partes amplexus eſt, & ſociis armis contra Dalmatas, & Pannonios utilem operam Auguſto navavit* (3), (*ſicut breviter dilucideque ex teſtimonio Dionis Caſſii, Taciti, & Velleii Paterculi eius nummum adducens narrat Seguinus,* (4).) *Ei veluti bene de ſe merito nomen ſuae familiae Auguſtus largitus eſt, ut ex hac inſcriptione percipimus* (5). *IVLIA · TYNDARIS · C. IVLI · REGIS · RHOEMETALCAES · L. ec.* Iulia Tyndaris C. Iulii Regis Rhoemetalcis Liberta. Ex qua inſcriptione Fabbrettus, id quod in hiſtoria latebat, deducit; Auguſtum Seniori ſcilicet Rhoemetalci Thracum Regi, Amico, & Socio civitatem, & cum ea nomen praenomenque communicaſſe. *Haec Gorius. Ipſe vero viciſſim Auguſto percarus extitit Rhoemetalces, dum vixit, qui ut ſuam erga Imperatorem benevolentiam teſtaretur, nummum aereum ſecundae magnitudinis percuſſit, cum capite Auguſti in una parte & inſcriptione* ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ *& in altera cum capitibus Regis ipſius & uxoris cum inſcriptione* ΒΑΣΙΛΕΟΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ (6) *Patinus* (7) *atque Geſne-*

(1) *Gori Inſcr. Ant. Etr. pars prima pag.* 47. *Tab.* 2. *num.* 4. *& Muſ. Flor. vol.* 2. *pag.* 26. *Tab. X. num.* 3.

(2) *Homerus Amphoterum nominat Iliad lib.* 16. *verſ.* 415. *Et Arrianus Nicomed lib.* 1. *Amphoteri pariter ducis nomen refert. Vide etiam Q. Curtium lib.* 4. *cap.* 8.

(3) *Refert Plutarchus in vita Romuli, & in Apophtegm. Rom. pag.* 207. Rhoemetalces Thracum Rex ab Antonio ad ipſum defecerat, ſocietatemque hanc immoderate in conviviis, odioſeque jactabat, itaque Auguſtus cuidam reliquorum Regum propinans dixit, ego proditionem amo, non proditores.

(4) *Seguini ſelectiora numiſmata pag.* 32. *& ſeq.*

(5) *Gori Inſcript. Etrur. pars* 1. *pag.* 47. *Tab.* 4. *num.* 4. *& pag.* 51. *num.* 52. *Fabbretti Inſcript. Antiq. cap.* 6. *pag.* 439. *&* 440.

(6) *Ignoro ut Clar. Seguinus loc. cit. hallucinatus ſit arbitrando eadem capita Auguſti tam in una, quam in altera numiſmatis parte repraeſentari, dum inquit:* In eo ſcilicet nummo, in una parte caput Auguſti cum inſcript. ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ in altera duo capita viſuntur Regis Rhoemetalcis & uxoris, ſeu potius Auguſti & Liviae: *Cum viſibile ſit diadema regale, quo caput Rhoemetalcis revinctum, Regum proprium, & ipſa epigraphe ſatis confirmat.*

(7) *Patini numiſmata pag.* 38. *&* 49.

XVII.

# ROMETALCE RE DE TRACI.

## *OPERA D'AMFOTERO,*

Inciſa in diaſpro nero.

*DEL MUSEO RICCARDI DI FIRENZR.*

NElla ſpiegazione di queſta gemma mi converrà di ſervirmi in parte della dottrina del Ch. Gori, il quale fù il primo a darla alla luce (1); Imperocchè con tutte le diligenze uſate, non m' è ſtato poſſibile di vederne un' impreſſione. Egli dice: *le lettere Greche* ΑΜΦΟ *ſecondo la noſtra congettura indicano il nome d' un eccellentiſſimo Arteſice fiorito nell' aureo ſecolo d' Auguſto; ed è forſe il nome d'* ΑΜΦΟΤΕΡΟΣ, *d' Amſotero, come in molte altre gemme ſi legge, non intero, ma dimezzato.*

Non convengo però con eſſolui che queſta gemma ſia parto d'un peritiſſimo Arteſice, perchè gli eccellenti ſcultori rariſſimamente ſi ſono ſerviti per incidere di pietre ordinarie, come è il diaſpro, e principalmente il diaſpro nero; Inoltre le lettere ſono molto più grandi di quelle, che hanno praticato di fare gli antichi inciſori (per quanto io poſſo giudicare dalla ſtampa) eſſendo ſoliti d'incidere il loro proprio nome in piccioli caratteri. Per la qualcoſa può dubitarſi ſe Amfotero ſia il nome dell' Arteſice, o del Poſſeſſore della gemma, come in moltiſſime gemme s' oſſerva (2). Sono bensì del ſuo ſentimento che queſta gemma rappreſenti Rometalce Rè di Tracia con teſta giovenile ornata di diadema; poichè raſſomiglia alle ſue medaglie, le quali tra le più ſingolari ſi poſſono conſiderare.

E' nella Romana Iſtoria chiariſſimo il nome di Rometalce, il quale eſſendoſi ribellato da Antonio, abbracciò il partito d'Auguſto, e fu d'utilità a queſto Principe nell' impreſe contro i Popoli della Dalmazia, e Pannonia, (3) ſiccome brevemente, e chiaramente ſulla teſtimonianza di Dione Caſſio, Tacito, e Velleio Patercolo narra Seguino (4), riportando una di lui medaglia. Auguſto perciò li ſi dimoſtrò grato concedendoli il nome della ſua famiglia, come dalla ſeguente iſcrizione comprendiamo (5). GIULIA TINDARIDE LIBERTA DEL RE' CAIO GIULIO ROMETALCE. (Gori dice) *dalla quale iſcrizione Fabbretti deduce ciò che nell' iſtoria non era cognito di avere Auguſto conferita la cittadinanza, ed inſieme il nome, e prenome al vecchio Rometalce Rè de Traci, amico ſuo, e confederato.* Ed in contraccambio Rometalce mentre viſſe, fù talmente amico d'Auguſto, che per dimoſtrarli il ſuo affetto li fece battere alcune Medaglie, tra le quali una di bronzo di ſeconda grandezza rappreſentante da una parte la teſta di Auguſto con l'iſcrizione ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ cioè *Auguſto Ceſare*, e dall' altra parte la teſta di Rometalce con la ſua moglie con l'iſcrizione ΒΑΣΙΛΕΟΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ, cioè *Rometalce Rè* (6). Patino (7) e Geſne-

(1) Gori Inſcr. Ant. parte 1. pag. 47. Tav. 2. num. 4. e Muſ. F. vol. 2. pag. 47. Tom. X. num. 3.

(2) Omero fa menzione d'Amfotero Iliad. lib. 16. verſ. 415. e Arriano di Nicomedia lib. 1. riferiſce il nome del Duce Amfotero: vedi ancora Q. Curzio lib. 4. cap. 8.

(3) Plutarco riferiſce nella vita di Romolo, e negli Apoftegmi dei Romani, che *Rometalce Rè dei Traci abbandonate le parti di Antonio preſe quelle d' Auguſto; In un convito troppo arrogantemente, e odioſamente faceva pompa di queſta lega. Onde Auguſto invitando un altro di quei Rè gli diſſe. Io amo i tradimenti, ma non i traditori.*

(4) Seguini Selectiora Numiſmata pag. 32. e ſeq.

(5) Gori Inſcr. Etrur. parte 1. pag. 211. num. 52., e pag. 47. T. 2. num. 2. gem. 4. Fabbretti Inſcr. Antiq. cap. 6. pag. 439. e 440.

(6) Seguino loc. cit. Non comprendo come il Chiariſſimo Seguino habbia potuto sbagliare col credere eſſere rappreſentata tanto in una parte, che nell' altra la teſta d'Auguſto; mentre dice, *in quella Medaglia ſi vede da una parte la teſta d' Auguſto con l' iſcrizione ſoprannotata d' Auguſto, e dall' altra parte due teſte del Rè Rometalce, e della Moglie, o piuttoſto d' Auguſto, e di Livia.* E' viſibiliſſimo il diadema Reale, col quale è faſciata la teſta di Rometalce, proprio dei Rè; e l'iſcrizione iſteſſa baſtantemente il conferma.

(7) Patini Numiſm. pag. 38. e 49.

*ſnerus* (8), *quatuor capitum cum iiſdem inſcriptionibus, ideſt capita Auguſti & Liviae in una parte, Rhoemetalcis & uxoris in altera nummum exponunt, & alios duos nummos, cum capite Auguſti, & in altera Rhoemetalcis. Seguinus* (*loc. cit.*) *ait:* Memini me videre alterum apud magnum Etruriae Ducem, quinto capite inſignem, nempe Veneris a parte Auguſti, & Liviae. *Et Spanhemius* (9) *de hoc eodem nummo, inquit.* In anteriori parte caput Auguſti, in altera tria capita; duo nempe coniuncta, unum Regis Rhoemetalcis cum diademate, alterum Reginae uxoris, (niſi eadem Auguſti & Liviae cum Cl. Seguino cenſeas) tertium vero prioribus minus, quod laureatum I. Caeſaris caput referre videtur. *Huius perrari nummi* (*) *delineatio mihi tranſmiſſa fuit a Clar. viro Rajmundo Cocchi M. E. D. quondam Antiquario, qui tertium illud caput, non Veneris, neque Iul. Caeſaris, ſed alicuius ex familia Regis Rhoemetalcis eſſe veriſimilius judicabat, cum nihil ad rem cum Rhoemetalce Venus, vel Iul. Caeſar, a quorum etiam imagine nimis differt, prout ex conſumpto numiſmate arguere licet.*

*APRI*

(8) *Geſneri Numiſmata Arſacidarum tab. 4. num. 30. & Numiſm. Imper. Roman. tab. 38. num. 23. & 24. & Numiſmata Bodleiana pag. 112.*

(9) *Spanhem. de Praeſt. & uſu numiſm. pag. 467. in 4.*

(*) *Tav. X. N. I.*

ſnero (8) riportano una Medaglia con quattro teſte colle medeſime iſcrizioni, cioè le teſte d'Auguſto e Livia da una parte, di Rometalce, e della Moglie dall'altra, ed altre due Medaglie con la teſta d'Auguſto da una parte, e di Rometalce dall'altra. Dice Seguino (loc. cit.): *Mi ricordo d'aver veduto appreſſo il Gran Duca di Toſcana una altra Medaglia inſigne per eſſervi una quinta teſta, cioè la teſta di Venere dalla parte d'Auguſto, e di Livia;* E Spanemio di queſta iſteſſa medaglia dice (9). *Nella parte dritta la teſta d'Auguſto, nel roveſcio tre teſte, due congiunte inſieme, una del Rè Rometalce ornato colla faſcia Reale, l'altra della Regina ſua Moglie, (ſe non vuoi giudicar col Chiar. Seguino eſſere Auguſto, e Livia), la terza più piccola delle altre che pare poſſa rappreſentare la teſta laureata di Giulio Ceſare.* Di queſta rariſſima Medaglia (*) mi fù mandato il diſegno dal Chiariſſimo Raimondo Cocchi, (figlio del fù Antonio Cocchi ſtato ornamento della letteratura Italiana, ora grandiſſima perdita, mio intimo Amico), nella quale s'oſſervano da una parte le teſte d'Auguſto, e di Livia, nell'altra di Rometalce, e della Moglie: è la terza teſta forſe di Venere ſecondo Seguino, o di Giulio Ceſare ſecondo Spanemio, ma meglio però col ſopralodato Sig. Raimondo Cocchi che rappreſenti queſta terza teſta qualcuno della famiglia del Rè Rometalce. Quantunque queſta Medaglia, che pubblico in grazia degli eruditi, ſia conſumata, troppo è lontana dall'immagine di Giulio Ceſare, e di Venere; dipoi neſſuna relazione ha Venere, e Ceſare con Rometalce.

COM-

(8) Geſnero Numiſm. Arſacidarum T. 4. num. 30. e Numiſm. Imp. Roman. T. 28. num. 23. e 24. e Numiſm. Bodleiana pag. 112.

(9) Spanhem. de praeſt. & uſu Numiſm. vol. 1. pag. 499. in fol.

(*) Tav. X. N. I.

# XVIII.

# *APRI PUGNA ET CANIS.*

## GAURANI ANICETI OPUS,

*Iaſpidi viridi ſanguinolento inciſum.*

*APUD BEAUVILLIER DUCEM DE S. AIGNAN GALLIAE PAR ec.*

*Gaurani Aniceti nomen jacuiſſet in tenebris, niſi ipſe illud huic gemmae inſcripſiſſet, in qua Apri cum Cane pugnam expreſſit. Vixiſſe illum Imper. Septimii Severi aetate conjicere poſſumus ex opificii mediocritate, quae cum nummis ceteriſque illius ſaeculi monumentis plane conſentit. Nihil tamen prohibet, quin Auctor non vulgare ſibi nomen pepererit. Haec gemma ſi minus ſcalpturae praeſtantia, certe animalium certaminibus, quae ibi exhibentur, & quorum ſtudio inſaniit Antiquitas, uberem nobis materiem ſuppeditat.*

*Nunquam defuerunt praeclari Artifices, qui ingenii ſui documenta praeberent in Feris, belluiſque effingendis, ſicuti quamplurima monumenta teſtantur. Eorum potiſſimum enituit induſtria, tum cum pugnaces feras, uti in Amphiteatris ſpectabantur, rabiei, furoris, ardoriſque indiciis ob oculos ponere ſtuduerunt.*

*Quod ſi in Gauranio elegantia deſideratur, tamen ſua laude fraudari non debet exprimendorum affectuum felix artificium, quo palam fecit rabiem, & ardoris impetum Canis, qui Aprum aggreſſus eſt. Conſimilem pugnam Leonardus Agoſtini* (1) *exhibet, quae in Familiae Hoſidiae nummis cernitur, ubi caput Dianae & pone dorſum arcus & pharetra; ex averſa parte Aper telo transfixus, quem Canis impetit. Itidem extat nummus familiae Liciniae, qui a Morellio* (2) *ita explicatur.* Denarii huius typus ſimillimus eſt nummis Hoſidiae Getae, & videtur indicare ludos & venationes populo exhibitas eo anno, quo Quaeſtor Urbanus, vel triumvir monetalis fuit L. Licinius Craſſus. *Huiuſmodi ſpectacula in Amphiteatris edebantur, & merito in his nummis caput Dianae convenit, referente Caſſiodoro* (3) *Amphiteatrum praecipue Dianae Scythicae fuiſſe ſacrum, & haec ſpectacula in honorem Deae reperta fuiſſe* (4).

*Miraculo proximum eſt, quot qualeſque belluas ex penitiſſimis ſilvis, deſertiſque locis extremoque orbe petitas, ad plauſum Populi eliciendum, & captandam benevolentiam, Principes in Urbe viri, ac Imperatores, ſive in Circum, ſive in Amphiteatrum produxerint* (5).

*Inter*

(1) *Agoſtini Gemme pag.* 11. *Tab.* 124.

(2) *Morelli Theſaur numiſm. p.* 198. 581. & 582.

(3) *Caſſiodor. lib.* 5. *epiſt.* 42. *Maffei in lib. de Amphiteatris pag.* 138. *elegantem exhibet Liciniae inſcriptionem quae teſtamento juſſit ferarum venationem celebrari, & Dianae ſignum ſacrari*

*NOMINE ·*
*Q. DOMITII · ALPINI.*
*LICINIA MATER.*
*SIGNVM · DIANAE · ET VENA*
*TIONEM.*
*ET SALIENTES · T. F. I.*

Dianae omnium venationum Praeſidi (*inquit Maffei*) talia ſpectacula ſaepe dicabant, nequaquam Amphiteatra, ut creditum eſt. *Sed (ut ſuperius vidimus) deceptus eſt. Referam ineditam inſcriptionem in Clauſtro Monaſterii Montis Caſſini ſervatam, quae anno* 1759. *ad ipſius Montis radices, ubi Amphiteatri extant adhuc reliquiae, detecta fuit, & a me tranſcripta.*

*VMMIDIA C. F.*
*QVADRATILLA.*
*AMPHITEATRVM.*
*TEMPLVM · CASINATIBVS.*
*SVA · PECVNIA · FECIT.*

*Literae huius Incript. dimid. Pal. Rom. De hoc Amphiteatro ſilet ſupralaud. Maffei.*

(4) *Iuxta Simoniden apud Athenaeum lib.* 11. *pag.* 490. Mercurius certaminum praeſes.

(5) *Dio. Caſſius lib.* 39. *de ſpectaculis, quae Pompeius in theatri dedicatione praebuit, verba faciens, ait.* Quinque dierum ſpatio quingenti Leones confecti ſunt, Elephantique octodecim cum armatis depugnaverunt. *Ex monumento Ancyrano edito a Burmanno in vol.* 2. *Suetonii pag.* 159. *in honorem Caeſaris Auguſti erecto, colligimus, quod in Circo,*

po-

## XVIII.

# PUGNA D'UN CINGHIALE CON UN CANE.

## *OPERA DI GAURANO ANICETO*

### Inciſa in un Diaſpro verde ſanguigno.

*APPRESSO BEAUVILLIER DUCA DI S. AGNANO PARI DI FRANCIA.*

SArebbe reſtato ſepolto nelle tenebre il nome di Gaurano Aniceto, ſe egli non l'aveſſe inciſo in queſta gemma, nella quale ha eſpreſſo un combattimento d'un Cinghiale con un Cane. Dalla mediocrità del ſuo lavoro, che corriſponde colle medaglie, e coi monumenti dei tempi di Settimio Severo, poſſiamo congetturare eſſer fiorito nell'età di queſto Imperatore. Contuttociò il noſtro artefice nei ſuoi tempi acquiſtò una fama non volgare. Se queſta gemma per l'eccellenza del lavoro non ci ſomminiſtra copioſa materia di ragionare, ce la ſomminiſtra bensì col ſoggetto dei combattimenti degli animali, dei quali fù tanto fanatica l'Antichità.

Non mancarono mai celebri Arteſici che impiegaſſero i loro talenti nel ritrarre le Beſtie, e le Fiere, come molti monumenti ne fanno teſtimonianza. Riſplende principalmente il loro artifizio, allora che hanno figurate queſte fiere combattenti con eſpreſſioni di rabbia, furore, ed impeto d'ardore, come negli Anfiteatri ſi rimiravano.

Che ſe in Gaurano ſi deſidera l'eleganza, certamente egli merita lode pel felice artifizio nell' eſprimere le paſſioni, come chiaramente lo ha moſtrato nella rabbia, e nell'ardore del Cane, che ha aſſalito il Cinghiale. Una pugna conſimile la riporta Agoſtini (1), la quale ſi vede ancora nelle medaglie della famiglia Hoſidia, dove da una parte è la teſta di Diana con la faretra, e l'arco dietro alle ſpalle, dall'altra un Cinghiale ferito da un dardo, e afferrato da un Cane. Similmente una medaglia della famiglia Licinia ſi trova così da Morelli (2) ſpiegata. *Queſta medaglia è ſimiliſſima a quelle della Famiglia Hoſidia, e pare che indichi i giochi, e le caccie date al Popolo in quell'anno, in cui Licinio Craſſo fù Queſtore Urbano, e Triumviro monetale.* Tali ſpettacoli ſi facevano negli Anfiteatri, e meritamente conviene la teſta di Diana con queſte medaglie, perchè al dir di Caſſiodoro (3) l'Anfiteatro era ſingolarmente dedicato a Diana Scitica, ed in onore di queſta Dea furono inventati sì fatti ſpettacoli (4).

E' oggetto di maraviglia quante innumerabili fiere per gli ſpettacoli del Circo, e dell'Anfiteatro faceſſero venire dalle remotiſſime ſelve, dai deſerti, e dai confini del Romano Impero i primarii Perſonaggi Romani, e gli Imperatori ad effetto di cattivarſi il plauſo, e l'amore del Popolo (5).



(1) Agoſtini gem. pag. 2. T. 124.

(2) Morelli Theſ. numiſm. pag. 198. 581. e 582.

(3) Caſſiodoro Ep. 52. del lib. 5. pag. 197. Il chiariſſimo Maffei nel lib. degli Anfiteatri pag. 138. riferiſce un elegante iſcrizione di Licinia, la quale laſciò per teſtamento che ſi celebraſſe una caccia di Fiere, e che foſſe fatta una ſtatua a Diana. Dice Maffei *A Diana Preſide d'ogni caccia erano ſpeſſo conſacrati, non già gli Anfiteatri, come vien creduto, ma sì fatti ſpettacoli:* ma come di ſopra abbiamo veduto, fortemente s'ingannò. Riporterò un' inedita iſcrizione conſervata nel Chioſtro del Monaſtero di Monte Caſſino, la quale nell'Anno 1759. fù ritrovata alle radici del detto Monte, dove eſiſtono ancora gli avanzi d'un' antico Anfiteatro, e fù da me traſcritta. *Ummidia Quadratilla figliola di Caio fece a ſue ſpeſe ai Caſſinati un Anfiteatro ed un tempio.* Le lettere di queſta iſcrizione ſono quaſi alte un mezzo palmo Romano. Il ſopralodato Maffei non parla di queſto Anfiteatro.

(4) Simonide preſſo Ateneo lib. 11. pag. 490. dice *Preſidente di queſti combattimenti era Mercurio.*

(5) Dione Caſſio lib. 39. parlando degli ſpettacoli che dette Pompeio nella dedicazione del Teatro dice, *che nello ſpazio di cinque giorni furono uccisi 500. Leoni, e 18. Elefanti combatterono contro Uomini armati.* Dal monumento Ancirano inalzato in onore di Ceſare Auguſto, pubblicato dal Burmanno nel vol. 2. di Svetonio pag. 159. ricaviamo, che nel Circo, nel Foro, e negli Anfiteatri furono ucciſe circa a tre mila cinquecento Fiere. Giulio Capitolino nella vita di Gordiano Seniore (vol. 2. pag. 81.) dice che conceſſe al popolo 200. Cervi macchiati, 30. Cavalli ſalvatici, 100. Pecore ſalvatiche, 10. Alce; Tori di Cipro 100., Struzzi della Mauritania coloriti 300., 30. Aſini ſalvatici, 150. Cinghiali, 200. Ibice, e 200 Daini. Flavio Vopiſco nella vita di Probo (vol. 2. pag. 614.) racconta che furono dati per gli ſpettacoli *mille Struzzi, mille Cervi, mille Cinghiali, mille Daini, Ibici,*

*Inter antiqua monumenta horum certaminum in Capitolii atrio praeſtantiſſimum extat Graecae ſculpturae ſymplegma Leonis Equum diſcerpentis, ſed Equi temporum injuria labefactati, caput & pedes ab eximio artifice reſtituti ſunt.* Cuius artificium Michael-Angelus miraculoſum uſque ad coelos laudibus extollere ſuevit teſte Boiſſard, ut Richardſon teſtatum reliquit (6).

*Quanto autem, & apud antiquos ſingulare illud opificium in pretio ſit habitum, ex eo perſpicue liquet, quod nobilis antiquus caelator id exemplar ſibi propoſuit, quod arte mira, & conſummatiſſima omnium partium conſenſione perfecit, idemque in Iaſpidis ſcalptura oculis objecit. Hanc ideo gemmam in eruditorum gratiam publici juris faciendam duxi* (*), *quam Medicus Nobilis Anglus Meighan Romae comparavit. Quidam ad augendum pretium gemmae recenti manu nomen Auli inſcribendum curavit. Literulae quidem eleganter inciſae, & quamvis Auli nomen ſit Hypobolimaeum, Aulo tamen ſcalpturam illam non indignam putabunt aequi rerum aeſtimatores.*

*Elephantorum* (7), *Rhinocerotum, Leonum ec. Spectacula in deliciis fuiſſe veteribus haud mirandum, cum belluae iſtae magnum aliquid corpore, feritate & ingenio demonſtrent. Sed tantopere Gallorum certaminibus* (8) *fuiſſe oblectatos vix credibile videri poſſet, niſi monumentis veterumque ipſorum auctoritate probaretur.*

*In Muſeo clariſſimi viri Ioachimi Rendorp* (**) *adſervatur non vulgaris artificii gemma, in qua pugnacium gallorum Genii duo ſpectatores conſpiciuntur, quorum alter maerorem praeſefert ob galli ſui calamitatem, alter hilaris & ridens palmam porrigit gallo victori alacritate & laetitia conſpicuo. Neque hoc artis figmentum cenſeri debet, ſed huic animanti id natura voluit eſſe peculiare; ut ab Aeliano* (9) *animadverſum eſt:* Quod ſi cum altero pugnans vincatur, idcirco non canit, quod ex illa mala pugna ſpiritus fracti illi vocem ſupprimant, cuius offenſionis verecundia ſe ſe occultat. At ſi ex certamine victoriam reportarit, ſuperbus eſt, & cervice erecta ſimul, & cantus contentione inſolenter effertur, & triumphanti ſimilis eſt. *Id quoque a Phile Poeta Graeco notatum* (10). *Similiter inquit Cicero* (*De Divinat. lib. 2. cap. 26, pag. 86.*): Galli victi ſilere ſolent, canere victores.

Exi-

*in Foro, & in Amphiteatris confecta fuerant beſtiarum circiter tria millia & quingenta. Iulius Capitolinus in vita Gordiani ſenioris* (*vol. 2. pag. 81.*) *inquit, quod conceſſit populo Cervos palmatos ducentos, Equos feros XXX. Oves feras C. Alces X. Tauros Cypriacos C. ſtruthiones Mauros miniatos CCC, Onagros XXX., Apros CL., Ibices CC., Damas CC. In Probi vita Flavius Vopiſcus* (*vol. 2. p. 674.*) *haec habet.* Immiſſi per omnes aditus Struthiones mille, mille Cervi, mille Apri, mille Damae, Ibices, Oves ferae, & caetera herbatica animalia, quanta vel ali potuerunt, vel inveniri. Addidit alia die in Amphiteatro una miſſione centum jubatos Leones, qui rugitibus ſuis tonitrua excitabant, qui omnes contificiis interempti ſunt. Editi deinde centum Leopardi Lybici, centum deinde Syriaci, centum Leaenae, & Urſi ſimul trecenti. Quarum omnium ferarum magnum magis conſtat ſpectaculum fuiſſe, quam gratum. Edita praeterea gladiatorum paria trecenta. *Maiori pompa & ſumptu ſaeculares ludi A. V. C. M. celebrati ſunt Philippi ſenioris Imperii anno II. ut aſſerit Iulius Capitolinus* (*vol. 2, pag. 133.*) *in quibus memorantur* Elephanti XXXII. Alces X., Tygres X., Leones manſueti LX.. Leopardi manſueti XXX. Hyaenae X. Gladiatorum fiſcalium paria mille: Hippopotamus & Rhinoceros unus, Archoleontes X., Camelopardali X., Onagri XX., Equi feri XL. *Horum ſpectaculorum memoriam in nummis a Mediobarba relatis* (*numiſm. Imp. Rom. pag. 346.*) *aeternavit Philippus, in quibus Alces, Elephanti, Hippopotami, Ibices, Cervi, Leones, Hyaenae inveniuntur. Hiſce de ſpectaculis conſule Iul. Capitol. in vita Antonini Pii* (*vol. 1. pag. 274.*)

(6) *Richardſon Traitè de la peinture vol. 1. pag. 175.*

(*) *Tab. X. N. II.*

(7) *De Elephantis funambulis, eorumque novo ludicroque ſpectaculo loquuntur Hiſtorici. Suetonius in vita Neronis c. 11. inquit, quod* Notiſſimus eques Romanus Elephanto ſuperſedens per Catadromum decucurrit *& in Galba cap. 6.* Praetor commiſſione ludorum Floralium novum ſpectaculi genus, Elephantos funambulos edidit *& Xiphil. lib. 61. pag. 696. de Nerone ait.* Ludos maximos & magnificentiſſimos in honorem matris fecit. Quo tempore Elephas introductus in Theatrum in ſummum eius fornicem conſcendit, atque inde vehens hominem in fune ambulavit. *Plinius quoque lib. 8. cap 3.* Elephantos mirum maxime adverſis funibus ſubire, ſed regredi magis utique pronis, *& lib. 8. cap. 2.* poſtea & per funes inceſſere. *Seneca denique Epiſt. 85. pag. 555.* Elephantem mimus Aethiops jubet ſubſidere in genua, & ambulare per funem. *Quiſquis libramenti genera noverit, Elephantos per unicum funem incedere abſonum putabit, quare equidem conjicio duos praecraſſos funes ſimul adhibitos fuiſſe neque inter ſe disjunctos, idque erui poſſe videtur ex supramemoratis verbis Plinii: per funes inceſſere, & adverſis funibus ſubire.*

(8) *Vide Ionſtonium: de Coturnic. pag. 48. de Gallis pugnac. pag. 58.*

(**) *Tab. X. N. III.*

(9) *Aelian. de Nat. Animal. lib. 4. cap. 29.*

(10) *Phile de Animal. propriet. cap. 12. Lucil. ſat. 8. Plin. lib. 10. cap. 21.*

Tra gli antichi monumenti di queſti combattimenti d'animali, un eccellentiſſimo gruppo di greca ſcultura eſiſte nel Cortile di Campidoglio rappreſentante un Leone che sbrana un Cavallo. Ma il Cavallo per l'ingiurie de' tempi è ſtato maltrattato, avendo perduta la teſta, e le gambe, le quali da uno inſigne arteſice ſono ſtate reſtaurate. Riferiſce Richardſon (6) citando Boiſſard *che il gran Michelangelo Buonarroti non ceſſava mai d'inalzare ſino al Cielo queſto maraviglioſo gruppo di ſcultura.*

Quanto appreſſo gli Antichi foſſe in pregio queſta ſingolare ſcultura, ſi può dedurre chiaramente dal non avere un inſigne antico inciſore ſdegnato di farne una copia in un Diaſpro con ſomma eleganza, e con accordo perfettiſſimo di tutte le parti; perciò in grazia degli Eruditi ho ſtimato di pubblicare queſta gemma (*) la quale il Sig. Meighan Medico Ingleſe comprò in Roma. Una certa perſona per accreſcerne maggiormente il pregio v'inciſe il nome d'Aulo. Le lettere certamente ſono inciſe con tutta l'eleganza, e benchè il nome d'Aulo ſia un impoſtura, contuttociò i veri amanti dell'antichità ſtimeranno queſto intaglio eſſere un opera non indegna d'Aulo.

Non è da maravigliarſi che gl'Antichi foſſero vaghi degli ſpettacoli dei Leoni, dei Rinoceronti, e degli Elefanti ec. (7) dimoſtrando queſte Fiere qualcoſa di grande nel corpo, nella fierezza, e nell'ingegno; ma appena può parer credibile quanto ſi ſieno dilettati dei combattimenti dei Galli (8), ſe non foſſe autenticato dall'autorità degli Scrittori, e dagli antichi monumenti.

Nel Muſeo del Chiariſſimo Sig. Gioacchino Rendorp ſi conſerva una gemma (**) di non mediocre lavoro, nella quale ſi veggono due Genii ſpettatori di due Galli pugnaci; uno dei quali è in atto meſto, e penſoſo per la diſgrazia del vinto ſuo Gallo; l'altro ilare, e ridente porge un ramo di palma al ſuo Gallo vincitore, lieto ed eſultante del ſuo trionfo. Nè deve ciò ſtimarſi una finzione dell'arte; avendo la natura conceſſo una tal proprietà a queſto animale, come oſſervò Eliano (9). *Che ſe un Gallo combattendo con un altro è vinto, non canta, perchè gli ſpiriti abbattuti per quell'infelice combattimento gli ſopprimono la voce, e l'occulta per la vergogna. Ma ſe dal combattimento ne riporta la vittoria, ne va ſuperbo, e con la teſta elevata arrogantemente s'inalza cantando, et è ſimile a un trionfante.* Ciò è ſtato ancor da Phile Poeta Greco notato (10). Similmente diſſe Cicerone (De Divinat. lib. 2. cap. 26.) *I Galli vinti ſogliono tacere, e vittorioſi cantare.*

N 2 Una

*Ibici, Pecore ſalvatiche, ed altri animali che ſi paſcono d'erba, quanti potevano alimentarſi e trovarſi. Aggiunſe in un altro giorno nell'Anfiteatro in una mandata cento Leoni con gran giube, che mandavano fuori ruggiti a guiſa di tuoni, e furono tutti uccisi con lancie. Dette dipoi* 100. *Leopardi della Libia,* 100. *della Siria,* 100. *Leoneſſe, e* 300. *Orſi inſieme. Delle quali Fiere fù più magnifico che grato lo ſpettacolo.* Dette inoltre 300. coppie di Gladiatori. Con maggior pompa, e ſpeſa furono da Filippo Seniore celebrati i giochi ſecolari nell'anno II. del ſuo Impero e mille della fondazione di Roma come aſſeriſce Giulio Capitolino (vol. 2. pag. 132.), nei quali furono 32. *Elefanti,* 10. *Alce,* 10. *Tigri,* 60. *Leoni manſueti,* 30. *addomeſticati Leopardi,* 10. *Hiene, mille coppie di Gladiatori, un Ippopotamo, un Rinoceronte,* 10. *Arcoleonti,* 10. *Giraffe,* 20. *Aſini ſalvatici,* 40. *Cavalli ſalvatici.* L'Imperator Filippo volle eternare la memoria di queſti ſpettacoli nelle ſue medaglie riportate dal Mezzabarba (Numiſm. Imp. Rom. pag. 346.) nelle quali ſono ſcolpiti Elefanti, Alce, Hippopotami, Ibici, Cervi, Leoni, Hiene. Di queſti ſpettacoli vedi Giulio Capitolino nella vita d'Antonino Pio (vol. 1. pag. 274.).

(6) Richardſon Traité de la peinture vol. 1. pag. 175.

(*) Tav. X. N. II.

(7) Gl'Iſtorici fanno menzione d'un inſolito e ſpecioſo ſpettacolo d'Elefanti, che paſſeggiavano ſopra una corda; dicendo a queſto propoſito Svetonio nella vita di Nerone cap. 11. che *un notiſſimo Cavalier Romano ſedendo ſopra un'Elefante ſcorſe ſopra una corda tirata,* e nella vita di Galba cap. 6. narra *che il Pretore nei giochi Florali dette un nuovo ſpettacolo d'Elefanti funamboli,* e Xifilino nel lib. 61. pag. 696. nella vita di Nerone dice, *che dette magnificentiſſimi giochi in onor della Madre. Nel qual tempo un Elefante ſalì alla ſommità del Teatro, e dipoi portando un'uomo caminò ſopra una fune.* Plinio ancora nel lib. 8. cap. 3. s'eſprime *che era una grande maraviglia, che gli Elefanti saliſſero ſopra le funi, ma certamente era maggiore che ritornaſſero ſopra delle funi a pendio,* ed in altro luogo lib. 8. cap. 2. *Dipoi gli Elefanti camminavano ſu per le funi.* Seneca finalmente nell'Epiſt. 85. pag. 555. racconta, che *un Mimo dell'Etiopia comandava a un'Elefante che ripoſaſſe ſopra le ginocchia, e paſſeggiaſſe ſopra una fune.* Ciaſcuno che abbia cognizione degli equilibrj, conoſcerà eſſere aſſurdo che gli Elefanti ſopra una ſola fune poteſſero paſſeggiare, laonde io congetturo, che s'adopraſſero due groſſiſſime funi, tra loro egualmente diſtanti, come pare che indichino le ſoprallegate parole di Plinio, che saliſſero ſopra le funi e camminaſſero ſu per le funi.

(8) Vedi Ionſtonio Delle Coturnici pag. 48. e de Galli pugnaci p. 58.

(**) T. X. N III.

(9) Ael. de Nat. Animal. lib. 4. cap. 29.

(10) Phile de Animalium proprietate cap. 12. Lucilio nella Satira ottava, e Plinio lib. 10. cap. 21.

*Eximiam gemmam in praeclaro Muſeo ſuo poſſidet Eques Thomas Hollis* (*) *R. & A. SS. Lond. Sodalis, in qua tres Genii, unus gallum ſuum victorem hilaritate plenus ſpectans, alter ferula gallum ſuum victum atque proſtratum percutiens, in aere pendens tertius gallo pectoroſo, & ſuperbo, qui victoriae pompam oſtentat, coronam porrigit* (11). *Plinius* (12) *de gallis pugnacibus verba faciens hanc opportune gemmam explicare videtur: ait nempe*. Dimicatione paritur hoc quoque inter ipſos, velut ideo tela agnata cruribus ſuis intelligentes, nec finis ſaepe commorientibus. Quod ſi palma contingit, ſtatim in Victoria canunt, ſeque ipſi Principes teſtantur. Victus occultatur ſilens, aegreque ſervitium patitur. Iam ex his quidam ad bella tantum, & praelia aſſidua naſcuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt Rhodum, aut Tanagram. Secundus eſt honos habitus Medicis, ac Chalcidicis, ut plane dignae aliti tantum honoris praebeat Romana purpura.

*Varro Romanorum doctiſſimus* de Re Ruſtica lib. 3. cap. 9. pag. 346. *gallos praedicat, & deſignat in certamine pertinaces & ad pugnandum inter ſe maxime idoneos, & quamvis vulneribus proſternuntur nullatenus animi vigore pugnam reintegrant, quare ortum eſt adagium ab Apoſtolio narratum & ab Eraſmo* ( *Adag. pag.* 699.) *relatum* Gallus inſilit; *illis accomodatum, qui poſtquam victi ſunt, pugnam denuo generoſe capeſſunt*.

*Galli ad pugnandum idonei ab antiquis tanti fiebant, ut Eumolpus apud Petronium* (13) *munus non ingratum diſcipulo formoſiſſimo polliceatur Gallos gallinaceos pugnaciſſimos duos. Id pariter elicimus ex hoc Plutarchi loco* (14) Cleomenes Cleombroti filius offerenti gallos pugnaces, eoſque inter pugnandum mori dicenti: Quin tu inquit, aliquos horum mihi da, qui interficiunt eos, utpote praeſtantiores. *Coturnices, Galli, pugnaces erant, ut patet ex eodem auctore* (15) *quod* Auguſtus Erotem ſuum in Aegypto procuratorem audiens Coturnicem, quae in pugna omnes vinceret, inſuperabiliſque eſſet, emiſſe, atque comediſſe, accivit, & inquiſivit, faſſumque malo clavis affigi juſſit. *Harum avium certamina feſtiviſſimus quoque Lucianus* (16) *commemorat, & ſalſe ita irridet:* Verum quid diceres, ſi Coturnicum, & Gallorum apud nos pugnas videres, & ſtudium ea in re non parvum? Ridebis nimirum; praeſertim ſi audias lege nos iſthuc facere, & imperatum eſſe adultis omnibus adeſſe, & videre aves ad ultimam uſque animi defectionem pugnantes. Sed neque hoc ridiculum. Subit enim ſenſim aliquis in animos ad pericula impetus, ne ignaviores videantur, & minus audaces Gallis, nec priuſquam illi deficiant a vulneribus, aut laboribus, aut difficultate quacumque alia. *Profecto laudanda verius quam irridenda horum certaminum inſtitutio; ad virtutem enim alacritatemque in periculis ſubeundis vim aliquam habere, ſapientium virorum ſagacitate judicatum eſt. Spectacula quidem antiquitus in honore habita* (17) *fuiſſe, & non oblectamenti tantum gratia reperta, ſed etiam ad excitandam, confirmandamque animi fortitudinem Aelianus* (18) *affirmat, inquiens*. Poſt devictos Perſas Athenienſes legem poſuerunt, ut Galli gallinacei quotannis uno die publice in theatro certarent (19). Unde vero traxerit originem haec lex planum faciam. Quum Themiſtocles civicum exercitum adverſus Barbaros educeret, Gallos gallinaceos conſpexit pugnantes, neque ille oſcitanter eos vidit; ſed totum exercitum adſtare juſſit, & dixit ad ipſos: At hi neque pro patria, neque

(*) *Tab. XI. N. I.*

(11) *In Cauſaei Gemm. Tab.* 46. *Gallus victor coronatur a Victoria alata, quae tenet palmam inſtar earum, quae obſervantur in nummis, ubi Imperatores victores repraeſentantur*.

(12) *Plin. Hiſt. lib.* 10. *cap.* 21. *Columella de Re Ruſtica lib.* 8. *cap.* 2. *pag.* 634. *de Gallis pugnacibus inquit*, Praecipue Tanagricum genus, & Rhodium probabant, nec minus Chalcidicum, & Medicum omiſſo tamen illo ſtudio Graecorum, qui ferociſſimum quemque alitem certaminibus & pugnae praeparabant. *Conſule in hanc rem Haym. Teſ. Brit. vol.* 1. *pag.* 233. *Extat huius loci paraphraſis non inconcinna Ioannis Paſſeratii in eo carmine quod de Gallis pugnacibus inſcripſit*.

(13) *Petron. Satyr. pag.* 318.

(14) *Plut. Apophthegmata Lacon. pag.* 201. *vol.* 1.

(15) *Plut. Apopht. Rom. vol.* 1. *pag.* 189.

(16) *Vide Lucian, de Gymnaſiis vol.* 2. *pag.* 918. *& notas in Lucian.*

(17) *Vide Theocritum Idyl.* 23. *in Dioſc. de huius ſpectaculi antiquitate*.

(18) *Aelian. de Var. Hiſt. lib.* 2. *cap.* 28.

(19) *Plin. Hiſt. lib.* 10. *cap.* 21. Pergami omnibus annis ſpectaculum gallorum publice editur, ceu gladiatorum. *Et Leg. Attic. lib.* 1. *tit.* 1. Galli gallinacei publice committuntur in Theatro uno quotannis die *Vide Harduini notas in Plin. Euſthatium in Iliad. pag.* 740.

Una pregievoliſſima gemma poſſiede nel ſuo Muſeo il Cav. Tommaſo Hollis (*) Socio della Reale Antiquaria Società di Londra, nella quale ſono tre Genii; uno rimira pieno di allegrezza il ſuo Gallo vincitore; l'altro percote con una bacchetta il ſuo Gallo vinto, ed abbattuto; il terzo ſtando per aria incorona il Gallo pettoruto e ſuperbo per la vittoria (11). Plinio parlando dei Galli pugnaci (12) pare che ſpieghi opportunamente queſta gemma, dicendo. *Combattono fra di loro a chi reſterà vincitore, come ſe intendeſſero d'avere a tale effetto ai piedi gli ſproni, nè finiſcono ſovente la zuffa, ſe non colla morte. Se ottengono la palma, ſubito cantano la vittoria, e dimoſtrano d'eſſere i Principi. Il vinto s'occulta tacendo, e di mal animo ſopporta la ſervitù ec. Alcuni di queſti naſcono ſolamente per far guerre, e battaglie continue, per le quali ancora hanno nobilitato le loro patrie Rodi, e Tanagre; il ſecondo onore è dato a quelli della Media, e di Calcide, dimanierachè sì degni uccelli ſon molto onorati dai Conſoli Romani.*

Il dottiſſimo tra i Romani Varrone *de Re Ruſtica* nel lib. 3. cap. 9. pag. 346. decanta i Galli pertinaci nella battaglia, ed adattatiſſimi nel combattere fra di loro, e quantunque ſieno proſtrati per le ferite nulladimeno riprendono vigore, e s'accingono di nuovo alla pugna; onde è nato il proverbio narrato da Apoſtolio, e riferito da Eraſmo (Adag. pag. 699.) *Il Gallo combattitore ſalta di nuovo*; è applicato a coloro, i quali dopo eſſere ſtati vinti, generoſamente rinnuovano la pugna.

Erano tanto ſtimati dagli Antichi i Galli pugnaci, che Eumolpo appreſſo Petronio (13) promette come un dono gradito al ſuo belliſſimo diſcepolo due valoroſiſſimi Galli pugnaci. Plutarco parimente (14) ce lo dimoſtra, narrando che *Cleomene figlio di Cleombroto ad uno che gli offeriva alcuni Galli pugnaci, egli diceva che ſarebbero morti combattendo: non mi dar queſti, diſſe, ma dammi alcuni di quelli, i quali uccidono gli altri come più valoroſi.* Le Quaglie ſimilmente combattevano al pari dei Galli, come ſi ricava dall'iſteſſo Autore (15), *che Auguſto avendo inteſo che Erote ſuo Governatore in Egitto aveva comprata, e mangiata una Quaglia, la quale nel combattere vinceva tutte, nè mai era ſtata vinta, e verificato per la di lui confeſſione il fatto, lo chiamò a ſe, e comandò che foſſe confitto ad un albero di nave.* Il lepidiſſimo Luciano fa menzione di queſti combattimenti (16), e ſcherza grazioſamente dicendo. *Ma che direſti tu, ſe tu vedeſſi appreſſo di noi combattere delle Quaglie, e dei Galli, e darſi in ciò non piccola premura. Tu rideresti al certo, particolarmente ſapendo che noi facciamo ciò con legge eſpreſſa, comandando ai giovani adulti di ritrovarſi preſenti a vedere queſti uccelli combattere fino all'ultimo reſpiro; ma queſto non è ridicolo, imperocchè s'inſinua a poco a poco negli animi un certo ardore ad incontrare i pericoli, per non comparire più pigri, e meno audaci dei Galli; e non venir meno prima di quelli per le ferite, o fatiche, o qualunque altro incomodo.* Veramente l'iſtituzione di queſti combattimenti è più da riſpettarſi, che da deriderſi, imperocchè al giudizio degli uomini ſapienti dà qualche ſtimolo alla virtù, e coraggio nei pericoli: Queſti ſpettacoli in antico (17) non furono ſolamente inventati per pubblico divertimento, ma ancora a riſvegliare, e corroborare gli animi come afferma Eliano (18), dicendo. *Dopo eſſere ſtati vinti i Perſi, gli Atenieſi fecero una legge, che ogni anno combatteſſero pubblicamente nel teatro i Galli pugnaci* (19). *Donde abbia avuto origine queſta legge ve lo dimoſtrerò. Quando Temiſtocle conduſſe l'eſercito dei ſuoi Concittadini contro i Barbari rimirò i Galli che deſideroſi combattevano, allora comandò a tutto l'eſercito che foſſe preſente dicendoli:*

*rimirò*

(*) Tav. XI. N. I.

(11) Nelle gemme del Cauſeo alla Tav. 46. vi è un Gallo vincitore coronato da una Vittoria alata, che tiene una palma a guiſa di quelle che s'oſſervano nelle medaglie ove ſi rappreſentano gl'Imperatori trionfanti, e vincitori.

(12) Plin. lib. 10. cap. 21. Columella nel lib. 8. de re ruſtica cap. 2. pag. 634. parla de famoſi Galli pugnaci. *Era celebre particolarmente la razza de Galli di Tanagri, e di Rodi, ſiccome ancora quella di Calcide e della Media, tralaſciando però lo ſtudio dei Greci che ammaeſtravano qualunque uccello ai combattimenti, e alla pugna.* Vedi a queſto propoſito Haym Teſ. Brit. vol. 1. pag. 233.

(13) Petr. Satyricon pag. 318.

(14) Plutarco Apophthegmata Lac. pag. 201.

(15) Plut. Apophthegm. Rom. pag. 189.

(16) Luciano de Gymnaſiis vol. 2. pag. 918.

(17) Vedi Teocrito Idil. 23. nei Dioſc. ſull'antichità di queſto ſpettacolo.

(18) Eliano de Var. Hiſtoria lib. 2. cap. 28.

(19) Plin lib. 10. cap. 21. dice che in *Pergamo ogn' Anno ſi fa uno ſpettacolo di Galli pubblicamente, come di Gladiatori.* E nel lib. 1. tit. 1. delle leggi Attiche è riferito: *Che ogni Anno in un giorno nel Teatro ſi da lo ſpettacolo dei Galli pugnaci.* Vedi le note di Arduino ſopra Plinio, ed Euſtazio nell' Iliade pag. 740.

neque pro Diis patriis, neque vero pro avitis monumentis mala ſubeunt, neque pro gloria, neque pro libertate, neque pro liberis: Sed ea gratia uterque ne ſuperetur, neve alter alteri cedat. Quibus dictis Athenienſium animos confirmavit. Quod ergo tunc eis incitamentum ad virtutem extitit, voluit ad edenda ſimilia monumentum ſervare. *Iulius Africanus* (20) *a Themiſtocle id lege ſancitum confirmat. Eadem fortaſſe mens Romanis fuit, apud quos praeco hiſce verbis indicebat certamen PVLLI PVGNANT, ſpectatoreſque advocabat. Tali modo Socrates Iphicratis animum accendit, ut notat Laertius* (21) *& Chryſippus cognoſcit quod gallorum aemulatione nobis ſtimulus ad fortitudinem injicitur* (22). *A Dardanis aeque ſimile certamen edebatur, eorumque nummi iuxta Pollucem duobus Gallis pugnacibus ſignati erant* (23).

*Scuti huic animali audaciam alacritatemque ad pugnandum natura indidit, ſicuti ideo mea quidem ſententia Gallum Marti bellorum praeſidi ſacravit Antiquitas; Nec alia de cauſa in plurimis antiquis monumentis Gallum in galeae extremitate videmus niſi ut virtutem milites recordarentur. Id a Plutarcho* (24) *facile confirmatum videtur dum ait:* Cyrus, ut nonnulli dictitant, cadit ictu regis, ut alii, ab homine Care percuſſus; quem praemio Rex huius facinoris donavit, ut in bello gallum aureum ex ſumma lancea perpetuo ante ſigna ferret. Etenim ipſos Cares, Perſae Gallos, criſtarum cauſa, quibus exornant galeas, appellabant. *Sed clarius Pauſaniae* (25) *verbis adſtruitur.* In Arce Elidis Minervae fanum eſt, ſignumque auro & ebore fabricatum, Phidiae aiunt opus fuiſſe. Inſiſtit Deae Gallus gallinaceus, quod (opinor) haec eſt avis omnium pugnaciſſima.

*In huiuſmodi certaminibus ſponſiones fieri conſueverant non mediocres teſtante Columella* (26): Nos enim cenſemus inſtituere Vectigal induſtrii Patris familias, non rixoſarum avium Laniſtae, cuius plerumque totum patrimonium, pignus aleae Victor gallinaceus pyctes abſtulit.

*Noſtra memoria haec ſpectacula gallorum tranſalpinorum quorumdam ſtudio ſunt revocata. Angli praecipue ac Luſitani gallorum certamina concelebrant ex iiſque maximam capiunt voluptatem. In Anglia galli plectro ſeu calcari armantur ut validius vulnus inferant; qui mos vel antiquis uſitatus fuit ut a Scholiaſte Ariſtophanis in Avibus traditur, & a Svida* (27) *verbo* ΠΛΗΚΤΡΟΝ Aculeus ſive calcar aereum, quo galli gallinacei pugnaturi armabantur. Et proverbium: tolle calcar, quo, vim propulſes. Nam & illi calcaria habent, quibus pugnant.

*AN-*

(20) *Iulius Africanus κεστοῖς cap.* 5.

(21) *Laert. pag.* 71. *in vita Socrat.*

(22) *Laer. in vita Chryſippi.*

(23) *Poll. Onom. lib.* 6. *cap.* 6. *ſect.* 84. *Conſule in hanc rem Haym Teſ. Brit. vol.* 1. *pag.* 233. *qui refert numiſma a Dardanis, percuſſum cum Gallo pugnace.*

(24) *Plutarch. in vita Artaxeſ. vol.* 5. *pag.* 286.

(25) *Pauſan. lib.* 6. *cap.* 26.

(26) *Columel. lib.* 8. *cap.* 2. *pag.* 634. *Hiſce ludis privatis ſe oblectabant M. Anton. & Aug. Caeſ. ac ſponſionibus ſe provocabant quod apud Plutarchum de Fortuna Romanorum pag.* 264. *& in vita Marci Antonii legimus:* Memoria proditum eſt, cum inter ſe familiariſſime viverent, aſſiduaque uterentur conſuetudine, Antonius & Caeſar, qui deinde Auguſtus fuit, & per ocium ſaepenumero certamen pilae, teſſerarum, atque etiam animalium, ut coturnicum, vel gallorum, inſtituerunt, ſemper victum Antonium diſceſſiſſe. *Vide Pindarum Olymp. Od.* 12. *p.* 95. *Haec praelia graviſſimis inter Caracallam & Getam contentionibus originem dedere;* Interque ſe fratres diſſidebant, puerili primum certamine, edendis coturnicum pugnis, gallinaceorumque conflictibus ac puerorum colluctationibus exorta diſcordia. *Haec Herod. in vita Septimii Severi lib.* 3. *cap.* 10.

(27) *Svid. Lexicon vol.* 3. *pag.* 130.

*Queſti non vanno ad incontrare i pericoli, nè per la Patria, nè per gli Dei Patrii, nè per li monumenti aviti, nè per la gloria, nè per la libertà, nè per i figli; ma ſolo per motivo, che uno non ſia ſuperato dall' altro, e debba cederli: con le quali parole confermò il coraggio degli Atenieſi. Quello adunque che allora ſervì d' incitamento alla virtù volle conſervarne la memoria col fare ſimili ſpettacoli.* Anche Giulio Affricano (20) conferma queſta legge di Temiſtocle. Facilmente ebbero un iſteſſa coſa i Romani quando il Banditore annunciava il combattimento con queſte parole, I GALLI COMBATTONO, ed in tal maniera chiamava gli ſpettatori. Socrate in queſta maniera acceſe l' animo d' Iſicrate, come oſſerva Diogene Laerzio (21). E Criſippo conoſce che per l' emulazione dei Galli s' inſinua in noi uno ſtimolo alla fortezza (22). I Dardani pure davano un ſimile ſpettacolo, e al dir di Polluce (23) nelle loro Medaglie, v' erano impreſſi due Galli che combattevano inſieme.

Siccome la natura ha inſerito in queſto animale ardire, e vigore nel combattere, a mio parere l' Antichità conſacrò un Gallo a Marte Dio della Guerra. Nè per altro motivo veggiamo in molti monumenti antichi nella cima degli elmi un Gallo, ſe non perchè i ſoldati ſi ſovveniſſero del coraggio che moſtra queſto animale nel combattere. Probabilmente pare eſſer ciò confermato da Plutarco (24) mentre dice. *Ciro cadde morto, come alcuni dicono per un colpo del Rè, altri che foſſe ucciſo da un Soldato della Caria, al quale in ricompenſa di queſta azione dette il Rè il privilegio di portare ſempre alla teſta dell' armata un Gallo d' oro in cima della picca: Perciò i Perſi chiamavano gl' iſteſſi Carj col nome di Galli, a cauſa delle creſte colle quali ornavano i loro elmi.* Ma più chiaramente ſi dimoſtra dalle parole di Pauſania (25). *Nella Cittadella d' Elide v' è un tempio di Minerva, et una ſtatua d' oro, e d' avorio, che dicono eſſere opera di Fidia. Sopra il morione della Dea vi è un Gallo, che al parer mio queſto uccello tra tutti gli altri è il più coraggioſo combattitore.*

In queſta ſorte di combattimenti erano ſolite di farſi grandi ſcommeſſe, come ne fa teſtimonianza Columella (26): *Noi giudichiamo di mettere una gabella all' induſtrioſo Padre di famiglia, non al maeſtro che inſegna a combattere agli uccelli pugnaci, mentre il più delle volte il Gallo vincitore porta via tutto il di lui patrimonio.*

Non minore paſſione per queſto ſpettacolo hanno preſentemente alcune Nazioni oltramontane; tra le quali ſi diſtinguono principalmente gl' Ingleſi, e i Portogheſi, che ne prendono gran divertimento. In Inghilterra s' armano i Galli con gli ſproni, acciò feriſcano più gagliardamente, la quale uſanza è preſa dagli Antichi, come riferiſce lo Scoliaſte d' Ariſtofane nella Commedia degli Uccelli, e Svida (27) alla parola ΠΛΗΚΤΡΟΝ. *Pungolo, o ſprone di bronzo col quale s' armano i Galli che hanno a combattere.* Evvi il Proverbio: prendi lo ſprone, *col quale puoi riſpingere la forza, imperocchè ancor quelli hanno gli ſproni, con i quali combattono.*

AN-

(20) Julius Africanus κεστοῖς cap. 5.

(21) Laerzio pag. 71. nella vita di Socrate.

(22) Laerzio nella vita di Criſippo.

(23) Poll. Onom. lib. 6. cap. 6. ſect. 84. Vedi a queſto propoſito Haym Teſ. Brit. vol. 1. pag. 233. il quale riporta una Medaglia battuta dai Dardani con un Gallo pugnace.

(24) Plutarco nella vita d' Artaſerſe.

(25) Pauſania lib. 6. cap. 26.

(26) Columella lib. 8. cap. 2. pag. 634. Marc' Antonio, ed Auguſto ſi dilettavano di queſti privati combattimenti, e ſi provocavano con delle ſcommeſſe, come ſi legge in Plutarco nel libro della Fortuna dei Romani, e nella vita di Marc' Antonio, dicendo. *Vivendo domeſticamente inſieme Marc' Antonio, ed Auguſto, e giocando ſpeſſo alla palla, ai dadi, e a far combattere le Quaglie, o i Galli. Sempre Marc' Antonio reſtava perditore:* vedi Pindaro Ol. Ode 12. Queſti combattimenti produſſero graviſſime conteſe tra Caracalla, e Geta, come dice Erodiano nella vita di Settimio Severo lib. 3. cap. 10. *Diſputavano fra di loro fratelli da primo con puerili conteſe nelle battaglie delle Quaglie, e nel conflitto dei Galli, e da queſti combattimenti nacque tra loro la diſcordia.*

(27) Svid. Lexicon vol. 3. pag. 130.

# ANTEROS.

*ETſi temporum injuria veterum celebrium Artificum nomina fere omnia perierint, fas tamen eſt nonnulla certis ex indiciis, quae vel in tenebris micant, reſtituere. Fugeret antiquitatis ſtudioſos, quonam tempore floruerit Anteros, niſi ex elegantiſſimis illius operibus facile eſſet divinare illum ſub Adriano Imp. vixiſſe, qui artium amantiſſimus earumdem cultores magnis afficiebat praemiis, illarumque decus ſummopere curabat: Cuius rei teſtimonium habemus luculentiſſimum in ſuo Tiburtino ſeceſſu in quo excellentiſſima quaeque Sculpturae, Architecturae, & Muſivae artis monumenta collegit, quorumque rudera etiam in praeſentiarum admiramur vel in Muſeo Capitolino, vel apud S. R. E. Card. Alexandrum Albani, qui bonis artibus priſcum reſtituere ſplendorem conatus eſt.*

*Itaque Auguſti aevo noſtrum ſcalptorem floruiſſe, ſatis probabile eſt. Ac ſi conjecturae huic illud addatur robur, quod hauritur ex Antinoi imagine omni in parte Cinaedi pulchritudini, ac languori in nummis expreſſo reſpondente, haeſitationi haud amplius erit locus. De cuius quidem operis elegantia ſermonem habiturus Antonii F. Gori utar verbis, qui gemmam prior edidit ex Zannettiano* (1) *Muſeo, neglectis primis literis Anterotis, quae huius Artificis nomen deſignant; Nam ceterae infracta gemma deſiderantur.* In eius imagine caelanda, non inſudarunt tantum, ſed certamen invicem ſummi Artifices Graeci. At Antinous iſte Dactyliothecae Zannettianae achati nigro colore micantiſſimo inſcalptus, omnem fidem, & deſcriptionis laborem ſuperat; & inter omnes imagines, quae artis portenta cenſentur, principem locum huic tribuendum eſſe teſtatur judicium cum de eius antiquitate, tum de mirabili caelaturae opificio Antiquariorum peritiſſimi Choryphaei Philippi Liberi Baronis de Stoſch. *Miramur Cl. virum qui de obſcurioribus Artificibus proprias in medium profert conjecturas, de hoc tam celebri caelatore ne verbum quidem* (2) *feciſſe.*

*Adriano imperante Anterotem artem exercuiſſe ſuam Antinoumque opus illius eſſe, non modo ſub obſcuris inducor, ut credam, indiciis, ſed ſatis probabili ſuadeor argumento; nam poſt hunc Caeſarem pulchrarum artium lumen ſenſim extingui coepit, ac ſub ipſis Antoninis non eumdem quem antea: Praeterquamquod Antoninorum ſaeculo quemvis puduiſſet imaginem ducere adoleſcentis, a quo valde Patris adoptivi foedebatur memoria: Et ſicuti ceteri illius temporis opifices ut Adriano perdite amanti gratificarentur, in Antinoi honorem nummos, protomas, ſtatuas, anaglypha ſculpſere, quumque compertum habeamus harum artium cultores magna inter ſe certaſſe ſollicitudine, ita conjicere perbelle poſſumus Anterotem noſtrum ſuos omnes intendiſſe nervos, ut achati pulcherrimo huius Cinaedi optime expreſſa forma, aſſentantium turbae ſe ſe immiſceret, & forſan illam proprio Principi donum daret quum certe achates iſte inter gemmas omnes Antinoum exprimentes habeatur elegantiſſimus. Quod autem Anteros huius operis ſit auctor, etſi tres tantum literae illius nomen inchoantes ſint raeliquae, extra omnem dubitationem poſitum arbitror, quia illae adamuſſim Herculis Buphagi literis conveniunt, licet in operis elegantia diſcrepent. Ut vero noſtra probetur ſententia ſat erit, ſi duae iſtae gemmae conferantur, quum praeclarum Antinoi opificium, celeberrimum hoc Herculis facinus aemuletur, ſpectantiumque oculos in ſui rapiat admirationem. In vultu Herois quaenam virtus cum blanda lenitate, in toroſo corpore quanta virium magnitudo, quale quantunque robur non eniteſcit* (3), *ſi ſingulae partes diligenter enumerentur.*

*Clar. Montſaucon* (4) *tabula* 118. *num.* 5. *Herculis barbati refert gemmam inſcriptione appoſita ANTEROS, (de qua ita).* Herculem omnino refert barbatum, clavam humero ferentem; quae pendet a dorſo pellis non Leonis eſſe, qualis in Hercule, videtur, ſed Apri. Tam Anteroti diſſimilis eſt imago, ut multi ſculptoris nomen eſſe exiſtimaturi ſint, qui ſculptor Herculem repraeſentare voluerit. *Qui quidem Anteros cum noſtro Graeco Artifice minime eſt conferendus, huius enim opus vulgare eſt, & inſcriptio latina: fieri vero potuit, ut latinus quis lithoglaphus, vel gemmae dominus, Anterotis fuerit nomine appellatus.*

*HER-*

(1) *Muſ. Zannett. in Tab. aenea XXII. Antinoi imago non accurate inciſa ec.*

(2) *Gem. Ant. pag.* 10.

(3) *Val. Flaccus, inquit,* Conſpicuuſque toris Tyryntius.

(4) *Montf. Antiq. expliq. par.* 1. *pag.* 194.

# *ANTEROTE.*

QUantunque per l'ingiurie dei tempi ſieno periti quaſi tutti i nomi degli antichi celebri Arteſici, contuttociò da ſicuri indizii ſe ne poſſono dalle tenebre richiamare alcuni alla luce. Gli amatori dell'Antichità ignorerebbero in che tempo ſia fiorito Anterote, ſe chiaramente non ſi poteſſe dalle elegantiſſime di lui opere congetturare eſſere egli nei tempi d'Adriano viſſuto, quando queſto Imperatore amantiſſimo delle belle arti generoſamente premiava, e animava quelli che le coltivavano, e procurava grandemente lo ſplendore delle medeſime; ne abbiamo una illuſtre teſtimonianza nella ſua Villa Tiburtina, nella quale adunò quel che ha di più ſingolare, e di raro l'arte dell'Architettura, Scultura, e Moſaici, i di cui avanzi che fanno preſentemente la maraviglia degli Spettatori, conſervanſi nel Campidoglio, e nella Villa del Cardinale Aleſſandro Albani, il quale ha procurato di reſtituire il priſco ſplendore alle belle Arti.

Ai tempi adunque di queſto Principe è molto probabile che viveſſe il noſtro inciſore; ſi corrobora queſta congettura dal ritratto d'Antinoo sì al vivo, e sì corriſpondente alle ſue Medaglie eſpreſſe con quella ſua bellezza, e languidezza di volto, che non ci laſcia più dubitare che non rappreſenti a prima viſta l'Amaſio di queſto Imperatore. Circa all'eleganza del lavoro mi ſervirò delle parole del Chiariſſimo Dott. Gori, il quale fù il primo a pubblicare queſta gemma del Muſeo Zannetti (1), ma traſcurò le prime lettere iniziali di Anterote inciſevi, le quali indicano il nome di queſto Arteſice; poichè l'altre mancano per la rottura della gemma medeſima. *Nello ſcolpire la di lui immagine non ſolamente s'affaticarono, ma gareggiarono i più illuſtri arteſici Greci. Ma queſto Antinoo del Muſeo Zannetti inciſo in una nitidiſſima Agata nera ſupera qualunque eſpreſſione, e tra tutte l'immagini, le quali ſono giudicate maraviglie dell'arte, ſi deve a queſta il primo luogo ſecondo il ſentimento del peritiſſimo tra gli Antiquari Baron di Stoſch, sì per la di lei antichità, che pel maraviglioſo artiſizio dell'inciſione*. Ci maravigliamo come queſto chiariſſimo uomo il quale avanza le ſue congetture ſopra gli arteſici più oſcuri, non abbia fatto parola di queſto famoſo inciſore (2).

Sotto Adriano pertanto io credo avere eſercitato Anterote la ſua profeſſione, ed eſſere opera ſua l'Antinoo, e ſono indotto a così penſare non da oſcuri indizii, ma da argumenti aſſai plauſibili: Imperciocchè dopo queſto Principe le belle arti a poco a poco principiarono a decadere dal loro antico ſplendore. Oltre di che nel ſecolo degli Antonini ſi ſarebbe ciaſcuno vergognato di ritrarre una perſona che diſonorava infinitamente la memoria del loro padre adottivo: E ſiccome ſappiamo avere con gran ſtudio tutti gli arteſici di quel tempo gareggiato per adulare il loro Imperatore, così poſſiamo congetturare beniſſimo avere adoprato il noſtro Anterote tutta l'arte per eſprimere in queſta belliſſima pietra l'effigie d'Antinoo, e concorrere ancor lui colla turba adulatrice, e forſe donarla al ſuo Principe, eſſendo ſicuramente tra tutte le gemme rappreſentanti queſto famoſiſſimo Amaſio la più ſingolare. Che ſia poi Anterote l'inciſore di queſta pietra non è da dubitarne, benchè vi reſtino tre ſole lettere iniziali del ſuo nome, eſſendo eſſe del tutto ſimiliſſime alle lettere dell'Ercole Bufago, non corriſpondono però nell'eleganza del lavoro di queſta gemma. Per prova del mio ſentimento baſterà paragonar queſte due gemme, gareggiando il maraviglioſo artiſizio dell'Antinoo, colla famoſa impreſa d'Ercole che rapiſce gli occhi dei riſguardanti. Ciaſcun che conſideri attentamente tutte le parti, vedrà nel volto del noſtro Eroe il valore accompagnato da una piacevol fierezza, e quanta forza dimoſtri nel reſtante del corpo muſcoloſo.

Il Chiariſſimo Montfaucon (3) nella tav. 118. num. 5. riporta una gemma d'un Ercole barbato con l'iſcrizione ANTEROS cioè ANTEROTE, intorno alla quale così s'eſprime. *Queſta figura rappreſenta un Ercole barbato, che porta la Clava ſopra la ſpalla: La pelle che pende dietro il dorſo, non è di Leone, come nell'Ercole ſi vede, ma di Cignale. Queſta figura è sì lontana dall'idea che abbiamo d'Anterote che molti giudicheranno piuttoſto che queſto ſia il nome dell'Arteſice, il quale abbia voluto rappreſentare Ercole*. Sicuramente queſto Anterote non ſi deve confondere col noſtro Greco Arteſice, perchè la figura di queſto Ercole, è molto volgare, ed ha l'iſcrizione latina. Forſe ſarà un Latino inciſore, o il Poſſeſſore della gemma ſi ſarà chiamato Anterote (4).



(1) Tav. 32. In queſta tavola del Muſeo Zannetti non è ſtato inciſo accuratamente il ritratto d'Antinoo.

(2) Gem. Ant. ec. p. 10.

(3) Montf. Antiq. p. 1. pag. 194.

(4) Svida Leſſico Greco vol. 1. pag. 220.

## XIX.

# *HERCULES BUPHAGUS.*

## ANTEROTIS OPUS,

*Chalcedonio inciſum.*

### EX DACTYLIOTHECA SEVINIANA LUTETIAE PARISIORUM (*).

D*E hac gemma ſermonem inſtituens Baro de Stoſch* (1), *inquit*, Toroſum ac compactius prominentibus muſculis, Herculis Buphagi adhuc iuvenis corpus effinxit Artifex Anteros, ut invictum illius robur exprimeret, ſiniſtro brachio, e quo Leonina pellis dependet, Iuvencum ſuſtinet Hercules inverſum, ac reuſpinum, dexteraque apprehenſum tenet. *Narrant Herculem quum in Theodomantem incidiſſet, parum cibi petiiſſe ad Hylli eius filii famem levandam, quod cum impetrare non potuiſſet, alterum e bobus, quibus ille terram arabat jugo ſolutum abſtuliſſe brachiiſque ſublatum, Diis mactaviſſe, aſſatumque integrum ita voraviſſe, ut ne oſſa quidem fuerint reliqua* (2).

*Alii ferunt Herculem in Triphilia Eleorum regione de voracitate cum Lepreo contendiſſe, & ab utroque bovem fuiſſe voratum integrum, ut inquit Heſiodus in nuptiis Cejcis* (3). *Athenaeus de helluonibus loquens principem locum Herculi dat, illumque* Βυφαγον *nominat* (4).

*Ante Capitolini Muſei atrium ſita ſunt anaglypha Herculis labores exprimentia, quae quamvis injuria temporum attrita, praeſtantis opificii reliquiae putanda ſunt. Iſte belluònum Heros eodem prorſus pacto, quo in noſtra gemma caelatur, inſculptus viſitur. In praeclaro ſimiliter monumento anaglypho obſervatur Hercules cum Omphale, quem propria facta coronant cum inſcriptione* (5).

*OMPHALE · HERCVLES ·*
*CASSIA ·*
*MANITILLA ·*
*PRISCILLA ·*
*FECIT.*

*Quamvis ſingula, quae hactenus indicata ſunt, ſatis ſuperque ſint ad oſtendendum Herculem Buphagum in noſtra gemma exhiberi, tamen non deſunt, qui juvenem illum lacertoſum, Milonem Crotoniatem credant, Litem hanc non judicatam relinquit Baro de Stoſch* (6): *ait enim.* Si quis tamen Milonem Crotoniatem in gemma repraeſentari contenderit, non repugnaverim, preſertim, cum Iamblicus diſerte ſcribat, Athletam hunc ad robur ſuum indicandum inſtar alterius Herculis Leonina pelle indutum in publicum prodiiſſe. Vide Iamblichi locum integrum ac emendatum apud Gronovium Antiquit. Graec. ibi inquit (7). In Proſperi Pariſii collectione nummus clavam exhibet cum impoſita Leonis pelle, ac literis MILO CROTON. *Diodorus Siculus Milonem eodem modo indutum exprimit* (8). *In hac ambiguitate periculoſum eſt, & inutile rem abſolute definire. Rei antiquariae ſtudioſorum gratia addere heic libet gemmam in pulchro onyche caelatam* (9), (**) *illique Anterotis noſtri ſimillimam, literis inſcriptis MCLODCIS. quas pro ingenio ſuo quiſque poteſt interpretari. Si animi mei ſententiam aperire fas eſt, atque in tantis tenebris hariolari, literas illas ſepararem, nomenque* Marci Clodii Ciſpii *gemmae Domini exprimi crederem, nixus argumento, quod ex Romanorum familiis hauritur; In comperto eſt, familiam Ciſpiam extitiſſe, & de quodam Marco Ciſpio ſermonem haberi in Theſauro Morelliano* (10).

*AN-*

(*) *Eſt in Beryllo, ut inquit, Mariette Traitè des Pierres Gravées pag.* 333.

(1) *Stoſch gem. caelat. pag.* 10.

(2) *Apollodori Biliotb. lib.* 2. *pag.* 282. *& Apollonii Rhodii Scoliaſtes pag.* 59. *Philoſtrat. Icon lib.* 2. *cap.* 24. *pag.* 849. *Suidas vol.* 1, *pag.* 444. Βουθοινας Ηρακλης.

(3) *Vide Natalem Comitem in Mytholog. pag.* 594. *ſed praeſertim Pauſaniam in Elid. lib.* 5. *cap.* 5. *Herculis voracitatem ita expreſſit Callimachus Hymn. in Dianam verſ.* 159.

Neque enim ipſe Hercules quamlibet Phrygia ſub
quercu membra in Deum mutatus,
Sedavit voracitatem; adhuc ei ineſt fames illa,
Qua olim aranti occurrit Theiodomanti.

*Illum* (*apud Athenaeum lib.* 10. *pag.* 411.) *Epicharmus in Buſiride vivis hiſce coloribus depinxit.*

Primum quidem eum comedentem ſi videas, perieris,
Fremunt intus fauces, ſtrepunt buccae,
Molares dentes ſonant, caninus ſtridet,
Sibilat naribus, aurem utramque movet

*Lucian. in Amor. vol.* 2. *pag.* 401. *Ioann. Tzetzae Hiſt. Chil. II. verſ.* 284. *pag.* 296.

(4) *Athen. lib.* 10. *pag.* 411. *ec.*

(5) *Hoc monumentum penes erat Ioan. Petrum Marchionem Lucattelli, nunc apud heredes. Scipio Maffei in Muſeo Veron. pag.* 288. *refert eamdem valde mendoſam. Edita quoque fuit a Winkelmann Deſcript des Pierr. Grav. du Stoſch pag.* 274. *qui omiſit OMPHALE · HERCVLES.*

(6) *Bar. Stoſch. loc. cit. pag.* 10. *Tab. IX. Bitonem ob eius robur percelebrem fuiſſe narratur a Pauſan. lib.* 2. *Corint. cap.* 19. *Taurumque ſuper humeros ſuſtentaſſe.*

(7) *Gronov. Tom. II. pag.* 50. *Numquam ſomniavit Iamblichus Milonem Athletam Leonina pelle indutum. ( conſule Iamb. pag.* 200. ), *neque Iamblichi locum Gronovius in Antiq. Graec. vol.* 2. *pag.* 50. *emendavit.*

(8) *Diod. Sic. Bib. lib.* 12. *pag* 483. *vide praecipue Athenaeum lib.* 10. *pag.* 412. (**) *Tab. XI. N. II.*

(9) *Servatur haec gemma in Muſeo Antonii M. Zannetti.*

(10) *Morelli Theſaur. numiſm. vol.* 2. *pag.* 88.

# XIX.

# ERCOLE BUFAGO

## OPERA D'ANTEROTE,

Inciſa in Calcedonio.

*DEL MUSEO DEL SIGNOR SEVIN A PARIGI* (*).

PArlando il Baron Stoſch (1) di queſta gemma così s'eſprime. *L'Arteſice Anterote ci ha figurato queſto Ercole Buſago nella ſua gioventù, d'una corporatura robuſta, e nerboſa con muſcoli prominenti per dimoſtrare la forza ſorprendente, nel portare un bove ſul braccio ſiniſtro, dal quale pende la pelle d'un Leone, e nel tenerlo colla deſtra ſupino alzato da terra*. Raccontano che Ercole incontratoſi con Teodomante domandaſſe qualche coſa da mangiare per il ſuo figlio Illo, ed avendone avuto un rifiuto, preſe dal giogo uno dei Bovi coi quali arava la terra, ed alzatolo ſopra le braccia ne fece un ſagrifizio agli Dei; ed intero arroſtito lo divorò, che neppure vi reſtarono l'oſſa (2).

Altri riferiſcono che Ercole nella Trifilia paeſe degli Elei venne a conteſa di voracità con Lepreo, ed ambedue uccifero un bove, ed intero ſè lo divorarono, come dice Eſiodo nelle nozze di Ceice (3). Ateneo parlando dei grandi mangiatori (4) dà la preferenza ad Ercole nominandolo Bufago, o mangiatore di Bovi.

Avanti il Cortile del Muſeo Capitolino ſono eſpreſſe in un Cippo le fatiche d'Ercole, e quantunque il baſſorilievo ſia dall'ingiurie dei tempi logorato, contuttociò gli avanzi che ci reſtano poſſono giudicarſi d'uno ſcalpello eccellente. Ivi queſto Eroe dei mangiatori è rappreſentato appunto come ſi vede inciſo nella noſtra gemma. In un altro elegante baſſorilievo ſi oſſerva Ercole con Onfale, al quale fanno corona le proprie geſta, coll'iſcrizione

OMPHALE HERCVLES (5)
CASSIA
MANITILLA
PRISCILLA
FECIT.

Quantunque le coſe fin quì indicate baſtantemente dimoſtrino eſſere rappreſentato nella noſtra gemma Ercole Bufago, nonoſtante non mancano alcuni che credono che queſto robuſto giovine ſia Milone Crotoniate. Ci laſcia nell'iſteſſa dubbiezza ancora il Baron de Stoſch (6) dicendo. *Se qualcheduno pretenderà che ſia rappreſentato Milone in queſta gemma, io non m'opporrò, mentre Iamblico chiaramente ſcrive che queſto Atleta per moſtrar la ſua forza compariva in pubblico coperto con una pelle di Leone, a guiſa d'un altro Ercole. Vedi il paſſo di Iamblico intero, ed emendato appreſſo Gronovio nell'Antichità Greche* (7); *ove dice. Nella raccolta di Proſpero Pariſio vi è una Medaglia con la Clava, e pelle di Leone, e lettere MILO CROTON*. Diodoro Siculo deſcrive Milone colla medeſima veſtitura (8). In così gran dubbiezza è coſa azzardoſa, ed inutile il decidere. In grazia dei dilettanti dell'Antichità mi piace di pubblicare un altra gemma (**) in bella onice inciſa, e del tutto ſomigliantiſſima a quella del noſtro Anterote, con l'iſcrizione M CLODCIS (9) che ciaſcuno potrà interpetrare a ſuo piacimento, Se mi foſſe permeſſo di dire la mia oppinione, e in tanta oſcurità indovinar qualche coſa, io ſeparerei quelle lettere, e crederei ch'eſprimeſſero il nome del poſſeſſore della gemma Marco Clodio Ciſpio: in vigore di un argumento dedotto dalle famiglie Romane ſappiamo eſſerci ſtata la famiglia Ciſpia, ed eſſer mentovato nel teſoro Morelliano (10) un certo Marco Ciſpio.



(*) E' in Acqua Marina come dice Mariette Traitè des Pierres Graveès pag. 333.

(1) Stoſch gem. pag. 10.

(2) Vedi Apollodoro Bibl. lib. 2. pag. 282. lo Scoliaſte d'Apollonio Rodio pag. 59. e l'immagini di Filoſtrato lib. 2. cap. 24. e Svida vol. 1. pag. 444. Βουθοινας Ηρακλης.

(3) Vedi Natale Conti Mythol. pag. 594. ma principalmente Pauſania in El. lib. 5. pag. 187. Callimaco nell'Inno di Diana v. 159. così s'eſpreſſe

*. . . . . . . . . . . . . . Quantunque*
*Sotto la Frigia quercia nelle membra*
*Indiato, reſtò d'eſſer vorace*
*Ancor ſi ritrovava quello ſteſſo*
*Ventre, con cui ei già in Teodomante*
*Arante s'incontrò.*

Il grazioſo Epicarmo con vivi colori lo dipinſe. *Se tu lo vedeſſi mangiare, tu morireſti: Gli fremono le fauci internamente, fanno ſtrepito le guancie, riſuonano i denti molari, e ſtridono i canini, gli ſiſchiano le narici, e muove l'una e l'altra orecchia*. Vedi Luciano negli Amori lib. 2. pag. 401. E Giovanni Zetze Hiſt. Chil. II. verſ. 284. pag. 296.

(4) Athen. lib. 10. pag. 412.

(5) Queſto monumento era preſſo il Marcheſe Gio. Pietro Lucattelli, ora preſſo gli Eredi. Il Marcheſe Maffei riporta l'iſteſſa iſcrizione molto ſcorretta; pubblicolla ancora Winkelmann Deſcription des Pierr. Grav. du Stoſch p. 274. che tralaſciò le parole Onfale ed Ercole.

(6) Bar. Stoſch luog. cit. Bitone ancora ſi reſe celebre per la ſua forza, portando ſopra le ſpalle un Toro, come narra Pauſania nel lib. 2. cap. 19.

(7) Gronovio tom. 2. pag. 50. Iamblico non ſognò mai l'Atleta Milone veſtito con pelle di Leone (vedi Iamblico p. 200.) nè tampoco Gronovio nelle ſue antichità Greche pag. 50. emendò il paſſo di Iamblico.

(8) Diod. Sicul lib. 12. pag. 483. vedi principalmente Ateneo lib. 10. pag. 412. (**) Tav. XI. N. II.

(9) Si conſerva queſta gemma nel Muſeo Zannetti.

(10) Theſ. Morell. numiſm. vol. 2. pag. 88.

## XX.

# *ANTINOUS.*

## ANTEROTIS OPUS,

*Achati nigro inciſum.*

EX MUSEO ANTONII M. ZANNETTI VENETIIS.

*IN hac gemma habemus Antinoum molliſſimi oris lineamentis ſubtriſtique vultu expreſſum,* (*ut inquit Virgilius de Marcello* (1).)

( Egregium forma juvenem . . . . . . . . .
Sed frons laeta parum, & dejecto lumina vultu.)

*Capillis apte venuſteque diſpoſitis: Veſtitur clamyde fibula ſuper dextero humero ornata, more, quo Imperatorum protomae ſpectantur, ſiniſtra vel pedum, ut in aliis monumentis, vel haſtam ſuſtinet. Adoleſcens hic Cythinide Bythiniae, quam Claudianopolim vocant* (2) *natus, propter ſingularem florentis formae praeſtantiam ab Adriano Imperatore ita in deliciis eſt habitus, ut turpiſſima* Παιδομανιας, *probus alioquin Princeps, indicia dederit quamplurima.*

*Cinaedi huius mortem, & Imperatoris impotenter amantis ſtultitias a Xiphilino* (3) *intelligemus.* In Aegypto, (*inquit*) mortuus eſt, ſive quod in Nilum ceciderit ut Adrianus ſcribit, ſive quod immolatus, id quod verum eſt, fuerit . . . . . Itaque Antinoum, qui vel ob amorem ipſius, vel ob aliam cauſam voluntariam mortem obierat (nam Adriano ad ea quae parabat, opus erat animo eius qui voluntariam mortem oppeteret) tanto honore affecit, ut urbem in eo loco, in quo ille obiiſſet, reſtitutam, ex eo nominari voluerit, ſtatuaſque ei, vel potius ſimulacra in omni fere orbe terrarum collocaverit. Sidus enim Antinoi ipſe ſe dicebat videre; libenterque auſcultabat eis qui dicerent, vere ex Antinoi anima ſtellam quae tum primum apparuiſſet, extitiſſe.

*Urbes Adriano Principi aſſentaturae publicis monumentis Antinoi nomen aeternitati ſtuduerunt conſecrare, cuius rei teſtimonium ex Pauſania* (4) *habemus locupletiſſimum. De Antinoi conſecratione, & templis ipſi dicatis teſtis eſt Divus Hieronymus* (5).

*Eo populorum aſſentationes Imperatoriſque furores proceſſerunt, ut & ſacrificia feſtoſque ludos inſtituerint, templa & civitates aedificaverint & ab eo oracula petierint; Ipſumque Antinoum ſub Iovis, Saturni, Bacchi, Apollinis, Dioſcurorum, Neptuni, Solis, Lunae, & Harpocratis figuris expreſſerint,*

*prout*

(1) *Virg. Aen. lib. 6. verſ.* 861.

(2) *Xiphilinus in Adrian. pag.* 290.

(3) *Loc. cit. vide S. Epiphanium in Anchorat.* 5. *in Caeſaribus. Divum Hieronymum lib. XX. adverſus Iovinianum, Sext. Aur. Victorem pag.* 382. *Buonarroti ne Medaglioni pag.* 226. *& Martorelli in Theca Calamaria pag.* 660.

(4) Antinoi etiam religio eſt divinis honoribus ſancita. Eſt Antinoi aedes Mantinenſibus recentiſſima, quam praecipua quadam cura Adrianus Imperator exornavit. Habentur ei, & alibi honores, & in Aegypto apud Nilum urbs de eius nomine eſt appellata. Colitur Mantineae ob eiuſmodi cauſam. Patria ei fuit Bytinia ſupra ſangarium amnem. Bythini ipſi ex Arcadia oriundi, Mantinenſes olim fuere. Ob eam rem divinos ei honores a Mantinenſibus haberi voluit Imperator Romanus annua praeterea initia, & quinquennale ludicrum celebrari. Domus in Gymnaſio eſt, in qua Antinoi ſigna ſervantur, tum reliquis ornamentis, tum lapidum nobilitate, tum vero pictis Antinoi imaginibus inſignis. *Pauſan. in Arcad. l.* 8. *c.* 9.

(5) *Vide D. Hieronymum in catal. Script. Eccleſiaſt. Tom.* 4. *pag.* 110. *Prudentius contra Symmachum lib.* 1. *verſ.* 271. Quid loquar Antinoum caeleſti ſede locatum? *& Clemens Alexandrinus Cohort. ad Gentes pag.* 43. Imperator Hadrianus Antinoum, quomodo Ganjmedem Iuppiter, conſecravit.

## XX.

# ANTINOO.

## *OPERA D' ANTEROTE,*

### Inciſa in Agata nera.

*DEL MUSEO DEL SIG. ANT. M. ZANNETTI DI VENEZIA.*

IN queſta gemma abbiamo eſpreſſo Antinoo colla meſtizia dipinta nel delicato ſuo volto, come dice Virgilio di Marcello (1)

*Un giovinetto di gentil ſembiante*
*Ma poco lieta avea la fronte e 'l volto,*
*Ed i lumi inchinati.*

I di lui capelli ſono grazioſamente accomodati; è veſtito di Clamide ornata d'una fibula ſopra la deſtra ſpalla conforme s'oſſervano i buſti degli Imperatori, nella ſiniſtra tiene un pedo paſtorale, come in altri monumenti, o pure un aſta. Queſto giovinetto ebbe i ſuoi natali nella Città di Citinide (2) nella Bitinia, la quale chiamano Claudianopoli, e per la ſua ſingolare bellezza fù talmente amato dall' Imperatore Adriano, che ſebbene d'altronde foſſe un ſavio Principe, nondimeno dette molti contraſſegni di vergognoſa paſſione.

La morte di queſto Amaſio, e le sfrenate pazzie dell' Imperatore ſono così deſcritte da Xifilino (3). *Ei morì nell' Egitto, o ſommerſo nel Nilo, come ſcrive Adriano, o pure ucciſo come è più vero.... Pertanto Adriano lo venerò in modo particolare, o in memoria dell' amor ſuo, o in riguardo alla volontaria morte di lui di cui penſava aver biſogno per i ſuoi diſegni. Nel luogo dove morì, gli ſabbricò una Città, e la chiamò col ſuo nome, e gl' inalzò ancora ſtatue per tutto il Mondo, e diceva d' aver veduto la Stella d' Antinoo, e con gran piacere aſcoltava i ſuoi familiari, che gli ſupponevano eſſere veramente comparſa una tale Stella nata dall' anima d' Antinoo.*

Le Città per adulare il loro Principe Adriano gareggiarono di conſacrare all' eternità con pubblici monumenti, il nome d' Antinoo; come ne fa piena fede Pauſania (4). Della conſecrazione d' Antinoo, e dei Tempii a lui dedicati parla S. Girolamo (5).

Il fanatiſmo dell' Imperatore, e l' adulazione dei popoli arrivarono a ſegno tale che gli iſtituirono ſagrifizii, feſte, e giochi; fabbricarono Tempii, Città, e da lui preſero gli Oracoli, e lo eſpreſſero ſotto tante figure, di Giove, Saturno, Mercurio, Bacco, Apollo, Caſtore, e Polluce, Nettunno, Sole, Luna, Api, & Arpocrate; come ne fanno fede tante Greche Medaglie, battute in Nicomedia, Bitinia, Calcedonia, Smirne, Sardi, Amiſo, Ancira, Tia-

(1) Virg. Aen. lib. *6.* verſ. *861.*

(2) Xiſilino in Adriano pag. 290.

(3) Loc. cit. vedi S. Epifanio Anchorat. 5. in Caeſaribus. S. Girolamo lib. XX. adverſus Jovinianum, Seſto Aurel. Vittore pag. 382. Buonarroti nei Medaglioni pag. 226. e Martorelli in Theca Calamaria pag. *660.*

(4) Pauſan. in Arcad. lib. 8. cap. 9. *Ad Antinoo ſon decretati onori divini. Il ſuo tempio è il più moderno di tutti a Mantinea, e con particolar premura è ſtato ornato dall' Imperatore Adriano; anco altrove ſegli preſta un culto, e nell' Egitto vi è una città ſopra il Nilo chiamata dal ſuo nome: Ecco perchè è venerato a Mantinea. La di lui patria fu Bitinia poſta ſopra il fiume Saugario. Gl' iſteſſi popoli di Bitinia oriundi d' Arcadia furono una volta Mantinenſi, per queſto l' Imperator Romano volle che l' onoraſſero qual Nume con annui ſagrifizii, e che ſi celebraſſero ſpettacoli quinquennali. Le ſtatue d' Antinoo ſi conſervano nel Ginnaſio inſigne per gli ornati, per la nobiltà dei marmi, e per le pitture rappreſentanti Antinoo.*

(5) Vedi S. Girolamo in Catal. Scriptor. Eccleſ. tom. 4. pag. 110. Prudenzio contro Simmaco dice. *Che dirò d' Antinoo ne Celeſti ſeggi collocato*, e Clemente Aleſſandrino nel lib. Cohort. ad gentes pag. 43. dice: *l' Imperatore Adriano conſacrò Antinoo, come Giove conſacrò Ganimede.*

*prout argumento nobis ſunt plura Graeca numiſmata* (6) *Nicomedenſium, Bythinenſium, Chalcedonienſium, Smyrnaeorum, Sardorum, Amiſenorum, Ancyranorum, Tianorum, Tarſenſium, Arcadum, Byzantinorum, Alabandorum &c. In Deos patrios Aegyptii retulerunt,*

| | |
|---|---|
| ANTINOΩ | *Antinoo* |
| CΥΝΘΡΟΝΩ ΤΩΝ | *Eodem Throno* |
| ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩ ΘΕΩΝ | *Cum Aegyptiis Diis* |
| Μ ΟΥΛΠΙΟC ΑΠΟΛΛΩΝΙΟC | *Marcus Ulpius Apollonius* |
| ΠΡΟΦΗΤΗC (7). | *Sacerdos.* |

*Huius juvenis memoria Theodoſii Imperatoris tempeſtate reſtituta eſt in numiſmatibus, ex illis quae vulgo nuncupantur contorniata, & ſic inſcriptio* ANTINOΩ ΠΑΝΙ, Antinoo Pani.

*Verum curioſitate dignius eſt Buonarroti numiſma* (8) *in quo eſt tripus cum ſerpente, corona, diſco & epigraphe* ΝΕΩ ΠΥΘΙΩ Novo Apollini. *Civitates, quae Antinoo varias Deorum figuras tribuerunt, idcirco tribuiſſe videntur, quod illum crederent novum Bacchum, novum Mercurium, novum Apollinem ec.*

*Gemma de qua ſermo eſt, Antinoum ſub Mercurii figura cum pedo ſuper humeris facile exprimit. Apollodorus* (9) *enim refert illum paſtoritiam exercuiſſe artem, & in quibuſdam Bythiniae nummis qui a Triſtano* (10) *referuntur, Mercurius cum talaribus & paſtorali veſte & pedo viſitur; nil ergo aliud ſignificare videtur baculus ille quem ſuper humeris obſervamus: Niſi haſtam Heroum propriam credere velimus. Ad ornandam Antinoi hiſtoriam addendum putavi exemplum operis anaglyphi tam egregie elaborati a Graeco ſculptore* (*) *in Pario marmore nitidiſſimo, ut vitales auras cum pallenti vultus languore quodammodo adhuc expirare videatur Antinous. Hoc opus omnium peritorum conſenſu cunctis operibus anaglyphis praeferendum, artiſque ſtatuariae miraculum exiſtimandum eſt. Cl. Venuti publici juris fecit hoc monumentum* (11) *ab Alexandro Cardinali Albani erutum ex Tiburtini ruris Adriani Imperatoris ruderibus antiquitatis theſauros continentibus. Hoc in rure erant pretioſiſſima queque artis monumenta ab ipſo ſuis in itineribus collecta, & magna cura undequaque comparata. Fuit enim Princeps iſte omnium curioſiſſimus & itinerum cupidiſſimus, ut eius numiſmata teſtantur, & Spartianus* (12) *inquiens.* Peregrinationis ita cupidus, ut omnia quae legerat de locis orbis terrarum, praeſens vellet addiſcere.

*In hoc eximio anaglypho Antinous ſub Bacchi forma repraeſentatur, quomodo teſte Pauſania* (13) *Mantineae pingebatur. Caput Roſarum Lotique floribus redimitum habet, ſiniſtra manu coronam gerit iiſdem floribus compactam* (14), *capilli in cincinnulos ſunt bene diſpoſiti, quales Theius Senex* (15) *ſuo tri-*

(6) *Haym Teſoro Britannico vol. 2. pag. 219. & ſeq. Buonarroti Medaglioni pag. 25. & ſeq. Mediobarbi numiſm. Imperat. pag. 187. Vaillant numiſmata Graeca pag. 39 e ſeq. Patin. Theſaur. pag. 87.. Oiſel. numiſm. pag. 416. Pedruſi Muſeo Farneſe vol. 5. vide etiam numiſmata maximi Moduli Regis Galliarum, Vaticana, Piſana, & Medicea nunc Magni Ducis Etruriae. Decem diverſa numiſmata Antinoi maximi moduli adſervantur in celeberrimo Muſeo S. C. M. Vindobonae (Saggio Critico della corrente letteratura ſtraniera pag. 431. vol. 2. parte 3.)*

(7) *Salmaſius in Spartianum pag. 137. vol. 1. Idem Adrianus ſingularis pulchritudinis templum Amaſio ſuo aedificavit, cuius frons ſtatuis, operibuſque anaglyphicis exornabatur, ut oſtendit Antinoi numiſma, eximii opificii, in cuius anteriori parte conſpicitur caput Antinoi cum epigraphe,* ΟCΤΙΛΙΟC ΜΑΡΚΕΛΛΟC Ο ΙΕΡΕΥC ΤΟΥ ΑΝΤΙΝΟΥ. Hoſtilius Marcellus Sacerdos Antinoi, *in averſa templum cum inſcriptione* ΑΔΡΙΑΝΟC ΟΙΚΟΝΟΜΗCΕΝ. Adrianus Aedificavit.

(8) *Buonarroti nei Medaglioni pag. 36.*

(9) *Apollod. Biblioth. lib. 3. pag. 297.*

(10) *Triſt. tom. 1 pag. 547.. Venuti numiſmata Maximi Moduli Muſei Vatic. vol. 1. pag. 39. In duobus numiſmatibus a populis Bythiniae percuſſis obſervatur figura habitu paſtorali, dextra pedum, antea arundo, ſeu ramus cum bove paſcente, ſupra aſtrum Antinoum ſub Mercurii forma: ille enim Deus habitu olim paſtoritio indutus Apollinis boves, ut narrat Antoninus Liberalis, (Tab. 23.) pavit.*

(*) *Tav. XII.*

(11) *Collect. Antiq. Tab. 19.*

(12) *Spart. in Adr. pag. 163.*

(13) *Pauſan. lib. 8. cap. 9.*

(14) *Corona haec egregie reſtituta fuit a recenti Artifice quantum a lineis notatur in noſtra tabula. Inutile eſt referre ſententiam Winkelmann (Iſtoria delle Arti ec. Tom. 2. pag. 306.) qui aſſerit Antinoum fuiſſe jam in curru poſitum, & habenas manibus geſtaſſe, cum adhuc extent ferti reliquiae.*

(15) *Anacr. Od. 19.*

Tiano, Tarſo, Arcadia, Bizanzio, Alabanda ec. (6) Dagli Egiziani (7) fù collocato tra gli Dei Patrii.

| | |
|---|---|
| ΑΝΤΙΝΟΩ | A Antinoo |
| ΣΥΝΘΡΟΝΩ ΤΩΝ | Che ha il medeſimo trono |
| ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩ ΘΕΩΝ | Degli Dei d'Egitto. |
| Μ ΟΥΛΠΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ | M Ulpio Apollonio |
| ΠΡΟΦΗΤΗΣ | Sacerdote. |

La memoria di queſto giovine fù rinnuovata ai tempi di Teodoſio in un Medaglione contorniato coll'iſcrizione ΑΝΤΙΝΟΩ ΠΑΝΙ cioè A Antinoo Pane.

Ma la più curioſa Medaglia è riferita dal Buonarroti nei ſuoi Medaglioni (8) che ha un Tripode, un Serpente, una corona, e un diſco coll'iſcrizione ΝΕΩ ΠΥΘΙΩ cioè *Al nuovo Apollo*. Le Città che attribuirono ad Antinoo varie immagini di Dei, pare che ciò faceſſero ſu la credenza che ei foſſe un nuovo Bacco, un nuovo Mercurio, un nuovo Apollo ec.

Nella noſtra gemma facilmente ſi può credere rappreſentato Antinoo ſotto la figura di Mercurio col pedo paſtorale ſopra le ſpalle, imperocchè Apollodoro (9) riferiſce che Mercurio eſercitò l'arte del Paſtore. In certe Medaglie della Bitinia pubblicate da Triſtano (10) ſi vede Mercurio con i talari, e con veſte, e pedo paſtorale; Pare adunque che quel baſtone che ſi vede ſopra le ſpalle d'Antinoo non ſignifichi altro che il pedo paſtorale, ſe non lo vogliamo credere un Aſta propria degli Eroi. Per ornamento dell'iſtoria d'Antinoo ho ſtimato bene di aggiungere un ſingolariſſimo baſſorilievo (*) di marmo Pario nitidiſſimo, ſcolpito da Greco artefice con sì perfettiſſima maeſtria che pare in certa maniera di vedere Antinoo con quella languidezza di volto reſpirare l'aure vitali. Queſto lavoro per conſenſo univerſale è da anteporſi a tutti i baſſirilievi, e con ſicurezza può dirſi miracolo dell'Arte ſtatuaria. Queſto monumento lo pubblicò il Chiariſſimo Venuti (11) ſtato trovato dal Cardinale Aleſſandro Albani nelle rovine della Villa d'Adriano Imperatore a Tivoli che conteneva i più pregievoli teſori dell'Antichità. In queſta magnifica Villa furono raccolte le coſe più maraviglioſe, e con gran cura da pertutto meſſe inſieme, imperocchè queſto Principe ebbe più di tutti gran curioſità, e traſporto a viaggiare come lo provano le ſue Medaglie, e l'atteſta Sparziano, dicendo (12) *che talmente fù deſideroſo di viaggiare, che tuttociò che avea letto dei paeſi del Mondo, volle in perſona viſitare*.

In queſto eccellente baſſorilievo è rappreſentato Antinoo ſotto la figura di Bacco, nella qual forma al dir di Pauſania (13) era dipinto in Mantinea. La di lui teſta è coronata di roſe, e fiori di Loto, nella ſiniſtra mano tiene una corona intrecciata degli iſteſſi fiori (14) con le chiome ben ricciute, quali appunto ſono quelle di Batillo deſcritte da Anacreonte (15). Veggano

di

(6) Vedi Haym Teſoro Britannico vol. 2. pag. 219. & ſeg. Buonarroti nei Medaglioni pag. 25. & ſeg. Mezzabarba Medaglie degli Imperatori pag. 87. Oiſelio Medaglie pag. 416. Pedruſi vol. 5. i Medaglioni Vaticani del Rè di Francia, Piſani, e Medicei ora del Granduca di Toſcana ec. Dieci diverſi Medaglioni ſi conſervano nel famoſiſſimo Muſeo dell'Imperatore a Vienna, come ſi ha dal Saggio critico della corrente letteratura ſtraniera vol. 2. part. 3. pag. 431.

(7) Salmaſio in Sparziano vol. 1. pag. 137. L'iſteſſo Adriano edificò al ſuo Amaſio un tempio di ſingolar bellezza colla facciata adorna di ſtatue e baſſirilievi, come dimoſtra una Medaglia d'Antinoo d'eccellente lavoro, nel dritto della quale ſi vede la teſta d'Antinoo colla leggenda *Oſtilio Marcello Sacerdote d'Antinoo*. Nel roveſcio un tempio con l'iſcrizione *Adriano edificò*.

(8) Buonarroti pag. 36. Span. de praeſtantia ec. pag. 652.

(9) Apollod. lib. 3. pag. 297.

(10) Triſtano tom. 1. pag. 547. Venuti numiſmata Muſ. Vatic. vol. 1. pag. 39. In due Medaglioni del Muſeo Vaticano battuti dai popoli della Bitinia ſi vede una figura con abito paſtorale, nella deſtra un pedo, avanti una canna, o un ramo, con un bove che paſce, ſopra del quale la Stella d'Antinoo, imperocchè Mercurio ſotto queſta figura paſceva i bovi d'Apollo, come narra Antonino Liberale Favola 23.

(*) Tav. XII.

(11) Colleſt. Antiq. Tav. 19.

(12) Sparziano in Adriano p. 163.

(13) Pauſan. lib. 8. cap. 9.

(14) Queſta corona è ſtata rifatta egregiamente da un moderno artefice. Di queſto celebre baſſorilievo è reſtituita modernamente quella parte che è notata da certe linee inciſe nella noſtra ſtampa. E' inutile di confutare Winkelmann (Iſtoria dell'Arti tom. 2. pag. 306.) il quale aſſeriſce che Antinoo eſſer dovea ſur un cocchio, ed avere una redina nelle mani, quando ci reſta ancora una parte dei fiori della corona.

(15) Anacr. Od. 29.

*tribuebat Bathyllo. Videant quaeſo Eruditi, quae de Apolline ab Allione ſcalpto diximus, quaeque noſtro Amaſio conveniunt iuxta deſcriptionem Lactantii* (16) Pectoris latitudo ſublimis, & expoſita oculis mirabilem praefert habitus ſui dignitatem. *Ne autem Antinous ſub Bacchi forma admirationem injiciat, Anacreontis* (17) *carmina exſcribam, ex quibus Roſas in Bacchi feſtis adhibitas fuiſſe dignoſcitur.*

Eadem decens coronis,
Et expetita menſis
Solemnibuſque Bacchi ec.

*Eumdemque Roſis redimitum deſcripſit Philoſtratus* (18): *Nec abſimile videtur Antinoi coronam ex illis eſſe quae Loti floribus textae Antinoiae vocabantur, & apud Athenaeum deſcribuntur* (19). Quandoquidem eſt injecta de Alexandria mentio, ſcio in ea pulchra civitate coronam quandam textam e Loto ibi naſcente vocari Antinoiam. In paludibus Lotus gignitur aeſtatis tempore, floris duplex color, alter ſimilis Roſae; ex hoc nectuntur coronae, quas proprie vocant Antinoias, alterius cyaneus color eſt, e quo Lotina fit corona ec.

*Apud Gruterum* (20) *reperitur inſcriptio, quae quondam fuit Athenis in Gymnaſio, ibi quatuor ſerta obſervantur, in quorum uno legitur* ΑΝΤΙΝΟΕΙΑ, *ideſt certamina in honorem Antinoi.*

*Plura & praeclara Antinoi adſervantur Romae monumenta, ſed notior eſt Villae Tuſculanae Burgheſiae, quae nuncupatur Mandragone, protoma Antinoi coloſſica, in Tiburtina Hadriani Imperatoris villa, (ut aiunt) reperta. Huius perrari operis artifex merito inter celebriores Graeciae artifices recenſeri debet, ſi tantummodo expendatur quantae difficultatis in ſculptura ſit in figuris coloſſicis venuſtatem, pulchritudinem elegantiamque retinere,*

*AN-*

(16) *Lactantius de Opificio Dei cap.* 10. *pag.* 702.
(17) *Anacr. Od.* 53.
(18) *Philoſtr. Icon. lib.* 1. *pag.* 786.
(19) *Athen. lib.* 15. *pag.* 677.
(20) *Gruter. Inſcr. vol.* 1. *pag.* 317. *num.* 1.

di grazia gli Eruditi ciò che abbiamo detto del belliſſimo Apollo inciſo da Allione, che combina col noſtro Amaſio ſecondo che ne fa fede Lattanzio in queſti termini (16). *La larghezza del petto eſpoſta ai noſtri occhi dimoſtra una mirabil dignità della ſua perſona*. E perchè non paia ſtrano di vedere Antinoo ſotto la forma di Bacco coronato di roſe, traſcriverò alcuni verſi di Anacreonte (17); donde ſi ravviſa eſſerſi uſate le roſe nelle ſolennità di quel Nume.

*Di Bacco nelle feſte*
*Si ſpargon roſe a ceſte*
*Nè coſa è che ſi faccia,*
*Nè ſenza roſa piaccia.*

E l'iſteſſo coronato di roſe ce lo deſcriſſe Filoſtrato (18). Nè pare inveriſimile che la corona d'Antinoo ſia una di quelle di fior di Loto chiamate Antinoe, e deſcritta appreſſo Ateneo (19). *Sò che nella bella Città d'Aleſſandria una certa Corona di fior di Loto che ivi naſce chiamaſi Antinoa. Il Loto ſi produce d'eſtate nelle paludi. Queſto fiore è di due colori, l'uno ſimile alla roſa, di cui ſi formano le ghirlande, chiamate propriamente Antinoe. L'altro è di color ceruleo, con cui ſi fa la corona di Loto.*

Appreſſo il Grutero (20) ſi trova un iſcrizione, che una volta era nel Ginnaſio d'Atene. Vi s'oſſervano quattro corone, in una delle quali ſta ſcritto ANTINOEIA, cioè combattimenti in onore di Antinoo.

Molti noti monumenti d'Antinoo ſi conſervano in Roma, ma il più famoſo è il Buſto Coloſſale di Villa Borgheſe a Fraſcati, chiamata Mandragone, trovato per quanto dicono nella Villa dell'Imperatore Adriano a Tivoli. L'artefice di queſto ſingolariſſimo lavoro può meritamente eſſere annoverato tra i più celebri ſcultori della Grecia, ſe ſolamente ſi conſidera di quanta difficoltà ſia nella ſcultura il riunire nelle figure Coloſſali grazia, bellezza, ed eleganza.



(16) Lact. Firm. de Opif. Dei cap. 10.
(17) Anacr. Od. 53.
(18) Philoſtr. Icon. 15. lib. 1. pag. 786.
(19) Athen. lib. 15. pag. 677.
(20) Gruter. Inſcript. vol. 1. pag. 317. n. 1.

# ANTIOCHUS.

*INſtituenti mihi binas gemmas explicare, quae Antiochi inſigniuntur nomine, nonnullae ob oculos difficultates verſantur. Harum prima Minervam exhibet belligeram. Gemma iſta a Gorio* (1) *publici juris facta eſt, qui quum antiquae eruditionis peritiſſimus, ſed antiqui artificii prorſus eſſet rudis, antiquam, opuſque Antiochi arbitratus eſt, (prout etiam gemmam Apollinis a Cleone, & Muſae a Cronio elaboratam, de quibus commodiori loco ſermo inſtituetur pro antiquis habuit), ſcribens.* Haec gemma, & alia in hac tabula num. II. (quod eſt Apollo Cleonis) allata non extant in Dactyliotheca Clar. V. Petri Andreae Andreinii; furto ſibi ablatas cum aliis pluribus rariſſimis, & quantivis pretii gemmis merito dolet ſummus vir.

*Equidem inſpexi apud eumdem Gori Minervae huius imaginem Hiſpanica expreſſam cera, quam abſque ulla haeſitatione tribuere ſtatim non dubitavi illuſtri Flavio Sirleti, qui ad gemmae pretium augendum Antiochi nomen inſcripſerit, ut & antiquis mos erat, quos feſtiviſſimus Phaedrus* (2) *ridet his verſibus.*

Ut quidem Artifices noſtro faciunt ſaeculo,
Qui pretium operibus majus inveniunt, novo
Si marmori adſcripſerunt Praxitelem ſuo,
Detrito Myronem argento, plus vetuſtis nam favet
Invidia mordax, quam bonis praeſentibus.

*Opus iſtud noſtris confectum temporibus maximi habendum eſt, Elegantes Flavii Sirleti labores nonnullorum Graecorum Lithoglaphorum aemulantur induſtriam; Sed plurimum ſuae gloriae detraxit antiquorum nominum impoſtura, praeſertim quia non erat cur alienis nominibus fucum propriis operibus facere ſtuderet. Viget adhuc huius impoſturae vitium, quod religioni haud ſibi vertunt noſtri aevi Lithoglaphi, multoque minus tam pretioſorum monumentorum mercatores. Ad alteram gemmam progrediamur, qua Sabina Imperatrix refertur, Antiochi nomine ita inſcripto* ANTIOXIC (3). *Quiſquis huius gemmae auctor ſit, ex operis lineamentis non inter excellentiores, ſed inter mediocres numerandus eſt lythoglaphos, & poſt Antoninorum tempora vixiſſe arbitror, quum ſcilicet optimae artes gradibus acceleratis deficere inciperent.*

*MI-*

(1) *Gori Inſcript. Antiq. Etrur. pars* 1. *pag.* 43. *Tab.* 1. *num.* 4. *Gemmam hanc Winkelmann edidit.* (*deſcription des Pierres de Stoſch*), *ubi inquit.* Buſte de Minerve avec le nom du Graveur ANTIOXOY. Peut-etre cette paſte eſt-elle mouè ſur une Cornaline du Cabinet d' Andreini. Il y avoit un ſculpteur d'Atenes du meme nom qu'on voit ecrit ſur la baſe d'une grande ſtatue de Minerva de la Villa Ludoviſi, mais travaillè avec peu de gout. Cette inſcription qui eſt publiée par Carlo Dati a etè mal copiè. *Unde Winkelmann deducat Antiochum qui ſtatuae Minervae nomen inſcripſit ſuum, Athenienſem fuiſſe, ignorare profitemur. Id ſane non oſtendit inſcriptio a Carolo Dati edita pag.* 118. de qua inquit. In Pallade Hortis de Ludoviſis . . . . ΤΙΟΧΟΣ ΙΛΛΙΟΣ ΠΟΙΕΙ. *ANTIOCO D' ILLI FACEVA. Facile aliquid ineſt mendum in libro, ſeu in marmore.*

(2) *Phaedri Fabul. lib.* 5. *Fab.* 1.

(3) *Hanc nominis terminationem nemo miretur, nam in Muſeo Capitolino* (*vol.* 1. *Tab.* 73. *pag.* 40.) *protomam habemus nomine* ΠΥΘΟΔΟΡΙΣ *inſignitam: vide Plin. lib.* 36. *cap.* 5. *& Pauſan. lib.* 9. *cap.* 33.

# *ANTIOCO.*

VArie difficultà mi ſi preſentano nelle due gemme che portano il nome d'Antioco. La prima rappreſenta Minerva Guerriera. Queſta gemma fu pubblicata dal Gori molto erudito, ma altrettanto imperito nel conoſcere i monumenti dell' Antichità, il quale la credette antica, ed opera d'Antioco, ſiccome ancora la gemma d'Apollo inciſa da Cleone, e la Muſa da Cronio, dei quali artefici parleremo a ſuo luogo. *Queſta gemma* ( dice egli ) *come pur l'altra al numero ſecondo di queſta tavola* ( *che è l'Apollo di Cleone* ) *non ſi trovano più nel Muſeo del chiariſſimo Pietro Andrea Andreini, il quale meritamente ſi duole che gli ſieno ſtate rubate con molte altre rariſſime gemme di gran valore*.

Io viddi appreſſo il medeſimo Gori un impreſſione di queſta gemma di Minerva in cera di Spagna, e non eſitai niente a crederlo lavoro del celebre Flavio Sirleti, che per accreditare maggiormente queſta pietra v' incideſſe il nome d'Antioco, ſiccome ſolevano ancora fare gli Antichi che Fedro leggiadramente deride, dicendo (2). *Così fanno alcuni Arteſici del noſtro ſecolo, che accreſcono il pregio alle loro opere con apporre al nuovo marmo il nome di Praſſitele, e quello di Mirone negli argenti logorati, poichè la mordace invidia favoriſce più gli Antichi, che i Viventi*.

Queſta opera modernamente fatta ſi deve molto apprezzare. Gli eleganti intagli di Flavio Sirleti poſſono gareggiare con alcuni dei Greci inciſori; ma egli ha molto oſcurato la ſua gloria con l' impoſtura dei nomi antichi, particolarmente perchè non avevan di biſogno le ſue opere di mendicare lode dai nomi altrui. Regna ancora queſto vizio di impoſtura, della quale non ſi fanno ſcrupolo i moderni inciſori, e molto meno ancora i mercanti di queſti prezioſi monumenti. Venghiamo all' altra gemma nella quale è rappreſentata l' Imperatrice Sabina col nome d'Antioco così ſcritto ANTIOXIC (3). Qualunque ſia l' autore di queſta gemma, dalla ſua maniera del lavorare appariſce non eſſere degli arteſici più periti, ma dei mediocri, e facilmente ſi può giudicare eſſer viſſuto dopo i tempi degli Antonini, quando le belle arti a gran paſſi principiarono a decadere.

P 2 MI-

(1) Gori Inſcr. Ant. Etrur. parte 1. pag. 43. tom. 1. n. 4. Queſta gemma la pubblicò ancora Vinkelmann nella Deſcrizione delle gemme di Stoſch pag. 61. ove dice *Buſte de Minerve avec le nom du Graveur* ANTIOXOY. *Peut-etre cette paſte eſt-elle moulè ſur une Cornaline du Cabinet d' Andreini. Il y avoit un ſculpteur d'Atbenes du meme nom qu'on voit ecrit ſur la baſe d'une grande ſtatue de Minerva de la Villa Ludoviſi, mais travaillè avec peu de gout. Cette inſcription qui eſt publiée par Carlo Dati, a etè mal copiè*. Non ſo donde ricavi Winkelmann che queſto Antioco ſcultore foſſe Ateniese, imperocchè l' iſcrizione riferita da Carlo Dati ( vite de Pittori Antichi in 4. pag. 118. ) così dice *nella Pallade del giardino de Ludoviſi* . . . . ΤΙΟΧΟΣ ΙΛΛΙΟΣ ΠΟΙΕΙ ANTIOCO D'ILLI FACEVA: vi è facilmente qualche errore o nel libro o nell' iſcrizione.

(2) Fedro lib. 5. Fab. 1.

(3) Di queſta terminazione del nome dell' Arteſice neſſuno ſi maravigli, perchè nel Muſ Capitolino vol. 1. Tab. 73. pag. 40. abbiamo un buſto col nome ΠΙΘΟΔΩΡΙΣ Pitodoro: vedi Plinio lib. 36. cap. 5. e Pauſania lib. 9. cap. 33.

## XXI.

# *MINERVA BELLATRIX.*

## ANTIOCHI OPUS,

### EX ECTYPIS MUSEI ANTONII FRANCISCI GORI.

M*Inerva* (1) *iſthaec bellatrix ab Antonio Franciſco Gori ita deſcribitur* (2) Minerva ſoluto de more crine, capite fert galeam (3) comantibus e cono criſtis, & equina cauda defluente horrificam Gorgonei angues e ſquameo thorace huc illuc ſerpunt, dextrorſum elata haſta (4). Minervam ornatam metuendis armis ita deſcripſit Statius (5).

Diva ferox magni decus, ingeniumque parentis
Bellipotens, cui torva genas, horrore decoro,
Caſſis, & aſperſo crudeſcit ſanguine Gorgon.

Homerus fortiſſimorum Graecorum galeas non ſemel deſcribens criſtatas, & longis equinis caudis inſignes facit. Etruſcos quoque milites caſſides ita ornatas ferre conſueviſſe, plura Etruſca monumenta in Dempſteriano Opere oſtendunt Tab. 46. & 53. pars 1.

*Aegis Minervae miro artificio elaborata & a Virgilio* (6) *deſcripta cum noſtra gemma convenit.*

Aegidaque horrificam, turbatae Palladis arma
Certatim ſquammis ſerpentum, auroque polibant,
Connexoſque angues, ipſamque in pectore Divae
Gorgona deſecto vertentem lumina collo.

*Dea iſthaec ad Iovis dexteram ſemper viſitur locata. In duobus numiſmatibus ab Oiſelio* (7) *allatis, Iuppiter eſt medius, Minerva dextrorſum, Iuno ſiniſtrorſum Iovi adſtat, quod quidem non leve argumentum eſt Deam iſtam plurimum apud eumdem Patrem ſuum valuiſſe, quod a Plutarcho* (8) *quoque confirmatur.*

*Nul-*

(1) *Pallas & Minerva unum & idem numen prorſus ſunt, ut videre eſt in plurimis locis Homeri lib. 1. Iliad. verſ. 200. Etſi nonnulli, quos Natalis de Comitibus in Mythologia lib. 4. pag. 254. refert, contrarium ſentiant; attamen a Suida v. 3. pag. 6. clariſſime aſſeritur, Palladem eſſe epithetum Minervae proprium, ſic dictae* a vibranda haſta, vel quod Pallantem unum ex Gigantibus occiderit. *De huius aliorumque Numinum origine vide Dialogum Platonis in Cratilo & Cicer. de Nat. Deor. lib. 3. cap. 23.*

(2) *Gori Inſcrip. Antiq. Etrur. pars 1. pag. 43.*

(3) *Virgil. lib. 3. Aen. verſ. 467.*

Et conum inſignis galeae, criſtaſque comantes
Arma Neoptolemi ec.

*Vide Ariſtophanem in Lyſiſtr. verſ. 561. & Fulgentium Mytolog. cap. 2. pag. 135.*

(4) *Fulgent. loc. cit.*

(5) *Statius lib. 2. Thebaid. verſ. 715. De officiis, geſtis, inventiſque Minervae vide Homerum Hymn. 1. in Venerem verſ. 1. & ſeq. & Martianum Capellam Satyr. lib. 6. p. 188.*

(6) *Virg. lib. 8. Aen. verſ. 435. ibi Servius ita ſcribit.* Aegis pectoris eſt munimentum habens in medio Gorgonis caput: quod ſi in pectore numinis fuerit, Aegis vocatur, ſi in hominis pectore, (ut in antiquis Imperatorum ſtatuis videmus) Lorica dicitur.

(7) *Oiſ. numiſm. ſelecta Tab. 51. & 52. pag. 309. & ſeq.*

(8) *Plut. Quaeſt. Conv. lib. 1. Quaeſt. 2. vide Paſſeri Lucernae fictiles vol. 1. Tab. 29. ubi templum cernitur, in cuius medio Iuppiter, Minerva a dextris, Iuno a ſiniſtris ſedentes cum attributis. Vide Fabbretti de Columna Traiana cap. 3. & Buonarroti Praef. ad numiſmata Maximi Moduli pag. 26.*

## XXI.

# MINERVA GUERRIERA.

## *OPERA D'ANTIOCO,*

### *DA UN' IMPRESSIONE DEL MUSEO DEL DOTT. ANT. FRANCESCO GORI.*

QUeſta Minerva (1) Guerriera così è deſcritta da Antonio Franceſco Gori (2) *Minerva con capelli ſciolti ſecondo il coſtume, coll' elmo in teſta ſpaventevole per i pennacchi* (3), *e per la coda di cavallo in giù cadente; I Gorgonei ſerpenti s' aggirano quà e là dallo ſquammoſo torace, alla deſtra ſi vede un aſta alzata* (4). *Così deſcriſſe Stazio* (5) *la Minerva ornata con armi da incutere timore.*

*Feroce Dea del Genitor ſupremo*
*Fregio & ingegno: Dea poſſente in guerra*
*Sovra il cui volto con leggiadro orrore*
*Incrudeliſce il formidabil' elmo,*
*E di Meduſa il crin diffuſo il ſangue.*

*Omero deſcrive ſpeſſo gli elmi dei voloroſi Greci ornati di penne, e di lunghe code di cavalli. Molti monumenti Etruſchi nell' Opera del Demſtero Tab. 46., e 53. parte 1. dimoſtrano che ancora i ſoldati Etruſchi erano ſoliti di portare ſimili morioni.*

L'Egida di Minerva lavorata con maraviglioſo artificio, e deſcritta da Virgilio (6) conviene con la noſtra gemma.

*E ſu l' Egida orrenda, ed armatura*
*Della turbata Palla, altri a gran gara*
*Polian le ſquamme, ed i ſerpenti aurati*
*E gl' angui avviluppati, e la medeſima*
*Meduſa in petto della Dea, che torce*
*Dal tronco collo avvelenati lumi.*

Queſta Deità ſempre ſi vede collocata alla deſtra di Giove. In due Medaglie riportate dall' Oiſelio (7) vi è Giove nel mezzo, alla deſtra Pallade, e Giunone alla ſiniſtra, in prova dell' autorità che ella ha appreſſo il medeſimo ſuo Genitore, come ci viene ancora confermato da Plutarco (8).

Ho

(1) Pallade e Minerva ſono del tutto un' iſteſſa Deità come ſi deduce da Omero in moltiſſimi luoghi dell' Iliade lib. 1. verſ. 200. Quantunque alcuni autori riferiti da Natal Conti nella ſua Mitologia lib. 4. pag. 254. ſieno di contrario ſentimento. Nulladimeno chiariſſimamente la verità di queſta coſa ſi deduce da Svida nel vol. 3. pag. 6. il quale aſſeriſce, che *Pallade è un epiteto proprio di Minerva così chiamata o dal vibrar l' aſta, o perchè ucciſe Pallante uno dei Giganti*. Dell' origine di queſto nome di Minerva vedi Platone nel Dialogo di Cratilo, e Cicerone de Nat. Deor. lib. 3. cap. 23.

(2) Gori Inſcript. Ant. Etr. part. 1. pag. 43.

(3) Virgil. lib. 3. verſ. 467.

*E un inſigne celata in ſul cimiero*
*Di vagh. piume adorna, Armi di Pirro.*

VediAriſtofane in Lyſiſtr. verſ. 561. & Fulgenzio in Mytolog. cap. 2. pag. 135.

(4) Fulgenzio loc. cit.

(5) Stat. Theb. lib. 2. verſ. 715. traduzione di Giacinto Nini. Degli officii, impreſe, ed invenzioni trovate da Minerva, vedi Omero nell' Inno ſopra Venere verſ. 7. e ſeq. e Marziano Capella Sat. lib. 6. pag. 188.

(6) Virgil. lib. 8. Aen. traduzione di Teodoro Angelucci nel qual luogo nota Servio. *L' Egida è la difeſa del petto avendo nel mezzo la teſta della Gorgone; ſe queſta ſarà nel petto d' una Deità, ſi chiama Egida, ſe nel petto d' un uomo* (*come ſi vede nell' antiche ſtatue degl' Imperatori*) *ſi dice Lorica.*

(7) Oiſel. Numiſm. Select. Tav. 51. e 52. pag. 309.

(8) Plutarch. Queſt. Conv. lib. 1. Queſt. 2. vedi le Lucerne del Paſſeri vol. 1. Tom 29. dove s' oſſerva Giove nel mezzo a un tempio, alla deſtra Minerva, Giunone alla ſiniſtra ſedenti con i loro attributi, vedi Fabbretti nel cap. 3. della Colonna Traiana, e Buonarroti nella Prefazione ai Medaglioni pag. 26.

*Nullibi congruentius, quam heic Martis figura locari poſſe videtur, quum etiam Deus iſte belli ſit praeſes, & commune in bello cum Minerva habeat imperium* (9). *In pede triangulari candelabrorum Domus Barberinae, ( quae reperta ſunt in Villa Tiburtina Adriani Imperatoris in loco qui Academia nuncupatur* (10) ) *Mars viſitur ſtans anaglyphice excellenti ſtylo ſculptus, juvenili* (*) *aetate, nudo corpore, & galea duplici criſtarum ordine ornata, in cuius medio eſt Leo ac deſuper Gryphus. Clamis ab humeris defluens ſiniſtro excipitur brachio, quo longam haſtam cuſpide munitam tenet, dextro in femur nititur. In vultu apparet ferocitas, & belliger animus, qui tamen leni miſcetur majeſtate, vigorque per omnia funditur membra. In Martis nuditate indicare voluiſſe artificem arbitror quod in bello quilibet magno animo, & impavido eſſe debet, ideoque numinis tranquillitatem oſtendiſſe, prout Morellius* (11) *inquit in nummo C. Iul. Caeſaris, in quo* Mars nudus, ſeu tranquillus, ſtans galeatus, dextra haſtam tenens, laeva parazonium. *Antiqui ſculptores nunc placidos, nunc iratos Deos exhibebant, ut infinita monumenta teſtantur. Etſi vero Romani plurimum bello indulſerint, nihilotamen minus non tam frequenti cultu Martem proſequuti ſunt, quam nonnullos alios Deos, & potiſſimum Venerem Aeſculapiumque, Numina Salutis & Voluptatis.*

*Quod ad galeam ſpectat, ubi jubatus Leo cum Grypho, ſagaciter ſignificatur terror, quo Mars hoſtes afficit, ut cecinit antiquus Poeta:* Ferarum rictu terrificant galeae. *Duplicem criſtarum ordinem Caria gens reperit, ut inquit Herodotus* (12) quippe galeis criſtas imponendas primi oſtenderunt Cares, *quae galeae ſaepe ferarum formis fabricantur, prout erat Turni galea, de qua loquitur Virgilius* (13).

Cui triplici crinita juba galea alta Chimeram
Suſtinet Aetneos efflantem faucibus ignem.

*SA-*

(9) Mars ab eo ( *appellatus eſt* ) quod maribus in bello praeeſt, *inquit Varro de lingua lat. lib. 4. pag. 18. idem Ovid. lib. 3. Faſt. v. 85. & Homerus lib. 5. Iliad. v. 428. & in Hymno Palladis pag. 553. inquit.*

Palladem Minervam Patronam urbium principio canere
Gravem; cui cum Marte curae ſunt bellica opera.

(10) *Ichnographia Villae Tiburtinae Hadriani Caeſaris cap. 11. pag. 23. num. 31.* R. P. D. Bulgarinus ſub terra invenit cellulas quaſdam ruinis oppletas, e quibus extraxit duo candelabra marmorea acantho inciſa cum pedibus triangularibus, in quorum lateribus figurae anaglyptico opere affabre exculptae erant. Illa candelabra jam ſunt inter antiquitates Cardinalis Barberini.

(*) *Tav. XIII. N. I.*

(11) *Morelli Theſ. numiſm. pag. 91.*

(12) *Herodotus lib. 1. cap. 171.*

(13) *Virg. lib. 7. Aen. verſ. 785.*

Ho creduto che foſſe queſto il luogo più adattato per riportare la figura di Marte, mentre ancora egli preſiede alla guerra, ed ha in comune con Minerva (9) l'impero. Nel piede triangolare de candelabri di Caſa Barberini ( ritrovati nella Villa Tiburtina dell'Imperatore Adriano nel luogo detto l'Accademia (10) ) ſi vede Marte nudo in piedi in età giovanile (*) ſcolpito in baſſorilievo da eccellente ſcalpello, coll' elmo in teſta adornato di doppio ordine di penne, nel mezzo del quale v'è un Leone, e ſopra un Grifo tiene la clamide che gli cade dagli omeri ravvolta nel ſiniſtro braccio, nel quale ha una lancia ed appoggia il deſtro ſul fianco; nel volto ſi ſcorge la fierezza, e l'animo guerriero, che però è temperato da una piacevole maeſtà con un certo vigore in tutte le membra. Nella nudità di Marte giudico che l'Artefice abbia voluto indicare, che in guerra ciaſcuno deve eſſere intrepido, e che perciò abbia eſpreſſo la tranquilla indifferenza di quel Nume, conforme ſpiega Morelli (11) in una medaglia di Giulio Ceſare, nella quale ( dic' egli ) *ſi vede Marte nudo, o pure tranquillo in piedi coll' elmo, tenendo nella deſtra l' aſta, e il parazonio nella ſiniſtra*. Gli antichi ſcultori hanno rappreſentati gli Dei ora placidi, ora iracondi, come lo dimoſtrano infiniti monumenti; Ma benchè i Romani foſſero molto dediti alla guerra, nulladimeno non venerarono Marte con sì frequente culto come alcune altre Deità, e principalmente Venere ed Eſculapio, Numi della ſalute, e del piacere.

Per quello che ſpetta al morione, nel quale ſi vede un Leone ed un Grifo, ſi volle con ciò ſagacemente ſignificare il terrore che Marte cagiona ai nemici, come cantò un' antico Poeta: *ſpaventano le galee col ceſſo delle Fiere*. Il cimiero con doppio ordine di penne fu inventato dalla Nazione dei Cari, come dice Erodoto (12). *I Cari furono i primi a moſtrare la maniera di mettere le piume ſopra gli elmi*, i quali ſpeſſe volte erano lavorati con diverſe forme di fiere, come era quello di Turno, del quale dice Virgilio (13).

*Cui triplice cimier l' altero elmetto*
*Ferocemente adorna, e una chimera*
*Minacciando ſoſtien, che vampe Etnee*
*Dalle fauci tramanda.*

SA-

(9) Varrone de ling. lat. lib. 4. pag. 18. dice che Marte *è così nominato perchè preſiede ai maſchi nella guerra* cioè Mars a maribus e Ovidio lib. 3. de Faſt. verſ. 85. e Omero nell' Iliad. lib. 5. verſ. 428., e nell' Inno di Pallade dice,

*Palla Minerva, che le Città ſalva*
*Fommi a cantar terribil; cui con Marte*
*A cura ſon le belliche faccende.*

(10) Pianta della Villa Tiburtina d' Adriano di Pirro Ligorio Roma 1751. cap. 11. pag. 23. num. 31. *Monſignor Bulgarini ha trovato alcune ſtanze ſotterra nelle quali ha cavato due candellieri di marmo intagliati a foglie con li piedi a triangolo, nelle cui facciate ſono figurine di baſſorilievo intagliate di buona maniera, li quali candellieri ora ſono tra l' anticaglie dell' Eminentiſs. Sig. Cardinal Barberini.*

(*) Tav. XIII. N. I.

(11) Morelli Theſ. numiſm. pag. 92.

(12) Herod. lib. 1. cap. 171.

(13) Virgil. lib. 7. Aen. verſ. 785.

# XXII.

# *SABINA ADRIANI.*

## ANTIOCHI OPUS,

*Gemmae inciſum.*

*EX ECTYPIS CHRISTIANI DEHN.*

S*Abina Adriani Imperatoris uxor non vulgari pulchritudine fuit praedita, ut tot nummorum ac protomarum monumenta teſtantur.*

*Coniuges inter iſtos magnae exarſerunt diſcordiae quae vel a Sabinae ingenii moroſitate, ſeu potius ( ut credo ) ab impudenti Imperatoris in Antinoum amore ortum facillime habuiſſe videntur, Servilibus hiſce injuriis compulſa ( ut Sext. Aur. Victor* (1) *poſterorum memoriae tradidit ) Sabina ſibi ipſi violentas manus intulit. Spartianus* (2) *tamen ſcribit, Adrianum Uxori venenum propinaſſe. Sed quomodocumque obierit, dedecus Adriano non leve ex ea morte redundat; quamvis poſtea inter Deas Uxorem collocaverit, prout illius docet Apotheoſis in nummis expreſſa, ubi* (3) *Aquila expanſis alis Sabinae animam in Caelum fert.*

*Sabinae caput eleganter mitella eſt comptum in noſtra gemma. In Capitolino Muſeo* (4) *illius protoma illuſtri ſcalpta ſtylo caput concinne ornatum, ſpiciſque coronatum habet, ſicuti multis in nummis viſitur. Obſervatione dignum eſt eiuſmodi ornamentum, eo quod Sabina novae Cereris titulo fuit honorata, uti probat eius appellatio* ΝΕΑ ΔΗΜΗΤΗΡ Nova Ceres *in Graeca inſcriptione apud Sponium* (5), *quae facile referri poteſt ad nummum ab Angelonio* (6) *productum, in quo Imperatrix haec viſitur ſpicis coronata, & in alia parte Ceres ſedens, dextra ſpicas, ſiniſtra facem tenens.*

*Quamplurimae Auguſtarum Romanarum ſtatuae ſub Cereris exhibentur figura, idque etiam in numiſmatibus apparet, quae Agrippinae Neronis & Fauſtinae Junioris caput ſpicis redimitum* (7) *oſtendunt. De Sabina Celeber Caylus* (8) *ſermonem inſtituens inquit.* On ne ſerà ſurpris de voir cette Princeſſe avec les attributs des Ceres, quand on ſçaura qu'on lui donne le nom de cette Divinitè dans quelques inſcriptions rapportées par Fabretti, & qu'elle paroit ſur les medailles avec les ſymboles qui characteriſent Ceres. Ces flatteuſes marques des reconnoiſſance n'ont vraiſemblablement point eu d'autre fondement que des diſtributions des bleds faites au peuple, ou des ſoins, des attentions peut-etre même des ordres données pour en faire venir en Italie.

*APOL-*

(1) *Sext. Aur. Vict Epit. pag.* 444.

(2) *Spartian. in Adrian. pag.* 204.

(3) *Mediobarbi num. Imp. pag.* 186.

(4) *Muſ. Cap. vol.* 2. *Tab.* 35.

(5) *Spon. Miſcellan. pag.* 328.

(6) *Angeloni Iſtoria Auguſta pag.* 124. *Agoſtinius gem. pag.* 1. *Tab.* 108. *Sabinam in Gemma roſis coronatam exhibet & ad Floralia Bonae Deae ( cuius nomine nonnullae appellabantur Imperatrices ) in quibus Matronae capita roſis redimibant referri poſſe putat. Quae quidem opinio validiſſime a Maffeio ( Gem. par.* 1. *Tav.* 39. *pag.* 48. *& ſeq. ) refellitur.*

(7) *Vaillant numiſm. praeſt. vol.* 2. *pag.* 59. *& Geſner. Tab.* 44. *num.* 11.

(8) *Caylus Antiq. vol.* 1. *pag.* 181. *Sabinae ſtatuam cum venuſta capitis concinnatione exhibet.*

# XXII.

# SABINA D' ADRIANO.

## *OPERA D' ANTIOCO,*

### Inciſa in una gemma.

*DA UN' IMPRESSIONE DEL SIG. CHRISTIANO DEHN.*

SAbina Moglie dell' Imperatore Adriano fù dotata di non mediocre bellezza, come lo teſtificano tanti monumenti di Medaglie, e Buſti.

Inſorſero tra queſti Coniugi grandi diſcordie, le quali facilmente parvero originate dal naturale inquieto di Sabina o piutoſto a parer mio dallo sfrenato amore di queſto Imperatore verſo Antinoo; così che Sabina da un' obbrobrioſa ingiuria, come narra Seſto Aurelio Vittore (1) fù coſtretta a darſi volontariamente la morte. Sparziano per altro ſcrive, che fù avvelenata da Adriano (2): Comunque ſia queſta morte li arreca non piccol diſonore, quantunque dipoi la collocaſſe tra le Dee, come atteſta la di lei Apoteoſi eſpreſſa nelle Medaglie (3), dove un' Aquila con l'ali ſteſe porta in Cielo l'anima di Sabina.

Nella noſtra gemma ha un elegante acconciatura la teſta di Sabina ornata d' una piccola mitra. Nel Muſeo Capitolino (4) ſi vede il ſuo buſto d' eccellente ſcultura col capo vagamente coronato di ſpighe, come s' oſſerva in molte Medaglie. E' notabile un sì fatto ornamento, perchè Sabina fù onorata col titolo di nuova Cerere, come lo prova la greca iſcrizione pubblicata dallo Sponio (5) ΝΕΑ ΔΗΜΗΤΗΡ *Nuova Cerere*, la quale facilmente può aver relazione ad una Medaglia riportata dall' Angeloni (6), in cui ſi vede queſta Imperatrice coronata di ſpighe, e nel roveſcio Cerere ſedente con le ſpighe nella deſtra, e una facella nella ſiniſtra.

Molte ſtatue d' Imperatrici Romane ſono ſimboleggiate ſotto la figura di Cerere, come appariſce dalle Medaglie, nelle quali ſi vede la teſta d' Agrippina di Nerone, e di Fauſtina Juniore coronata di ſpighe (7). Il celebre Sig. Caylus parlando di Sabina dice (8). *On ne ſerà ſurpris de voir cette Princeſſe avec les attributs des Ceres, quand on ſçavra qu'on lui donne le nom de cette Divinitè dans quelques inſcriptions rapportées par Fabretti, & qu'elle paroit ſur les medailles avec les ſymboles qui charactériſent Ceres. Ces flatteuſes marques des reconnoiſſance n'ont vraiſemblablement point eu d'autre fondement que des diſtributions des bleds faites au peuple, ou des ſoins, des attentions peut-etre même des ordres données pour en faire venir en Italie.*



(1) Epit. Sex. Aur. Vict. pag. 444.

(2) Spart. in Adr. pag. 204.

(3) Mediobarbi numiſm. imp. pag. 186.

(4) Muſ. Cap. vol. 2. Tav. 35.

(5) Spon. Miſcell. pag. 328.

(6) Angeloni Iſtoria Auguſta pag. 124. Agoſtini nelle gem. pag. 1. T. 108. riporta una Sabina in gemma coronata di roſe, e crede che poſſa riferirſi alle feſte Florali della Bona Dea (col di cui nome chiamavanſi alcune Imperatrici) nelle quali le Matrone s'inghirlandavano di roſe: la quale opinione è validamente confutata da Maffei nelle gem. part. 1. pag. 48. e ſeq.

(7) Vaillant numiſm. praeſt. vol. 2. pag. 59. & Geſnero Tav. 44. num. 11.

(8) Caylus Antiq. vol. 1. pag. 181. riporta una ſtatua di Sabina con una grazioſa acconciatura di teſta.

# APOLLODOTUS.

Apollodoti huius Lythoglaphi i. e. gemmarum ſcalptoris ( quem titulum unus ipſe inter veteres nomini ſuo addidit ) nullam Scriptores mentionem fecere, forſan quia inter eximios artifices locum non meruit, ut opus hoc inſpicientibus apparet Aſpaſium quidem ſecutus, ſed non paſſibus aequis. *Haec Baro de Stoſch* (1).

*Nihil eſt, ex quo arguere poſſim docto huic artifici Aſpaſii imitationem arriſiſſe; nam opificium Aſpaſianum eſt elegantiſſimum, & omnibus numeris abſolutum, & literae in extremitate conſuetis punctulis ornatae tanto artifici reſpondent. Certum quidem eſt hunc non referendum eſſe inter Graecos nobiliores artifices; mea enim ſententia, cui quoque adhaeret perſpicax Antonius Pikler inter omnes huius tempeſtatis caelatores peritiſſimus, Apollodotus Etruſcus Lythographus fuit, vixitque non multo ante Auguſti aevum; haec enim gemma adamantino ſtylo cuſa eſt.*

*Quum itaque Apollodotus natione Etruſcus cenſeatur, inter illuſtriores illius nationis artifices merito numerari poteſt; & quamquam aliquid admiſerit vitii in ornatu galeae, atque in Minervae capite, quod partim caret, in obliqua tamen Deae facie maſculus animus cum non mediocri venuſtate conjunctus dignoſcitur. Literae, quibus nomen ſuum expreſſit, mediocris ſunt pulchritudinis.*

*Adeſt altera gemma, in qua Othryades exprimitur, addito Apollodoti nomine. Literae quae aſpiciuntur, nuper Romae ab adhuc vivente artifice in antiqua gemma ſunt exſculptae ad famam conciliandam: quod non invidiae, ſed veritatis cauſa palam facimus, ut Muſei Cortonenſis ſpectatores, in quo haec gemma adſervatur, ad veritatem revocent rationem.*

MI-

(1) *Stoſch Gem. Ant. Tab. 10. pag. 12.*

# *APOLLODOTO.*

A*Pollodoto inciſore di gemme* ( dice il Baron Stoſch (1) ) *è il ſolo tra gli antichi, il quale abbia aggiunto al ſuo nome queſto titolo. Non hanno fatto gli ſcrittori veruna menzione di lui, perchè forſe non meritò d' eſſere poſto nel numero degli inſigni arteſici, come appariſce da chi oſſerva queſta ſua opera: Egli imitò Aſpaſio, ma non l' uguagliò.*

Non ſo con che fondamento ſi poſſa argumentare che queſto valente arteſice abbia imitato Aſpaſio; Imperocchè il lavorare d' Aſpaſio è elegantiſſimo, e del tutto perfetto, e le ſue lettere ornate nell' eſtremità con i ſoliti puntini corriſpondono egregiamente a tanto arteſice. E' certo che egli non ha luogo tra i più celebri arteſici Greci, perchè ſecondo la mia oppinione a cui aderiſce il peritiſſimo Antonio Pikler decoro degli inciſori di queſto ſecolo, Apollodoto fù un Etruſco inciſore, e viſſe poco avanti all' aureo ſecolo d' Auguſto; imperocchè queſta gemma è inciſa a punta di diamante.

Supponendoſi pertanto Apollodoto di nazione Etruſca, ſi può meramente conſiderare per uno dei più illuſtri arteſici di quella nazione e quantunque abbia commeſſo qualche difetto nella teſta di Minerva, la quale è un poco mancante di teſta, e ſia ſtato ancora traſcurato nell' inciſione dell' ornato del morione, contuttociò ſi conoſce la maeſtria del profeſſore nel profilo di queſta Dea eſpreſſa con un' animo virile unito ad una non mediocre grazia, e leggiadria; e pochi arteſici Etruſchi ſi poſſono paragonare con queſto inciſore. Ma le lettere con le quali ha eſpreſſo il ſuo nome, ſono d' una mediocre bellezza.

All' altra antica gemma nella quale è eſpreſſo Otriade, vi è ſtato aggiunto il nome d' Apollodoto. Le lettere che vi ſi veggono, furono non è gran tempo inciſe da un arteſice vivente per render più ſingolare queſto monumento: perciò io l' ho voluta pubblicare non per l' invidia, ma per amor della verità, acciocchè quelli che la vedranno nel Muſeo Cortoneſe non reſtino ingannati.



(1) Stoſch Gem. Ant. Tab. 10. pag. 12.

## XXIII.

# *MINERVA.*

## APOLLODOTI OPUS,

*Carneolae inciſum.*

### EX THESAURO BARBERINIANO ROMAE.

*INtelligere mihi non datur cauſam, ob quam Baro de Stoſch* (1) *huic gemmae Minervae Salutiferae nomen appingat, quum in ea nullum appareat indicium, ex quo Deam ſalutis expreſſam colligamus, namque Aſpaſiana Minerva ſerpentibus ſalutis ſymbolis inſignita eſt. Progreditur ulterius affirmando imaginem Minervae pene ſimilem eſſe illius ab Aſpaſio ſculptae; mihi vero* (*prout cuilibet obſervare licet*) *valde diſſimilis apparet. Minervae itaque huius ornamentum eſt galea, cuius vertici Pegaſeus equus innititur, duobus criſtarum ordinibus ſupra diſpoſitis, in fronte quatuor adſunt ſemiequi, poſtica parte frondes, flexibileſque cauliculi, qui molliter per collum deſcendentes ad unionum Monile pertingunt, quod tamen Belligerae Deae parum decere arbitror* (2). *Quum autem Baroni de Stoſch gemmam iſtam propriis inſpicere oculis non licuiſſet, erravit in illius auribus ornandis ſigno Tautico, ſeu litera T, quod ſaepiſſime in Aegyptiis viſitur ſtatuis, quum ſit inauris ex tribus unionibus, eumque ſecuti ſunt omnes, qui deinde gemmam hanc illuſtravere. Unionibus ornatae viſuntur aures quampluribus in numiſmatibus Athenienſibus Minervae caput exhibentibus* (3), *in quibus ornamenta galeae, Minervae Apollodoti pene in omnibus reſpondent.*

*Io. Angelus Canini* (4) *gemmam hanc publici juris fecit, ſed adeo negligenter, ut pro Pegaſaeo Gryphum expreſſerit, ſibique in animum induxerit inſculptam eſſe Aſpaſiam Periclis Uxorem, literaſque circumſcriptas* (*quae Artificis nomen certo exhibent*) ΑΠΟΛΛΟ ΟΤΟ-ΛΙΘΟ *Donum Apollinis ſignificare ob Aſpaſiae ſcientiam. Baudelot* (5) *diligentius exhibuit Pegaſum in galea ponendo, unaque unione auribus ornandis. Gronovius* (6) *vero eandem juxta Canini retulit.*

*Inter tot Minervas ab antiquis celebratas, omnia earum facinora referuntur ad Minervam ex Iovis capite ortam, de qua feſtive ſatis loquitur Lucianus* (7) *in Deorum dialogis ubi Vulcanum cum Iove loquentem inducit* IVP. divide mihi calvariam: quod ſi morem non geſſeris, non nunc primum iratum experiere me. Sed vide ut ferias omni animi contentione, neque cuncteris: pereo enim prae doloribus, qui meum cerebrum convellunt. VULC. vide Juppiter, ne mali quid faciamus; acuta enim ſecuris eſt, & non ſine ſanguine, neque ad Lucinae morem tibi obſtetricabitur. IVP. incute modo, Vulcane, audacter; ego enim novi quid conducat. VULC. invitus quidem, ſed tamen feriam: quid enim aliquis faciat, te iubente? Quid hoc? Puella armata? Magnum, o Juppiter, malum habuiſti in capite: merito igitur iracundus eras, qui tantam ſub cerebri membrana virginem vivam nutrires, idque armatam: profecto caſtra, non caput clam nobis habuiſti. Haec vero ſaltat, inque armis tripudiat, clypeum concutit, ac haſtam vibrat, & furore concitatur, quodque maximum eſt: formoſa admodum, ac matura extitit brevi; caeſia quidem, ſed ornat hoc etiam ipſum galea (8).

*Hanc*

(1) *Stoſch Gem. Ant. pag.* 13. *num.* 10.

(2) *Unionum monile ad Minervae collum perraro in antiquis nummis aſpicitur, in Veliae autem numiſmatibus ſaepiſſime occurrit.*

(3) *Geſneri Numiſmata Popul. & Urb. Tav.* 4. *num.* 21, 36. & 40.

(4) *Canini Imagini degli Eroi Tab.* 94. *pag.* 350.

(5) *Baudelot de l'Utilitè des Voyages vol.* 1. *pag.* 311.

(6) *Gronov. Theſ. Antiq. Graec. Tom.* 2. *pag.* 85.

(7) *Lucian Dialog. Deor. dialog.* 8. *vol.* 1. *pag.* 225.

(8) *Vide Phornut. de Nat. Deor. cap.* 20. *pag.* 184. *Fulgentius lib.* 2. *cap.* 2. *pag.* 134. *Philoſtr. Imag. lib.* 2. *n.* 27. *pag.* 852. *Callimac. in Lavacrum Pallad. verſ.* 134.

## XXIII.

# MINERVA.

## *OPERA D' APOLLODOTO,*

### Inciſa in Corniola.

### *NEL MUSEO BARBERINI DI ROMA.*

NOn ſo comprendere perchè il Baron de Stoſch (1) dia il nome a queſta gemma di Minerva Salutifera, quando non appariſce in eſſa veruno indizio dal quale poſſiamo caratterizzarla per Dea della ſalute, conforme è la Minerva d' Aſpaſio ornata di Serpenti, ſimboli della ſalute. Inoltre afferma che queſta immagine di Minerva è quaſi ſimile a quella d' Aſpaſio, ed a me compariſce notabilmente differente, come ciaſcuno può oſſervare. La noſtra Minerva adunque ha un morione, nella cima del quale vi è il Cavallo Pegaſeo con due ordini ſopra di pennacchi, la fronte davanti del morione è ornata di quattro mezzi Cavalli, ed il di dietro di fronde, e di fleſſibili caulicoli, che ſcendono fino al collo, ornato di un vezzo di perle, che pare non eſſer molto conveniente ad una Minerva Guerriera (2). Siccome il Baron de Stoſch non potette vedere queſta gemma, sbagliò nel fare incidere una crocetta pendente dagli orecchi, o ſia il ſegno Tautico, o la lettera T che ſpeſſiſſimo ſi vede nelle ſtatue degl' Egizziani, quando è un orecchino ornato di tre perle. Tutti quelli che dipoi hanno illuſtrato queſta gemma hanno ſeguitato il mentovato autore. In molte medaglie Atenieſi s' oſſerva la teſta di Minerva colli orecchini di perle (3), e cogli ornamenti del morione, quaſi del tutto corriſpondenti alla Minerva d' Apollodoto.

Gio. Angelo Canini fù il primo che pubblicaſſe queſta gemma (4), ma con sì poca eſattezza, che in vece d' un Cavallo Pegaſeo eſpreſſe un Grifo, nè fù felice ancora nella ſpiegazione, perchè ſi figurò che foſſe ſcolpita Aſpaſia Moglie di Pericle, e che le lettere inciſe attorno (denotanti ſicuramente il nome dell' artefice) ſignificaſſero *Pietra, o Gemma donata da Apollo*, per dinotare, che la ſcienza d' Aſpaſia foſſe dono d' Apollo. Baudelot (5) fù più accurato nel pubblicarla facendovi il Cavallo Pegaſeo, ed una ſola perla all' orecchino. Gronovio (6) poi copiò il Canini.

Tra tante Minerve nominate dagli Antichi, tutte le loro impreſe ſi riferiſcono alla Minerva nata dal capo di Giove, della quale piacevolmente ne parla Luciano (7) nel Dialogo degli Dei, introducendo Vulcano a parlare con Giove. *GIOV. dividimi il capo, che ſe non mi compiacerai, tu mi proverai ſdegnato; ma vedi di ferire con prontezza, non trattenerti, imperocchè mi ſento morire per i dolori, che ſconvolgono il mio cervello. VULC. bada bene Giove che non facciamo qualche male, perchè la ſcure è tagliente, e non ſenza effuſione di ſangue ti ſi potrà fare da Levatrice all' uſanza di Lucina. GIOV. Su coraggio Vulcano percoti una volta perchè sò quello che mi può giovare. VULC. Controvoglia certamente, ma ferirò giacchè tù lo comandi. Che coſa mai? Una Giovane armata? O Giove, gran male avevi in teſta, e giuſtamente eri ſdegnato, perchè nutrivi nella membrana del cervello una vergine viva, ed armata: Sicuramente avevi naſcoſto un' eſercito. O come queſta ſalta, e tripudia nell' armi, ſcuote lo ſcudo, e vibra l' aſta, ed è in furore: E quello che è particolare, è molto bella, e preſto ſarà da marito, ha gli occhi azzurri, ed è ornata di elmo* (8).

Que-

(1) Stoſch Gem. Ant. pag. 13. num. 10.

(2) Il vezzo di perle al collo di Minerva rariſſimamente ſi vede nell' antiche Medaglie; Ma ſpeſſo però s' incontra nelle Medaglie di Velia.

(3) Geſner. Numiſm. Pop. Tav. 4. num. 21. 36. e 40.

(4) Canini Imag. degli Eroi Tav. 94. pag. 350.

(5) Baudelot de l'Utilitè des Voyages pag. 311.

(6) Gronovio nel Teſoro dell' Antichità Greche Tom. 2. pag. 85.

(7) Lucian. nel dialogo 8. degli Dei vol. 1. pag. 225.

(8) Vedi Fornuto de Nat. Deor. cap. 20. pag. 184. Fulgent. lib. 2. pag. 134. Philoſtr. Imag. lib. 2. num 27. p. 852. e Callim. nell' Inno di Pallade verſ. 134.

*Hanc fabulam antiquiſſimam etiam apud Etruſcos extitiſſe obſervat Cl. Praeſul Bottari* (9). *In patera enim Etruſca Juppiter inter duas ſedet mulieres, quarum altera, quae ſiniſtrorſum ſita eſt Minervam ex Iovis capite prodeuntem ambabus excipit manibus, alteraque dextrorſum propriis ſublevat brachiis doloribus afflictum parturiens numen. Obſtetricem propter adeſt Vulcanus ſtupens cum ſecuri, qua Iovis caput, ut foetum facilius ederet, aperuit. Viſitur & Minerva armata haſta, ſcuto & galea, qualem nobis expreſſit Ovid. lib.* 3. *Faſt. verſ.* 841.

An, quia de capitis fertur ſine matre paterni
Vertice cum clypeo proſiluiſſe ſuo?

*Quam pateram Fabbretti* (10), *Buonarroti* (11) *& noviſſime Foggini* (12) *illuſtraverunt D. Auguſtini inhaerendo ſententiae* (13) *cum qua convenit Phornutus* (14).

*Plurimis Dea iſthaec ab antiquis ornabatur animi dotibus* (15) *namque erat artium, armorumque* (16) *praeſes, atque virtutum* (17) *& cum Iove Patre* (18) *eandem potentiam habere credebatur, ut mirum non ſit, ſi frequentiſſima huius numinis occurrant undequaque monumenta. Praeter plurima numiſmata, templa, ſtatuas, gemmaſque, celeberrimum erat Romae Minervae forum a Pauſania* (19) *commemoratum, cuius adhuc ſubobſcura ſuperſunt rudera, quae in cauſa ſunt cur lacrimis proſequamur tantorum monumentorum ruinas: has inter quaſi ſpiſſis in umbris micat zophori fragmentum, ubi anaglyphice texendi artificium erat inſculptum, quod Pandari filias edocuit* (20). *Omnes eae reliquiae Petri Sancti Bartoli* (21) *cura aeneis formis editae ſunt ad bonarum artium amatorum ſolatium.*

*Minervae galeae ornamenta non ſculptoris inventa, ſed Deae inſignia habenda eſſe arbitramur, quum illius geſtis conveniant, & Pegaſus in galeae apice collocatus a Pauſania ita explicatur* (22). A ſepulcro non multum diſtat fraenatricis Minervae (Chalanitida appellant) fanum. Minervam enim aiunt prae ceteris Dis Bellerophonti quum aliis in rebus opitulatam, tum vero a ſe domitum, fraeno iam impoſito, Pegaſum dediſſe. *Quatuor equi ſupra frontem poſiti, quadrigarum inventioni reſpondent, Tullio enim teſte lib.* 3. *de Nat. Deor. Minerva quadrigarum fuit inventrix.*

*De inauribus tribus unionibus ornatis ita loquitur de Venere Homerus in lib.* 14. *Iliad. verſ.* 182.

Inaureſque immiſit in ſcite perforatas auriculas,
Tibus gemmarum oculis inſignes, elaboratas: gratiaque effulgebat multa:

*OTHRYA-*

(9) (*Bottari*) *Muſ. Capitolinum vol.* 3. *vide Banier la Mitologia tradotta dalla Marcheſa Maria Maddalena Ginori vol.* 1. *pag* 189.

(10) *Fabretti Inſcr. cap.* 7. *pag.* 538.

(11) *Buonarroti ad Dempſter. de Etr. Regali Tab.* 74.

(12) *Foggini Memorie dell' Accademia di Cortona Tom.* 2. *pag.* 78.

(13) *D. Auguſt. de Civit. Dei lib.* 18. *cap.* 8.

(14) *Phornutus de Nat. Deor. cap.* 20.

(15) *Ovid lib.* 3. *Faſt. verſ.* 833. Mille Dea eſt operum.

(16) *Tertull. de corona Militis pag.* 293.

(17) *Vopiſcus in Prob. pag.* 658. *appellat Minervam virtutum omnium Deam. In nummis Probi Imperatoris conſpicitur Minerva galeata praeferens dextra oleae ramum, ſiniſtra clypeum, inverſamque haſtam cum epigraphe* COMES AUG.

(18) *Callimac. Hymn. in Lavac. Pallad. verſ.* 132.

(19) *Pauſan. in Phoc. lib.* 10. *cap.* 5. *Vide Nardini Roma antica pag.* 174. *& Donati Roma vetus ac recens pag.* 172.

(20) *Homer. Odyſſ. lib.* 20. *verſ.* 72. Opera autem Minerva docuit inclyta operari.

(21) *Admiranda Romanarum Antiquit. tabula* 35. *& ſeq.*

(22) *Pauſan. in Corinth. lib.* 2. *cap.* 4.

Queſta favola, come oſſerva Monſig. Bottari (9) era ancora antichiſſima appreſſo gli Etruſchi. Imperocchè in una patera Etruſca ſi vede Giove ſedente fra due Donne, una delle quali che ſta al ſiniſtro lato accoglie con ambe le mani Minerva che eſce fuori dal capo di Giove; l'altra dal deſtro lato ſoſtiene con le proprie braccia queſto Nume partoriente trafitto dai dolori. Preſſo la levatrice vedeſi in atto di maraviglia Vulcano con la ſcure, colla quale aprì la teſta di Giove per facilitarne il parto: E ſi vede Minerva armata con aſta, ſcudo, e morione conforme appunto ce l'eſpreſſe Ovidio ne Faſti lib. 3. verſ. 841.

*Dal ſommo della Teſta del Gran Padre*
*E' fama che Minerva uſciſſe fuore*
*D' aſta armata, e di ſcudo, e ſenza Madre.*

Queſta patera fù illuſtrata dai dottiſſimi Antiquari Fabbretti (10), Buonarroti (11), e Foggini (12) il quale s'unì al ſentimento di S. Agoſtino (13) col quale s'accorda Fornuto (14).

Queſta Dea era di molti, ed inſigni attributi (15) arricchita, e dagli Antichi ſi venerava come Protettrice dell' Arti, e dell' Armi (16) e della Virtù (17), e ſi credeva che aveſſe l' iſteſſa potenza di Giove ſuo Padre (18); Onde non è maraviglia che in ogni luogo s'incontrino frequentiſſimi monumenti di queſta Dea. Oltre infinite medaglie, tempii, ſtatue, e gemme era famoſo in Roma il Foro di Minerva mentovato da Pauſania (16), di cui al preſente reſtano alcuni miſerabili avanzi, i quali ſervono a farcene compiangere ſommamente la lacrimevole perdita. Quivi come in mezzo di folte tenebre riſplendono alcuni frammenti del fregio, ove a baſſo rilievo era ſcolpita l' arte del teſſere, che Minerva inſegnò alle figlie di Pandaro (20). Tutti queſti prezioſi avanzi ſono ſtati pubblicati colle ſtampe in rame da Pietro Santi Bartoli a vantaggio degli amatori delle Belle Arti (21).

Facilmente noi poſſiamo giudicare che l'ornamento del morione della noſtra Minerva non ſia invenzione dello ſcultore, ma caratteriſtico della Dea, alle di cui impreſe molto bene s'adatta egualmente che il Cavallo Pegaſeo collocato in cima dell' elmo, e in queſti termini ſpiegato da Pauſania (22) *Non è molto lontano il tempio di Minerva frenatrice (detta Calanitide), perchè ella preſtò aiuto a Bellerofonte, più che gli altri Dei, e gli donò il Pegaſo da lei prima domato.* I quattro Cavalli poſti ſopra la fronte alludono all'invenzione delle quadrighe, conforme c'inſegna l'Oratore Romano nel lib. 3. della natura degli Dei.

Degli Orecchini ornati con tre perle così parla di Venere Omero nell' Iliade lib. 14. v. 182.

*Ai ben bucati orecchi gli Orecchini*
*Si miſe, che a tre gocciole eran fatti,*
*D' alto lavoro; e molto brio ſplendeane.*

OTRIA-

(9) Bottari Muſ. Capitolino vol. 3. Vedi Banier tradotto dalla Marcheſa Maria Madd. Ginori vol. 1. pag. 189.

(10) Fabbretti Inſcr. cap. 7. pag. 538.

(11) Buonarroti aggiunte al Demſtero dell' Etruria Reale Tav. 74.

(12) Foggini memorie dell' Accademia di Cortona Tom. 2. pag. 78.

(13) D. Auguſt. de Civit. Dei lib. 18. cap. 8.

(14) Phorn. de Nat Deor. cap. 20.

(15) Ovid. lib. 3. de Faſti verſ. 833.

(16) Tertullianus de corona Militis pag. 293.

(17) Vopiſco nella vita di Probo pag. 658. chiama Minerva Dea di tutte le virtù. Si vede nelle medaglie di Probo Imperatore Minerva con l' elmo portando nella deſtra un ramoſcello d'Oliva, e nella ſiniſtra lo ſcudo con l'aſta rivoltata con l' iſcrizione COMES AUG. cioè *compagna dell' Imperatore.*

(18) Callimaco nell' Inno di Pallade verſ. 132.

(19) Pauſania lib. 10. cap. 5. Vedi Nardini Roma Antica pag. 147. e Donati Roma Vetus ec. pag. 172.

(20) Omero nell'Odiſſea lib. 20. verſ. 72.

*. . . . . . . I lavori Minerva*
*Inſegnò glorioſi a lavorare.*

(21) Si veggono inciſe nelle Tavole 35. e ſeq. nel lib. intitolato Admiranda Roman. che ſono i Baſſirilievi dell' Antichità di Roma.

(22) Pauſan. lib. 2. cap. 4.

# XXIV.

# *OTHRYADES.*

## APOLLODOTI OPUS,

*Carneolae inciſum.*

### EX MUSEO CORTONENSI.

*HAc in gemma Othryades moriturus aſpicitur, galea caput indutus, ſiniſtra clypeo armatus, dextera proprio ſanguine alio in clypeo ſcribens VICI. Adſunt & alii Lacedaemones, duo extincti, quorum Imperator erat Othryades. Quamplures ſunt Hiſtoriographi* (1), *qui celeberrimum Othryadis facinus narrant, quos inter Herodotus* (2); *Verum Plutarchus in libello de Herodoti malignitate* (3), *Hiſtoricum hunc malevolum, & parum Lacedaemonum gloriae faventem demonſtrat, dum narrat Othryadem e tercentis unum ſuperſtitem redire Lacedaemonem puduiſſe, & propterea ad Tiraeam ſibi mortem conſciviſſe. Quum a veriſimili prorſus abhorreat victorem ſibi manus intuliſſe. Ipſe autem alibi* (4), *ſic rem enarrat,*

Argivis, & Lacedaemoniis de agro Thyreatico altercantibus, Amphyctiones pugna utrinque lectorum hominum rem decernendam cenſuerunt, victorique agrum detulerunt iſtum. Lacedaemonii a ſua parte Otryadem ſummum rei, Argivi Therſandrum praefecerunt. Proelio, de Argivis duo ſuperſtites fuerunt, Agenor, & Chromius qui de victoria civibus nuncium attulerunt. Facta autem quiete, Othryades etiamnum vivens, fultuſque haſtilibus ſemifractis mortuorum ſcuta abſtulit, trophaeum erexit, ſuoque ſanguine id Jovi Trophaeorum tutori inſcripſit. Integrata lite Amphyctiones in rem praeſentem venerunt, litemque ſecundum Lacedaemonios dederunt. Sic Chriſermus in libro tertio rerum Peloponneſiacarum. *Nunc exponam ea, quae de hac re ſcripſit Herodotus* (5).

Caeterum per id tempus & ipſis Spartiatis inciderat cum Argivis contentio de agro, qui dicitur Thyrea. Quem locum & ſi terrae Argolicae partem, tamen Lacedaemonii interciſum tenebant . . . . Cum ergo Argivi ſuo territorio interciſo auxilium ferrent, ibi ab utriſque in colloquium ventum eſt, ut trecens utrinque dimicarent, & ubi ſuperiores extitiſſent, eorum regio foret, atque ambos exercitus in ſuam uterque terram diſcederent, nec permanerent dum dimicaretur, ea ſcilicet cauſa, ne ſi adeſſent, parti ſuccumbenti auxilium ſui ferrent. His conventis in diverſa digrediuntur. Ex utriſque delecti viri qui relicti ſunt conflixerunt: atque illis quidem ut aequo Marte pugnantibus, ex ſexcentis tres omnino reliqui fuerunt: & id noctis interventu, ex Argivis duo, Alcenor & Chromius, qui tanquam victores Argos curſu contenderunt; Ex Lacedaemoniis unus Othryades, qui ſpoliatis Argivorum cadaveribus, eorum arma ad ſuorum caſtra detulit, & ſe in ſuo ordine tenuit. Poſtero die utrique re audita affuerunt, ſibique victoriam vindicabant. Argivi quidem, quod ſuorum plures ſuperfuiſſent, dicentes: Lacedaemonii vero, quod eorum qui ſupererant illi fugiſſent, ſuus perſtitiſſet, & hoſtium caeſos ſpoliaſſet. Ex contentione tandem concurrentes pugnant, ac poſtquam permulti utrinque ceciderunt, Lacedaemonii

(1) *Val. Maximi lib. 3. cap. 2. Stat. Thebaid. lib. 4. v. 47. Ovid Faſt. lib. 2. verſ. 663. Lucii Ampelii Liber Memor. inquit cap. 12. pag. 387. Quinquageni ab una parte concertaverunt. Senec. Suaſor. 2. vol. 3. pag. 21. Lucian. Contemplantes vol. 1. pag. 323., & Rhetorum Praeceptor vol. 3. p. 20. In Antolog. denique pag. 16. Epigram. Crinagorae.* Othryadem Spartae rarum decus, *& Strab. Geogr. vol. 1. lib. 8. pag. 378.*

(2) *Herodot. lib. 1. cap. 83.*

(3) *Plutarch. de Herodoti malignitate vol. 3. pag. 513.*

(4) *Plutarch. in Paral. vol. 2. pag. 306.*

(5) *Herod. Halic. lib. 1. pag. 54.*

XXIV.

# OTRIADE.

## *OPERA D' APOLLODOTO,*

### Inciſa in Corniola.

### *NEL MUSEO DI CORTONA.*

S'Oſſerva in queſta gemma Otriade moribondo coll' elmo in teſta, che col ſiniſtro braccio tiene lo ſcudo, e colla deſtra mano ſcrive col proprio ſangue in un altro ſcudo: HO VINTO. Gli ſtanno accanto due altri Lacedemoni eſtinti, dei quali era il Generale Otriade. Molti ſono gl' Iſtorici (1), i quali raccontano il famoſo fatto d' Otriade, e fra queſti Erodoto (2); ma Plutarco nell' Opuſculo ſopra la malignità d' Erodoto (3) dimoſtrò quello Iſtorico malevolo, e poco favorevole alla gloria de' Lacedemoni, mentre narra, che Otriade rimaſto ſolo dei trecento ſoldati ſi vergognò di ritornare a Sparta, e perciò s' ucciſe da per ſe ſteſſo a Tirea. E' molto inveriſimile, che un vincitore ſi dia la morte. Ma egli altrove (4) così racconta queſto fatto.

*Altercando inſieme gli Argivi, ed i Lacedemoni ſopra il territorio di Tirea, gli Amfizioni decretarono, che ambedue le parti con uomini ſcelti definiſſero queſta lite coll' armi alla mano, e che foſſe queſto territorio conſegnato al vincitore. I Lacedemoni crearono dalla parte loro per Generale Otriade, gli Argivi Terſandro. In queſta battaglia due ſoli reſtarono in vita degli Argivi, Agenore, e Chromio, i quali portarono la novella della vittoria ai ſuoi concittadini. Otriade ancor vivente appoggiato a dei tronchi d' aſte preſe gli ſcudi dei morti, ed ereſſe a Giove un trofeo vergato col proprio ſangue. Nata diſſenſione fra queſti due popoli gli Amfizioni vennero ad eſaminar l' affare, e ſentenziarono in favor dei Lacedemoni, così narra Chriſermo nel terzo libro delle coſe del Peloponneſo.* Ora eſporrò quello che di queſta azione ſcriſſe Erodoto (5).

*Ma a coſtoro nel medeſimo tempo era accaduta una conteſa con gli Argivi intorno alla campagna chiamata Tirea. Il qual luogo, come che parte dell' Argolica terra, pure i Lacedemoni tenevano intercetto . . . . Ora gli Argivi andati per ſoccorrere le lor terre occupate dai Lacedemoni, vennero gli uni, e gli altri a ragionamento, col patto che trecento per parte combatteſſero, e quelli che reſtaſſero vincitori foſſe di loro il paeſe, ed ambedue gli eſerciti al loro paeſe ritornaſſero, nè reſtaſſero mentre combattevaſi, a motivo che ſe preſenti foſſero ſtati non deſſero aiuto alla parte ſuccumbente. Convenute queſte coſe ſoli partirono. Coloro che da una parte, e dall' altra erano ſtati ſcelti vennero a battaglia, e con egual ſorte combatterono: Di ſecento ne rimaſero tre, e ciò ſull' imbrunir della notte. Degli Argivi due, Alcenore, e Chromio, i quali come vincitori corſero ad Argo. Degli Spartani il ſolo Otriade, il quale ſpogliati i cadaveri degli Argivi, portò le armi ai ſuoi alloggiamenti, ed egli reſtò nel campo. Il giorno dopo gli uni, e gli altri informati del fatto colà vennero, ed entrambi attribuivano a ſe la vittoria. Gli Argivi dicevano, perchè più de' ſuoi n' erano reſtati; Ma i Lacedemoni dicevano, che quelli ch' erano avanzati, avevano preſo la fuga, e che il ſuo era ſuperſtite, ed aveva ſpogliato i morti dei nemici. Finalmente dalla conteſa vennero all' armi, ed eſſendo molti*



(1) Val. Maſſ. lib. 3. cap. 2. Stazio nella Tebaide lib 4. v. 47. Ovidio lib. 2. Faſt. v. 663. Lucio Ampelio nel lib. delle Coſe Memorabili cap. 12. dice che furono cinquanta per parte. Seneca nelle Suaſorie, Luciano nel vol. 1. p. 323. e vol. 3. pag. 20. e Strabone vol. 1. lib. 8. pag. 378. Finalmente nel lib. 1. dell' Antologia v' è un epigramma di Crinagora che principia: *Otriade raro decoro di Sparta.*

(2) Erodoto lib. 1. cap. 82.

(3) Plutarco della malignità d' Erodoto vol. 3. pag. 513.

(4) Plutar. ne' Paralelli vol. 2. pag. 306.

(5) Herod. Halic. lib. 1. pag. 54.

monii vincunt . . . . . Othryadem, qui unus e trecentis delectus reliquus fuiſſet, ajunt pudore Spartam revertendi ob ſocios interfectos illic apud Thyreas mortem ſibi conſciviſſe (6).

*Praeclarae huius victoriae gaudium publicis laetitiae monumentis teſtati ſunt Lacedaemones, quorum ita meminit Athenaeus* (7) Thyreaticas Lacedaemones coronas quaſdam appellant, ut tradit Soſibius in libro de ſacrificiis, è palma factas: eas victoriae monumentum, quam ad Thyream obtinuerunt, geſtant chororum duces in quodam feſto, cum & ludis publicis nudi per urbem incedunt chori, prior quidem puerorum, ſequens virorum fortium qui nudi ſaltant: Thaletis, vel Alcmanis cantica recitantes. *Quamplures gemmas hoc facinus exprimentes vidi, ex quibus inferre datur apud antiquos maximi Othryadis animum habitum fuiſſe. Has inter una elegans, & narrationi, quam retulimus, reſpondens aſſertur in Muſeo Florentino* (8), *ubi eſt Othryades ſemianimis ſiniſtra clypeum retinens, dextra innixus in ſcutum a milite humi jacente erectum, in quo ſcriptum eſt VICTOR. Quod adamuſſim cum hac Luciani deſcriptione convenit* (9). Argivos cernis, Charon, & Lacedaemonios, illumque ſemianimem Imperatorem Othryaden, qui inſcribit trophaeum ſuo ſanguine. *Noſtra equidem in gemma digito videtur ſuam inſcribere victoriam, prout Statii Scholiaſtes Lutatius refert in 4. lib. Theb. verſ. 47.*

*Apud Abr. Calkoen Patricium Amſtelodamenſem cunctis animi, ac ingenii dotibus praeditum adſervatur gemma* (*) *non ineleganti opificio ſculpta* (*quam equidem ipſi amicitiae pignus dono dedi*) *Jaſpide rubro, in qua Othryades humi ſedens galeatus, reliquo corpore nudus, clypeum ſiniſtra amplectitur, in quem & nititur, alium ſuper clypeum e regione poſitum dextera ſcribere videtur. Tribus mortuorum figuris ornatur, quarum altera inverſo capite eſt pone clypeum, in quem Othryades nititur, altera in medio, jacet tertia, & ſuſtentare videtur clypeum pectore ſubimpoſitum, in quo ſcribit trophaeum Othryades* (10). *Maxime ad rem noſtram pertinet Dioſcoridis epigramma inter ſepulchralia carmina a Ruiſchio* (11) *in Anthologia Graeca editum, in quo duo juvenes Argivi finguntur invicem loqui, qui ſoli ſuperſtites è certamine, ac perſuaſi neminem ſpirare hoſtium jacentium, luſtraſſe mortuos, ſtupore ſcilicet perculſos erecti trophaei,*

Rapta quis arma recens quercu ſuſpendit in alta?
  Cujuſnam nomen Dorica pelta refert?
Sanguine terra madet Tyreatis, nos duo tantum
  Argivum e numero, turba relicta ſumus.
Corpora caeſa vides, tribuit ſed forſitan hoſtis
  Immeritum Spartae morte premente decus.
Siſte gradum; in clypeo celebrata eſt fama Laconum,
  Hoc proprio Othryades ſanguine fecit opus.
Haec tamen Omnipotens ſummi Regnator Olympi
  Non bene viſa tibi praelia nocte premas,

*TAVRVS*

(6) *De hac Hiſtoria loquitur Stobaeus e fragmentis Theſei Serm. VII. de fortitudine pag. 92. Othryades interim multis hoſtium ſpoliis trophaeum erexit: cui illinens vulnerum ſuorum ſanguinem titulum fecit: LACEDAEMONII CONTRA ARGIVOS, atque hoc peracto mortuus eſt. Et diffuſe hanc Hiſtoriam celeberrimus Meurſius Miſcell. Lacon. lib. 4. c. 13. Gronov. vol. 5. pag. 247. & ſeq.*

(7) *Aten. lib. 15. pag. 678.*

(8) *Gori Muſ. Flor. vol. 2. Tab. 61. num. 4.*

(9) *Lucian. Contempl. Vol. 1. pag. 523. & vide notas & Vol. 3. p 20. Phetorum praec.* Legantur ſanguineae Othryadis literae. (*) *Tab. XIII. N. II.*

(10) *Haud res noſtras jactandi gratia, ſed lectorum monendorum ergo hic animadvertimus gemmam iſtam unam eſſe ſuperſtitem, quae tot figuris de Othryadis monumento ornata aſpiciatur, quamvis multis quoque laudibus celebranda ſit illa quoque quam Winckelmann in deſcript. des Pier. Grav. de Stoſch pag. 405. laudat, cum iſcriptione in clypeo ſculpta NIKAI.* Victoriae.

(11) *Ruiſch. Antolog. Carm. 61. vide notas pag. 158.*

*dall' una, e dalla altra parte i Lacedemonii furono vincitori . . . . . Otriade, il quale unico era reſtato dei trecento ſcelti, raccontaſi, che vergognandoſi di ritornare a Sparta, per eſſere ſtati uccisi i ſuoi compagni, colà preſſo Tirea egli ſi diede la morte* (6).

Di queſta ſegnalata Vittoria dimoſtrarono gli Spartani una univerſale allegrezza, come ci vien deſcritto da Ateneo (7) dicendo, che *i Lacedemoni certe corone fatte di palma chiamano Tireatiche (come dice Soſibio nel lib. dei Sagrifizii). I conduttori dei cori in una certa feſta portano queſte corone, monumento della vittoria ottenuta a Tirea. Così nei pubblici ſpettacoli vanno i cori nudi per la Città; Il primo dei quali è compoſto di giovinetti, il ſecondo d' uomini forti, i quali ſaltano nudi, cantando verſi di Talete, e d' Alcmane*. Ho veduto moltiſſime gemme eſprimenti una ſimile impreſa, dalle quali ſi può inferire, in quanta ſtima foſſe appreſſo gli Antichi il valoroſiſſimo Otriade. Tra queſte gemme una molto elegante, e confacente alla noſtra iſtoria è riportata nel Muſeo Fiorentino (8), dove ſi vede Otriade ſemivivo, che tiene lo ſcudo nella ſiniſtra, e colla deſtra è appoggiato ad un clipeo (ſoſtenuto da un ſoldato giacente), nel quale ſtà ſcritto VICTOR, cioè IO SON VINCITORE. La qual coſa s' accorda eſattamente colla ſeguente deſcrizione di Luciano (9). *Tu vedi o Caronte gli Argivi, e i Lacedemoni, e quel ſemivivo Otriade, Generale d' armata, che ſcrive il ſuo trionfo col ſuo ſangue*. Nella noſtra gemma adunque ſi vede Otriade ſcrivere col dito tinto di ſangue la ſua vittoria, tale appunto come narra Lutazio Scoliaſte di Stazio nel libro 4. della Tebaide verſ. 47.

Appreſſo il Sig. Abramo Calkoen Patrizio di Amſterdam ornato di tutte le doti dell' animo ſi conſerva una gemma (*) ſcolpita in diaſpro roſſo di lavoro non mediocre (da me donatagli in atteſtato d' amicizia), nella quale ſi vede Otriade nudo ſedente in terra col morione, ed ha imbracciato colla ſiniſtra lo ſcudo, e colla deſtra ſcrive ſopra d' un' altro, che gli ſtà di faccia. Queſta gemma è ornata di tre figure, una delle quali col capo rivolto è preſſo uno ſcudo, al quale s' appoggia Otriade, l' altra giacente nel mezzo, la terza ſoſtiene lo ſcudo poſtole ſopra il petto, nel quale ſcrive Otriade il ſuo trionfo (10). Fa molto a propoſito alla noſtra iſtoria l' epigramma di Dioſcoride publicato dal Ruiſchio (11) nell' Antologia Greca fra i verſi ſepolcrali, dove ſi finge due giovani Argivi parlare inſieme, che ſoli erano ſopravviſſuti alla battaglia, e perſuaſi che neſſuno dei nemici viveſſe, eſaminarono i cadaveri, e reſtarono ſorpreſi del trofeo erettovi.

*E chi gli ſcudi di recente tolti*
*A queſta quercia appeſe, e chi mai porta*
*Nella Dorica pelta inciſo il nome?*
*E' di Tirea pieno di ſangue il campo,*
*E noi ſoltanto delle truppe Argive*
*Noi due ſoldati ſiam rimaſti in vita.*
*Oſſerva dei Spartani ogni abbattuto*
*Corpo dal ferro, ſe qualcun vi ſia*
*Nell' arena di Marte ancor ſpirante*
*Che alla ſua patria con inganno, e frode*
*Abbia ſublime gloria partorito.*
*Ma ferma il piè, qui de' Laconi eſpreſſa*
*La parlante vittoria è nello ſcudo,*
*Del ſangue d' Otriade ancor fumante,*
*E dell' opra l' autor palpita ancora.*
*Deh tolli ò Giove la memoria odioſa*
*D' una ſì atroce, e ſì eſecrabil guerra.*

R 2 TORO

(6) Di queſta Iſtoria ne parla ancora Stobeo nei frammenti diſcorſo VII. pag. 92. nei quali dice che Otriade delle ſpoglie dei Nemici alzò un trofeo, e col ſangue che ſcorreva dalle ſue ferite vi ſcriſſe queſto I LACEDEMONI CONTRO GLI ARGIVI, e poi dopo morì. Il ſempre celebre Meurſio parla diffuſamente di queſta Iſtoria nelle Miſcellanee degli Spartani lib. 4. cap. 13.

(7) Aten. lib. 15. pag. 678.

(8) Muſ. Flor. vol. 2. Tav. 61. n. 4.

(9) Luciano Vol. 1. pag. 523. Vedi le note, e nel Vol. 3. pag. 20. dice. *Si leggano le lettere tinte del ſangue d' Otriade*.

(*) Tav. XIII. N. II.

(10) Non a motivo d' oſtentazione avvertiamo il Lettore eſſere unica queſta gemma, la quale ſi vegga ornata di tante figure di queſto celebre monumento d' Otriade; benchè è degna di gran lode ancora quella gemma, riportata dal Sig. Abate Winkelmann nella deſcrizione delle gemme di Stoſch pag. 405. con l' iſcrizione inciſa nello ſcudo NIKAI cioè ALLA VITTORIA.

(11) Ruiſch. Anthol. Carm. 61. vedi le note pag. 158.

# XXV.

# TAURUS PROCUMBENS.

## APOLLONIDIS OPUS,

*Sardonychi inciſum.*

EX MUSEO PHILIPPI BAR. DE STOSCH (1).

A*Pollonides inter paucos artifices, eoſque probatiſſimos a Plinio* (2) *numeratur*. Poſt Pyrgotelem (*inquit ille*) Apollonides & Cronius in gloria fuere, quique Divi Auguſti imaginem expreſſit, qua Principes ſignabant, Doſcorides. *Minuta ejus opera temporum injuria periiſſe cur mirêmur*, cum Regna palam moriantur, & urbes (3)? *Mirandum potius aliquid edacis aevi faucibus ereptum ſuperfuiſſe, quemadmodum noſtra haec unica gemma, in qua pars tota ſuperior deeſt. Ibi ſervatum eſt Tauri caput humi procumbentis, velut nimio labore defeſſi.*

*Pulchrarum artium profeſſores animalium formas exprimere indignum non putarunt; imo tam pictores quam ſculptores hoc artificio ſibi maximam laudem quaeſivere, quos inter memoratur Nicias Nicomedis filius* (4) *in pingendis animalibus aetatis ſuae praeſtantiſſimus. Polygnotus* (5) *adeo inclaruit* ut picto Lepore opinionem praebuerit *intuentibus vivum illud eſſe animal*. Artificioſa equi pictura Aglaophontem (6) nobilitavit. *Apelles* (7) *etiam aeternum pingendis Equis ſibi nomen comparavit, dum inquit Plinius:* Eſt & equus eius, ſive fuit, pictus in certamine; quod judicium ad mutas quadrupedes provocavit ab hominibus. Namque ambitu aemulos praevalere ſentiens, ſingulorum picturas inductis equis oſtendit: Apellis tantum equo adhinnivere, idque & poſtea ſemper illius experimentum artis oſtentatur.

*Canem Protogenes mire expreſſit* (8) non judicabat ſe exprimere in eo ſpumam anhelantis poſſe, cum in reliqua omni parte (quod difficillimum erat) ſibi ipſe ſatisfeciſſet. Diſplicebat autem ars ipſa, nec minui poterat, & videbatur nimia, ac longius a veritate diſcedere, ſpumaque illa pingi non ex ore naſci, anxio animi cruciatu, cum in pictura verum eſſe, non veriſimile vellet: abſterſerat ſaepius, mutaveratque penicillum, nullo modo ſibi approbans. Poſtremo iratus arti, quod intelligeretur, ſpongiam eam impegit inviſo loco tabulae, & illa repoſuit ablatos colores, qualiter cura optabat, fecitque in pictura fortuna Naturam. Hoc exemplo ſimilis & Nealcem ſucceſſus in ſpuma Equi, ſimiliter ſpongia impacta, ſecutus dicitur, cum pingeret poppjzonta retinentem equum. *Itemque Pauſon* (9) conduxerat is pingendum Equum qui ſe ſe volutaret: pinxit currentem, & locatore inique id ferente, ridens tabulam invertit, ut inferis ſurſum elatis partibus Equus iam non currens, ſed volutans ſe ſe videretur.

*Nec peritiſſimi ſculptores in ſculpendis animalibus ab eo ſtudio abhorruere, imo ſummam gloriam ex eo ſunt conſequuti. Horum quidem opera, propter ſingulare artificium admirationi fuerunt, & immortalitati literarum beneficio donata. In his praecipue Strongylion* (10) qui boves & equos

unus

(1) *Stoſch. Gem. Tab.* 11. *Ex Muſeo Ducis Devonſchire, inquit, Ab. Winkelman.*

(2) *Plin. Hiſt. lib.* 37. *cap.* 1.

(3) *Sannazarus de Partu Virginis lib.* 2. *verſ.* 221.

(4) *Pauſanias lib.* 1. *cap.* 29.

(5) *Iunius Catalog. Pictor Statuar. pag.* 174.

(6) *Aelian in Epilogo Operis Animal. pag.* 972.

(7) *Plin. Hiſt. lib.* 35. *cap.* 10.

(8) *Loc. cit. fuſius Val. Maxim. lib.* 8. *cap.* 11. *num.* 7. *apud exteros.*

(9) *Plutarchus cur Pythia nunc non reddat Oracula vol.* 3. *pag.* 389.

(10) *Pauſanias lib.* 9. *cap.* 30.

# XXV.

# TORO GIACENTE.

## *OPERA D' APOLLONIDE,*

### Inciſa in Sardonica.

*DEL MUSEO DEL BARON DE STOSCH* (1).

(6) De' celebri Comici i quali fiorirono nel tempo del Grande Aleſſandro vedi Plutarco nella vita di Aleſſandro vol. 2. pag. 468.

(7) Queſta gemma inciſa in bella corniola è appreſſo il Sig. Giovacchino di Rendorp Patrizio d' Amſterdam, giovine virtuoſiſſimo, ed ornamento della ſua patria. Nel Grutero Tom. 1. part. 1. pag. 114. num. 6. ſi ritrova ſolamente un' unico monumento di un certo Statulio.

AL FONTE DIVINO
UN ARA L. POSTUMIO *
STATULIO PER VOTO
DEDICA.

* *Emorali Statullio Pigh.* così dice Grutero nelle note.

(*) Tav. XV. N. II.

## *ARCIONE.*

Nella prefazione del libro di Natter (1) ſi rammenta l' Artefice ΑΡΚΙΟΝΟϹ: Arcione: forſe è ſtato ſecondo il ſolito inciſo queſto nome per accreſcer pregio alla gemma.



(1) Natter. Traitè de graver en pierres fines ec.

# ASPASIUS.

*GEmmam hanc Minervae Salutiferae Caninius* (1) *e Muſeo edidit Rondaninio, dupliciterque lapſus eſt, tum quia Aſpaſii nomen Aſpaſiae Periclis uxoris poroprium credidit, & male* ΑϹΠΑϹΟΥ *pro* ΑϹΠΑϹΙΟΥ *lectitavit, tum quia pro quinque equis quatuor aves in fronte ſibi videre viſus eſt. Huic ſimilem Cameum protulit eruditiſſimus Cauſaeus* (2) *eumque Aſpaſiam ſub Minervae ſpecie referre ſcripſit. Menagius autem* (3) *de hoc eodem lapide loquens:* non video (*inquit*) quomodo ASPASOS *pro* ΑΣΠΑΣΙΑ dici poſſit? *Gronovius* (4) *clare aſſerit hoc eſſe nomen Artificis, Minervamque gemma exprimi. Summa cura Baro de Stoſch* (5) *ipſam publici juris fecit, ſecuroque teſtatus eſt animo, illam ab Aſpaſio fuiſſe elaboratam, atque ut aſſertionem certo firmaret argumento gemma Jovem exprimente & idem Artificis nomen referente uſus eſt.* Pulcherrimam (*ait*) Minervae imaginem emandatiſſimis vultus lineamentis medio pectore tenus gemmae inſculpſit inſignis Artifex Aſpaſius. *Noluit doctus auctor ſtatuere quo tempore celeberrimus hic floruerit Artifex. Mihi autem liceat credere illum aureo Auguſti vixiſſe ſaeculo, quo tot inter ſe celeberrimi Artifices de ingenio artiſque peritia certarunt. Illius enim lineamenta perbelle aetatis excellentiae conveniunt, litterae vero, quibus aeternitati nomen ſuum voluit commendatum, adeo pulchro, perfectoque exaratae ſunt ſtylo, ut optime aequiparentur litteris Dioſcoridis, Hylli ec. quum & ipſae incredibili ſint parvitate, punctiſque diſtinctae iuxta illius temporis morem. Illud autem quod admiratione dignius in illuſtri caelatore praeter pulchritudinem, elegantiamque operis, eſt laboris difficultas in galea quinque in fronte equis ornata; Pegaſus, & Sphinx ſuperiorem partem obtinent, totumque id expreſſum eſt tali magiſterio, ut cuiuſvis Oratoris exſuperet facundiam.*

*Ex Iovis fragmento, quod adhuc ſupereſt, noſcitur illuſtris huius Artificis manus, prout etiam Clar. Gori conſentit* (6). Verum ex ipſo (*inquit*) quoque fragmento, in quo Jupiter ſculptus eſt tunicatus, facile cognoſci poteſt, quam egregius ſcalptor fuerit Aſpaſius eius auctor. Nulli certe aetatis ſuae ſecundum fuiſſe tum diligentia, tum caelandi peritia, intelligere melius poſſumus ex alia gemma pulcherrima, in qua Minerva Salutifera ſcalpta eſt magno ſtudio ac labore (7).

IUP-

(1) *Canini Images des Heros Tab. 93. pag. 344.*

(2) *Cauſaeus Muſ. Roman. Sect. 1. pag. 5. Sect. 2. p. 39.*

(3) *Menag. Hiſtoir. des Femmes Philoſoph. pag. 14.*

(4) *Gronovius Antiq. Graec. vol. 2. pag. 85.*

(5) *Stoſch Gem. Ant. Tab. 13. pag. 17.*

(6) *Muſ. Florent. vol. 2. Tab. 3. pag. 14. Idem in Muſ. Etruſco vol. 2. pag. 91. de hac gemma auguratur hanc imaginem deſumptam fuiſſe ab aliquo Etruſco Minervae ſimulacro. Contra ego arbitror eſſe profecto Graecum opificium, & ſtyli grandioris.*

(7) *Nonnullae celebris Muſei Medicea Liburni gemmae Artificum nominibus inſignitae ſunt antiquae, atque opificio praeſtantes, quamvis Artificum nomina a Flavio Sirleti ſcalpta profecto ſint, nonnullae & opus & nomina eiuſdem eximii ſunt Artificis, ut Agrippina ASPASII ſub Cereris imagine.*

# *A S P A S I O.*

NEl pubblicar queſta gemma di Minerva Salutifera del Muſeo Rondanini preſe doppio sbaglio il Canini (1), sì perchè il nome di Aſpaſio lo credette per Aſpaſia Moglie di Pericle, sì perchè malamente leſſe ΑΣΠΑΣΟΥ in vece d'ΑΣΠΑΣΙΟΥ, sì ancora perchè invece di cinque Cavalli, gli parve di vedere ſulla fronte quattro uccelli. Il Dotto Sig. de la Chauſſe (2) dette un conſimil Cammeo alla luce, e ſcriſſe che rappreſentava Aſpaſia ſotto la figura di Minerva. Ma Menagio (3) parlando di queſta iſteſſa pietra dice: *Non veggo come poſſa dirſi ASPASOS per ASPASIA*. Gronovio (4) aſſeriſce chiaramente eſſere queſto il nome dell' Artefice, e che nella gemma è eſpreſſa Minerva. Con tutta la maggiore accuratezza la fece comparire al pubblico il B. Stoſch (5) che niente eſitò a riconoſcervi il nome dell' artefice Aſpaſio, adducendone giudizioſamente per prova la pietra rappreſentante Giove, che è della medeſima mano, e porta il medeſimo nome della Minerva: poi dice. *L' inſigne arteſice Aſpaſio ha inciſo in una gemma la belliſſima immagine di Minerva fino a mezzo il petto con correttiſſimo diſegno del volto*. Non ha voluto il dotto autore decidere in che tempo poſſa eſſer fiorito queſto eccellentiſſimo arteſice. Io però giudicherei eſſere viſſuto nell'aureo ſecolo d' Auguſto: allorchè fra di loro gareggiarono tanti famoſi inciſori; Imperocchè la ſua maniera del lavorare corriſponde pienamente all'eccellenza di quel ſecolo, e le lettere, per le quali ha voluto eternare il ſuo nome, ſono di tanta bellezza, e perfezione, che non la cedono punto alle lettere di Dioſcoride, e d' Illo ec. eſſendo ancora d'una piccolezza incredibile co' ſoliti puntini nell'eſtremità delle lettere, ſecondo il coſtume di quei tempi. Ma quello, che ſi deve ammirare nell'illuſtre inciſore, non è tanto la bellezza e l'eleganza dell'intaglio, quanto la difficoltà del lavoro nel morione ornato di cinque Cavalli ſopra la fronte. Il Cavallo Pegaſeo, e la Sfinge ſono nella parte ſuperiore; e tutto è eſpreſſo con tal maeſtria, che non ſi può ſpiegare con termini ſufficienti.

Dal frammento di Giove ancora eſiſtente ſi riconoſce l'illuſtre mano di queſto arteſice, come aſſeriſce il Chiar. Dottor Gori (6) *Dall' iſteſſo frammento nel quale è inciſo Giove con la tunica facilmente ſi può conoſcere quanto eccellente ſia ſtato inciſore Aſpaſio. Certamente non fu inferiore ad alcuno nei tempi ſuoi, per la diligenza, e perizia d' intagliare, come meglio poſſiam comprendere dall' altra belliſſima gemma, nella quale con tanto ſtudio e travaglio ha inciſa la Minerva Salutifera* (7).

T 2 GIOVE

(1) Canini Immagini degli Eroi Tav. 93. pag. 344.

(2) Cauſæus Muſ. Rom. Sect. 1. pag. 5. Sect. 2. pag. 39.

(3) Menag. Hiſtoire des Femmes philoſophes pag. 14.

(4) Gronov. Ant. Greche vol. 2. pag. 85.

(5) Stoſch Gem. T. 13. pag. 17.

(6) Gori Muſ. Flor. vol. 2. T. 3. pag. 14. Il medeſimo nel Muſ. Etruſco vol. 2. p. 91. parlando di queſta gemma, s' immagina eſſere ſtata preſa queſta immagine di Minerva da qualche figura Etruſca. Io giudico certamente eſſer d' un lavoro Greco, e d' uno ſtile ancora grandioſo.

(7) Alcune gemme del celebre Muſeo Medina in Livorno reſe illuſtri per i nomi degli Artefici, ſono antiche e di lavoro eccellente, benchè i nomi degli Artefici ſiano ſtati inciſi da Flavio Sirleti, alcune altre poi, e il lavoro, e i nomi ſono del ſopramentovato arteſice, come l' Agrippina col nome d' ASPASIO ſotto la figura di Cerere.

# XXVIII

# JUPPITER.

## ASPASII OPUS,

*Iaſpidi rubro inciſum.*

*EX MUSEO OLIM MEDICEO NUNC S. C. M.*

E*Gregium iſtud antiquitatis fragmentum explicandum ſuſcipienti, & diu mecum reputanti cuinam ex Diis magis idem congrueret, ſatius tandem viſum eſt a Baronis Stoſch* (1) *ſententia non diſſentire, qui Jovem eſſe arbitratur cum pallio Philoſophis, & Aeſculapio* (2) *quoque communi; quanquam ei non aſſentiar in ornatu querneae coronae, quam Numinis capiti attribuit; ſed magis placeat opinio Gorii* (3) *qui faſciam putavit, quae Jovis eſt peculiare magis ornamentum, ut videre eſt in Jovis figura Barberinis candelabris* (*) *affabre exſcalpta, quam huius tabulae ornandae gratia refero. Ibi eximius artifex numine dignam gravitatem ſeveritatemque vultus expreſſit venerabilis quoque in oris lineamentis, prolixa barba, capillis partim poſt humeros, partim ante pectus paſſis. Dextra fulmina, ſiniſtra haſtam oblongam inferius ſuperiuſque globo terminatam tenet* (4)*: ſiniſtro brachio pallium advolvitur, pedes ſandaliis ornantur* (5). *Hoc modo* (*inquit Gorius* (6)) *Juppiter Fulminator, Fulgerator, Tonans, repraeſentatur*. Juppiter nudus ſtans exhibetur in gemmis VI. & VIII. in Tab. LV. ac fulmen, quod cum hymnis cultum fuiſſe apud Selucienſes tamquam Deum, ex Appiano (7) compertum eſt, manu tenet, altera vero ſceptrum ſive haſtam in magno quoque honore habitam apud veteres. Hinc ab Homero, quem Poetae ſecuti ſunt Αργικεραυνος, Αϛεροπητης, Επιβρεμετης. Fulminator, Fulgerator, Tonans, dictus. *Eodem prorſus modo in nummo Auguſti argenteo cum epigraphe JOV. TON. viſitur, in quo eſt aedes Hexaſtilos & in eius medio Juppiter nudus ſtans ſiniſtra haſtam oblongam, dextra fulmina tenet* (8). *Hic nummus cuſus eſt, quum Auguſtus* (9) *in expeditione Cantabrica a fulguris periculo liberatus in Capitolio templum Jovi Tonanti aedificavit* (10).

*Prae-*

(1) *Stoſch. Gem. T.* 14. *p.* 18.

(2) *Caylus Antiq. Aegypt. vol.* 1. *pag.* 161. *Scio capita iſtorum duorum numinum confuſioni obnoxia, potiſſimum ſi attributis caruerint.*

(3) *Gori Muſ. Flor. vol.* 2. *tab.* 3. *num.* 1.

(*) *Tab. XVI. n.* 1.

(4) *Haſtam quam manu tenet inferius, ſuperiuſque globo terminatam Imperii caeleſtis atque inferni ſymbolum conjicere licet. Iuppiter Infernus ab Hom. lib.* 9. *v.* 457. *De haſtis inquit Iuſtinus Hiſtor. lib.* 43. *cap.* 3. Nam & ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres haſtas coluere; ob cuius religionis memoriam adhuc Deorum ſimulacris haſtae adduntur.

(5) *De Sandaliis quibus ſtatuae Iovis ornantur, quum Clar. Montf. Antiq. vol.* 1. *tab.* 9. *&* 11. *pag.* 35. *ne verbum quidem faciat, nil ego pariter audeam in medium proferre.*

(6) *Muſ. Flor. Tab.* 55. *vol.* 1. *pag.* 108.

(7) *Appian. Alexandr. de Syriac. pag.* 202.

(8) *Quamplurimi Ioves conſimiles cum haſta & fulmine reperiuntur apud Montf. Antiq. vol.* 1. *Tab.* 8. *&* 9. *& Maffeium Gem. vol.* 2. *Tab.* 24. *Petr. Arb. Diver. Poet. Luſ. Carm.* 8. *pag.* 11. *inquit* Fulmen habet Mundi Dominus. Et Heſiod. Deor. gener. v. 71.

. . . . . . . . . ille autem in Caelo regnat
Ipſe habens tonitru atque ardens fulmen

*Seneca lib.* 2. *quaeſt. natur. cap.* 43. *vol.* 2. *pag.* 690. *inquit.* Ad coercendos animos imperitorum ſapientiſſimos viros Iovi fulmen tradidiſſe; ad conterrendos itaque eos, quibus innocentia, niſi metu, non placet.

(9) *Sueton. in vita Auguſti cap.* 29. *& Dio Caſſ. lib.* 54.

(10) *Montfauconius vol.* 1. *antiq. tab.* 13. *pag.* 44. *refert inſcriptionem IOVI SANCTO BRONTONTI. BONO DEO BRONTONTI, & aliam Gruterus IOVI FULMIN. FULG. TONANTI ideſt Iovi Fulminatori, Fulgeratori, Tonanti. Iuppiter fulminator in nummo Seleucenſium* ζευς κεραυνιος. *Vaillant num. Graeca pag.* 244. *Vide in vol.* 2. *Hiſtoire des Inſcript. pag.* 13. *diſſertationem Tilladet de Iovis Tonantis cultu: Horphei Hymnos de Iove Fulminante & Coruſcante pag.* 301. *&* 302.

## XXVIII.

# G I O V E.

## *O P E R A D' A S P A S I O,*

### Inciſa in diaſpro roſſo.

*DEL MUSEO MEDICEO OGGI DELLA S. C. M.*

NEll' intraprendere a ſpiegare queſto egregio frammento d' Antichità riflettendo molto tempo tra me ſteſſo, a quale degli Dei più conveniſſe, finalmente ſtimai bene non diſcordare dal ſentimento del Baron Stoſch (1), in quanto l' ha giudicato un Giove col Pallio comune ancora ai Filoſofi, e ad Eſculapio (2): quantunque io non convenga con eſſo lui nell'attribuirli per ornamento del capo una corona di quercia; e mi piaccia piuttoſto col Gori (3) di ſoſtituire a quella una faſcia, che è l' ornamento più conforme a queſta Deità, come ſi vede nella figura di Giove ſcolpita eccellentemente nei Candelabri Barberiniani, la quale io qui riporto (*). L' eccellente artefice lo ha eſpreſſo in aria grave, e ſevera degna di queſto Nume; ed ancora venerabile nei lineamenti della faccia, e nella barba, e nei capelli parte ſparſi dietro le ſpalle, e parte avanti il petto. Tiene nella deſtra i fulmini, e nella ſiniſtra un'aſta lunga terminata d'ambedue le parti in un globo (4), avendo avvolto al ſiniſtro braccio il pallio, ed ornati i piedi dei ſandali (5). In queſta maniera, come dice Gori (6) ci vien rappreſentato Giove Fulminatore, Folgoratore, e Tonante. *Il Giove nudo ſtante della gemma VI. e VIII. della Tavola LV. tiene con una mano il fulmine che ( al riferir d' Appiano Aleſſandrino (7)) fù venerato con gl' Inni dei Seleuci come un Dio; coll' altra uno ſcettro overo un aſta avuta in grande onore preſſo gli Antichi; perciò da Omero ſeguitato dagli altri Poeti è detto Fulminatore, Folgoratore, Tonante*. Nell' iſteſſo modo è rappreſentato in una medaglia di Argento d'Auguſto con l'Iſcrizione IOV. TON. ( cioè Giove Tonante ) in cui un tempio di ſei colonne; nel mezzo del quale ſi vede Giove nudo in piedi tenendo nella ſiniſtra un'aſta lunga, e nella deſtra i fulmini (8). Fù battuta queſta medaglia allorchè Auguſto nella ſpedizione Cantabrica fù ſalvato da un fulmine (9) e perciò edificò nel Campidoglio un tempio a Giove Tonante (10).

Tra-

(1) Stoſch Gem. Tom. 14. pag. 18.

(2) Dice beniſſimo il Sig. Caylus vol. 1. pag. 161. che le Teſte di queſte due Deità, cioè di Giove ed Eſculapio ſono facili a confonderſi particolarmente ſe mancano loro gli attributi.

(3) Gori Muſ. Flor. vol. 2. T. 3. num. 1.

(*) Tav. XVI. N. I.

(4) L'aſta che tiene in mano terminata da ambedue le parti in un globo ſi può facilmente interpetrare per il ſimbolo dell' imperio celeſte ed infernale eſſendo detto da Omero nell' Iliade lib. 9. verſ. 457. Giove infernale. Giuſtino parlando dell' aſte dice nel lib. 43. cap. 3. *Nel principio gli Antichi veneravano l' aſte in vece degli Dei immortali, in memoria della qual religione preſentemente ſi aggiungono le aſte alle ſtatue degli Dei*.

(5) Dei Sandali, coi quali ſono ornate le ſtatue di Giove, ſiccome Montfaucon nel vol. 1. T. 9. e 11. non ſpiega queſti ornamenti, nè pur io ardiſco d' azzardare dubbioſe congetture.

(6) Gori Muſ. Fl. vol. 1. T. 55. pag. 108.

(7) Vedi Appiano Aleſſandrino dove parla della Siria pag. 202.

(8) Molti Giovi conſimili con aſta e fulmine ſi veggono in Montfaucon vol. 1. T. 8. e 9. e nelle gemme del Maffei vol. 2. T. 24. Petronio Arbitro Poet. Luſus Carmen. 8. pag. 11. dice *Il Signore del Mondo ha il fulmine*: ed Eſiodo nella Generazione degli Dei verſ. 71.

*Ed ei regna nel Ciel tenendo ei ſteſſo*
*Il tuono, e il fulmin nelle mani acceſo.*

Seneca nel lib. 2. cap. 43. delle queſtioni naturali dice, *che Uomini ſapientiſſimi diedero il fulmine a Giove per por freno agli ignoranti e per ſpaventare quelli, ai quali non piace l' innocenza ſe non per via del timore*.

(9) Svet. nella vita d' Auguſto cap. 29. e Dione Caſſio lib. 54.

(10) Montfaucon riporta un' iſcrizione vol. 1. Antiq. T. 13. pag. 44. *a Giove Santo Tonante*: un' altra ne riferiſce Grutero pag. 21. num. 6. *a Giove Fulminante, Balenante, Tonante*. Giove ancora Fulminator diceſi in una medaglia dei Seleuci. Vaillant num. Graeca pag. 294. Vedi la diſſertazione dell' Abbè Tilladet nel vol. 2. Hiſtoire des Inſcr. pag. 13. del culto di Giove Tonante, ed Orfeo negl' Inni di Giove Fulminante, e Balenante pag. 301. e 302.

*Praeſtat Jovis fabulam ſilentio praeterire, ne vulgarem aggredi rem videamur, tot tantiſque ſcatentem contradictionibus. Non unum fuiſſe Jovem conſtat; ſingulorum autem facinora ad Jovem Saturni filium referri* (11).

*Juppiter quidem barba venerandus, & terribilis exhibetur, quamvis in Veſpaſiani nummo videatur Juvenis nudus cum patera in dextra ante aram accenſam ſacrificans, haſtam ſiniſtra tenens cum epigraphe JOVIS CUSTOS* (12). *Et Jovem juvenem imberbem memorat Pauſanias* (13) *Ovidius autem cauſam clare demonſtrat* (14).

Juppiter eſt Juvenis: Juveniles adſpice vultus.
Adſpice deinde manum: fulmina nulla tenet.
Fulmina, poſt auſos Coelum adfectare gigantas
Sumta Jovi: primo tempore inermis erat.

*Apud Cretenſes ſtatua valde lepida reperiebatur, prout narrat Plutarchus* (15). Qualis eſt Cretae Jovis imago auribus carens: non enim convenit audiri ab eo quenquam, qui omnium ſit rerum Dominus, atque Princeps.

*Proferamus binas Saturni gemmas, quae & quia ad rem pertinent, & quia adhuc in lucem non prodierunt Eruditis erunt oblectamento, eo magis quod Saturni monumenta in antiquitate rariſſima ſunt* (16).

*Prima gemma perbelle Saturni explicat facinora. Senex enim jacens alas ſupra dorſum habens viſitur* (17), *dextera ſupra falcem* (*) *innixa, circa nonnullae virentes herbae, ante oculos humi poſitus codex apertus, ſupra quem ſtella cum cauda. Quae ſigna fere omnia relatis Virgilii carminibus*

(11) *Vide Cic. de Nat. D. l. 3. cap. 16. 21. & 24. Tertullianus refert Apol. p. 625. Varronem tercentos numeraſſe Ioves. Tanta Deorum multitudo ex eo oriebatur potiſſime, quia quilibet Nauta, Agricola, Miles, Paſtor, Venator, Mercator, ceterique homines ſibi ex ſententia fabricabantur Deos, qui ipſorum indigentiis, negotiis, vitiis, virtutibuſque inſervirent. Plinius lib. 2. cap. 7. animadvertit.* Maior Caelitum populus etiam quam hominum intelligi poteſt, cum ſinguli quoque ex ſemetipſis totidem Deos faciant. *Conſule adnotationes Iacobi Pamelii in Apologeticum Tertulliani, & adnot. Vives in D. Auguſt de Civitate Dei lib. 7. cap. 11. Videtur huc alludere Minucius Felix p. 351. dum dicit*: Et ne longius multos Ioves obeam, tot ſunt Iovis monſtra quot nomina. Triginta millia Deorum ab Heſiodo celebrari *inquit Pet. Crinitus de Honeſta Diſciplina lib. 13. cap. 14. Quare mirum non eſt ſi pluſquam ſexaginta diverſi Ioves a Pauſania nominentur, quorum plerique a vana hominum ſuperſtitione variis epithetis ſunt affecti, ut evidenter demonſtrat Apuleius de Mundo.* Cum ſit unus pluribus nominibus cietur propter ſpecierum multitudinem, quarum diverſitate ſit multiformis, & a juvandis ſuis Iuppiter dicitur, quem [illegible] Graeci, quod vitae noſtrae auctor ſit, rectiſſime appellant: Fulgurator, & Tonitrualis, & Fulminator, & iam Imbricitor, & item dicitur Serenator, & plures eum Frugiferum vocant, multi Urbis Cuſtodem, alii Hoſpitalem, Amicalemque, & omnium officiorum nominibus appellant, & multa plura apud Aruſpices, & Romanos veteres invenies. *Plurima in hanc rem legi digna in Plin. Hiſt. lib. 2. cap. 7. ideo optime inquit Petronius Satyric. pag. 49.* Utique noſtra regio tam praeſentibus plena eſt numinibus, ut facilius poſſis Deum, quam hominem invenire.

(12) *Oiſelii Numiſmata pag. 160. T. 35.*

(13) *Pauſan. lib. 5 cap. 24.*

(14) *Ovid. lib. 3. Faſt. verſ. 437.*

(15) *Plutarch. de Iſide & Oſiride vol. 2. pag. 172.*

(16) *Praetereunda Saturni obſcura & varia origo, ſimulque geſta a Diodoro Siculo lib. 1. cap. 2. lib. 5. cap. 15. relata. Animadvertendum eſt Saturnum & Tempus unum & idem apud antiquos fuiſſe: omnia enim vorat & omnia producit, ut docet Orph. in Saturni Hymn. pag. 293. vide Plat. in Timaeo, & in Cratilo, & Cicer. lib. 2. de Natura Deor. lib. 2. cap. 24. & 25. & lib. 3. cap. 25. & Phornut. cap. 7. Saturnum in Italiam migraſſe, primumque agrorum culturam docuiſſe, legeſque barbaris gentibus ſtatuiſſe, Virgilius cecinit lib. 8. Aeneid. verſ. 318.*

Primus ab aethereo venit Saturnus Olympo
Arma Jovis fugiens, & regnis exul ademptis.
Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis
Compoſuit, legeſque dedit, Latiumque vocari
Maluit; his quoniam latuiſſet tutus in oris.
Aurea quae perhibent, illo ſub rege fuere
Saecula; ſic placida populos in pace regebat.

(17) *De Alis Saturni vide Euſeb.*

(*) *Tab. XVI. N. II.*

Tralaſcieremo di parlare della favola di Giove tanto volgare, ed involta in tante contradizioni. Molti furono i Giovi; ma l'impreſe di tutti gli altri ſi riferiſcono al ſolo Giove figlio di Saturno (11).

Giove certamente ci viene rappreſentato venerando e terribile per la ſua barba, benchè in una medaglia di Veſpaſiano ſi vegga giovine e nudo con la patera nella deſtra, e nella ſiniſtra l'aſta, ſagrificante avanti un'ara acceſa con l'iſcrizione IOVIS CVSTOS *Giove Cuſtode* (12). Ed una ſtatua di Giove in età giovanile ed imberbe è mentovata da Pauſania (13). Ovidio chiaramente ne dimoſtra la cagione (14).

*Quivi giovane è Giove, come puoi*
*Veder al viſo, ch' egli ha di fanciullo,*
*Senza il fulmineo telo, però ch' ebbe*
*La deſtra inerme fin' a che i Giganti*
*Ebbero ardir già d' aſſalir il Cielo.*

Appreſſo i Cretenſi vi era una ſtatua d' un Giove molto curioſa, conforme narra Plutarco (15). *In Creta è la ſtatua di Giove ſenza orecchie; imperocchè non conviene a colui, che è ſignore di tutte le coſe, aſcoltare chicheſia.*

In queſta occaſione riporteremo due gemme di Saturno: le quali e perchè appartengono al noſtro ſcopo, e perchè non ſono ſtate fin' adeſſo pubblicate, ſaranno di gradimento agli Eruditi, tanto più che nell'antichità ſono rariſſimi i monumenti di queſta Deità (16).

La prima gemma (*) ſpiega molto bene l'azioni di Saturno, imperocchè ſi vede un vecchio giacente con l'ali ſopra le ſpalle (17), che ſi riposa con la deſtra mano ſopra la falce; vi ſono alcune erbe all'intorno, ed un libro aperto, ſopra del quale vi è una ſtella con la coda.

La

(11) Vedi Cicerone Nat. Deor. lib. 3. c. 16. 21. e 24. Varrone al riferir di Tertulliano Apol. 625. annovera trecento Giovi. Il numero degli Dei era sì prodigioſo, che ciaſcuno Navigante, Agricoltore, Militare, Paſtore, Cacciatore, Mercante, ed il reſtante degli uomini ſe gli fabbricavano a loro fantaſia, acciò queſti Dei foſſero loro utili ne' biſogni, ne' negozii, ne' vizii, e nelle virtù. Oſſervò beniſſimo Plinio lib. 2. cap. 7. *che era maggiore la moltitudine degli Dei, che degli uomini, avvenga che ciaſcuno fabbrica a ſe ſteſſo altrettanti Dei ec.* Vedi l'annotazioni del Pamelio nell' Apologetico di Tertulliano, e l'annotazioni del Vives nel lib. della Città di Dio di S. Agoſtino lib. 7. cap. 11. Pare che alluda ciò che dice Minucio Felice pag. 351. *per non nominar molti Giovi, tanti ſono i moſtri di eſſo quanti ſuoi nomi. Trentamila Dei ſon celebrati da Eſiodo*, come ci narra Pietro Crinito de honeſta diſciplina lib. 13. c. 14. Per la qual coſa non è maraviglia ſe più di ſeſſanta differenti Giovi ſono mentovati da Pauſania, la maggior parte di varii epiteti fabbricati dalla vana ſuperſtizione degli uomini, come evidentemente ce lo dimoſtra Apuleio nel lib. de mundo. *Eſſendo uno ſolo è chiamato con molti nomi per la moltitudine delle ſpecie, per la diverſità delle quali in molti modi ſi trasforma, e da giovare è detto Giove, come giuſtamente i Greci lo chiamano Ζῆνα come autore della noſtra vita. Folgoratore, Tonatore, e Fulminatore, e che manda le piogge, e ſimilmente è detto Serenatore, e molti lo chiamano apportatore di biade, Cuſtode della Città, altri Oſpitale, ed Amichevole, e lo nominano coi nomi di tutti gli officii. Molti di più ne ritroverai appreſſo gli Aruſpici, e gli antichi Romani.* Moltiſſime coſe ſopra queſta materia degne d'eſſer lette ſono in Plinio lib. 2. cap. 7. perciò ottimamente diſſe Petronio Sat. p. 49. *Certamente il noſtro paeſe è tanto pieno di Numi, che è più facile di poter trovare un Dio, che un Uomo.*

(12) Oiſelii numiſmata pag. 160. tom. 35.

(13) Pauſan. lib. 5. cap. 24.

(14) Ovid. Faſti lib. 3. v. 437.

(15) Plutarco de Iſide & Oſiride vol. 2. pag. 172.

(16) Paſſerò ſotto ſilenzio l'oſcura, e varia origine, ed inſieme l'azioni di Saturno, riferite da Diodoro Siculo nel lib. 1. cap. 2. e lib. 5. cap. 15. Biſogna però avvertire che Saturno, ed il Tempo è ſtato appreſſo gli Antichi l'iſteſſa coſa: imperocchè il tutto diſtrugge e il tutto produce, come c'inſegna Orfeo nell'Inno di Saturno pag. 293. Vedi Platone nel Timeo e nel Cratilo, e Cicerone nel lib. 2. della Natura degli Dei lib. 2. cap. 24. e 25. e lib. 3. cap. 24. Fornuto nel cap. 7. Saturno venne in Italia, e fu il primo che inſegnaſſe a coltivare i terreni, e dare all' incolte genti le leggi, come cantò Virgilio nel lib. 8. dell'En. verſ. 318.

*Il primo venne dall' Etereo Olimpo*
*L' armi di Giove per fuggir Saturno,*
*Quando bandito uſcìo dai tolti regni.*
*Egli la rozza gente, che diſperſa*
*Era per alti monti, inſiem raccolſe,*
*E diè lor leggi, e Lazio nominato*
*Volle il paeſe poi, perchè latente*
*In queſti luoghi fue, viſſe ſicuro.*
*Et aurei, come contano, già furo*
*Sotto quel Rè gli ſecoli, in cotanta*
*Pace, e tranquillità tenea le genti.*

(*) Tav. XVI. N. I.

(17) Delle ale di Saturno vedi Euſebio

*nibus explanantur* (18). *Falx atque herbae Saturnum Agriculturae inventorem* (19) *codex apertus, Populorum Legislatorem; alae ſupra dorſum tempus, quod ſumma celeritate labitur, demonſtrant; ſtella Saturnium ſidus exprimit, quod triginta annorum ſpatio ſuam conficit periodum* (20).

*In altera gemma* (*) *Saturnus ſenili aetate* (21) *venerandus ſervili indutus penula exprimitur, dextera ſerpentem ſiniſtra apprehenſum manu indicans. In ſerpente circulum efformante, caudamque in os ingerente anni periodus explicatur. Macrobius quum de Jano loquitur* (22) *id prae oculis habuiſſe videtur*. Phoenices in ſacris imaginem eius exprimentes draconem ſinxerunt in orbem redactum, caudamque ſuam devorantem, ut appareat mundum & ex ſe ipſo ali, & in ſe revolvi. *Quapropter pro aeternitatis typo a Claudiano* (23) *uſurpatur. Mihi conjicere licet artificem ideo Saturnum ſervilibus induiſſe veſtimentis, ut patefaceret in illius feſtis diebus Dominos ſervis famulatos fuiſſe* (24) *quae feſta quum quolibet anno recurrant bene per ſerpentem exprimuntur. In Theſauro Morelliano* (25) *nummus exhibetur valde curioſus, in quo una ex parte extat* caput Saturni diademate revinctum, ſubtus falx, in altera autem parte membrum genitale, ſupra quod eſt Luna creſcens inter anguem & duo aſtra; ſupra Lunam creſcentem cometes vel ſolis aſtrum. *Quem nummum argenteum eſſe unum è Saturnalibus miſſilibus judicavit idem Morellius, ut Sveton. in Auguſti vita cap. 75. animadvertit. dubitat tamen utrum cometes, an ſolis aſtrum ſit; quod quidem dubium ex noſtra gemma, in qua ſtella cum cauda viſitur inſculpta, prorſus evaneſcit. Saturno non tantus exhibebatur cultus, quantus ceteris Diis. Pauſanias* (26) *unius tantum templi in Olympia Saturno ſacri meminit: quare mirum non eſt, ſi tam rara illius ſint monumenta. Montfaucon* (27) *unum Saturni ſenis tantum refert arboris trunco innixi, ſerpente circumdati, cum falce ante pedes. Gorius* (28) *profert gemmam Saturni ſedentis oblonga veſte induti, caputque lauro redimitum habentis, laeva manu ſublata, dextera falcem tenente. Falx, quae tam parva apparet, magis Silvano, quam Saturno convenire videtur, ut obſervari licet in Montfaucon* (29) *Veſtis Silvano non decet, minus autem Saturno. Mariette* (30) *Saturnum gravem annis repraeſentat, qui cum ſiniſtra incubat*

(18) *Virgil. lib. 8. Aeneid. verſ.* 318.

(19) *Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 7. & lib. 1. cap. 8. Arnobius lib. 6. cap. 247. lib. tert. Epigr. Antholog. cap.* 14.

(20) *Author Anonymus de incredibilibus cap. 18. pag. 94. ait*: Falſo narrant Saturnum a Jove vinculis aſtrictum; ſed cum ille remotior a nobis externo curſu circumvolvatur, & motus tardus non facile ab hominibus percipiatur, eum quodammodo colligatum perhibent. *Quae Anonymi ſententia cum Lucian. de Aſtrologia cap. 21. conſonat.*

(*) *Tab. XVII. N. I.*

(21) *Euſeb. Praep. Evang. lib. 3. cap.* 3.

(22) *Macrob. lib. 1. Saturnal. cap.* 9.

(23) *Claudian. de Laudib. Stilicon. lib. 2. verſ.* 428.

Omnia qui placido conſumit numine ſerpens,

Perpetuumque viret ſquamis, caudamque reducto

Ore vorat, tacito relegens exordia lapſu.

(24) *Saturni feſtis, quae Romae menſe decembri agebantur, in quibus Domini inſerviebant famulis, aureae illius aetatis exhibebatur ſpecimen. Juſtin. Hiſt. lib. 43. cap. 1. Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 7. & 10. Graeca antiquitus fuit haec conſuetudo iuxta Athen. lib. 14. p. 639. inquientem.* Per Saturnales dies, quibus ſervos Romani convivio ſolent excipere, ſervilia miniſteria ipſi obeuntes, a Graecis more ſumpto: quoniam idem Mercurii feſtis diebus in Creta ſit, ut ſcribit Cariſtius in hiſtoricis commentariis, epulantium ſervorum menſis miniſtrantibus ac famulantibus dominis. Idem ſit & apud Troezenos, menſe Geraeſtione, quo per multo dies conventus aguntur, & nundinae. Eorum certo die ſervi cum civibus talis publice ludunt, & convivium domini ſervis exhibent, ut Caryſtius idem tradit. *De Aurea Saturni aetate eleganter cecinere Heſiod. Op. & Dies verſ. 110. & Tibull. lib. 1. Eleg. 3. Italia ( ut inquit Dioniſ. Halicarn. lib. 1. ) Saturnia ob regionis felicitatem dicta eſt.*

(25) *Theſ. Morel. Familiae incertae tab. 4. pag. 466. & 467.*

(26) *Pauſan. lib. 5. cap.* 7.

(27) *Montf. Antiq. expliq. vol. 1. tab.* 6.

(28) *Gori Muſ. Flor. vol. 2. tab. 40. pag.* 90.

(29) *Montf. Ant. vol. 1. tab.* 177.

(30) *Mariette Traitè des Pierres gravées vol. 2. tab.* 2.

La maggior parte di queſte coſe ſono ſpiegate dai verſi riferiti da Virgilio (18). La falce con l'erbe ſono attribuite a Saturno, come inventore dell'agricoltura (19): il libro aperto, come Legislatore de' popoli del Lazio, l'ale ſopra il dorſo ſignificano il tempo che vola a gran paſſi, dalla ſtella poi con la coda s'intende la coſtellazione di Saturno, la quale fa nello ſpazio di trenta anni il ſuo corſo (20).

Nell'altra gemma (*) vien rappreſentato Saturno in età ſenile (21) veſtito colla penula, abito proprio dei ſervi, accennando con la deſtra un ſerpente, che tiene nella ſiniſtra mano. Il ſerpente, che ſi morde la coda, forma un cerchio, che denota il volger dell'anno, come chiaramente lo ſpiega Macrobio (22). *I Fenici nei loro ſacrifizii eſprimendo la di lui immagine finſero un dragone ridotto in un cerchio che ſi morde la coda, per dimoſtrare che il mondo s'alimenta da ſe ſteſſo, ed in ſe ſteſſo ſi rivolge*: per la qualcoſa è ben preſo da Claudiano (23) per ſimbolo dell'Eternità. Io congetturo, che l'Artefice nell'eſprimerci Saturno con abiti ſervili e col ſerpe in mano volle ſignificarci la memoria delle feſte Saturnali (24) nelle quali i Padroni ſervivano i loro ſervi, e queſte ricorrendo ogni anno ſono eſpreſſe beniſſimo col ſimbolo del ſerpente. Nel Teſoro Morelliano (25) ſi vede una medaglia molto curioſa, nella quale da una parte è *la teſta di Saturno ſotto una falce, dall' altra parte un membro genitale, ſopra del quale è la Luna creſcente tra un ſerpente e due ſtelle: ſopra la Luna una cometa, o l'aſtro del ſole*. La qual medaglia d'argento egli crede eſſer una di quelle che nelle feſte Saturnali ſi diſpenſavano conforme oſſerva Svetonio nella vita d' Auguſto cap. 75. Dubita però ſe ſia una cometa, o il ſole, la qual dubbiezza è tolta del tutto dalla noſtra gemma, nella quale ſi vede la ſtella con la coda. Il culto di Saturno non era abbracciato quanto quello dell'altre Deità. Pauſania fa parola d'un ſolo tempio di Saturno in Olimpia (26), onde non è gran maraviglia ſe ſon sì rari i di lui monumenti. Montfaucon (27) ne riporta una ſola immagine del Vecchio Saturno, che s'appoggia ad un tronco d'albero circondato da un ſerpente, avendo ai piedi la falce. Gori (28) ha pubblicato una gemma d'un Saturno ſedente con longa veſte, e colla teſta coronata d'alloro, che tiene la ſiniſtra mano alzata, e nella deſtra la falce. La piccola falce, o per meglio dire ronca, conviene più a Silvano che a Saturno, come ſi può oſſervare in Montfaucon (29). Il veſtimento non è molto proprio di Silvano, ma molto meno di Saturno. Mariette (30) rap-



(18) Virgilio loc. cit.

(19) Macrobio nei Saturnali nel lib. 1. cap. 7. e lib. 1. cap. 8. Arnobio lib. 6. pag. 247. come lo manifeſta un epigramma del lib. 3. dell'Antologia cap. 14.

(20) L'autore Anonimo delle coſe incredibili cap. 18. pag. 94. dice. *Falſamente raccontano che fù Saturno legato da Giove, mentre eſſendo egli più remoto da noi gira intorno con un corſo eſterno, ed il tardo ſuo moto non ſi comprende facilmente dagli uomini, perciò dicono eſſere ſtato in certa maniera legato*. Il qual ſentimento dell'Anonimo s'accorda con Luciano nel cap. 21. del Dialogo dell'Aſtrologia.

(*) Tav. XVII. N. I.

(21) Euſebio nella preparazione Evangelica lib. 3. cap. 3.

(22) Macrob. lib. 1. Satur. cap. 9.

(23) Claudiano nel primo Conſolato di Stilicone lib. 2. verſ. 428.

*Un Serpente, ch'il tutto abbatte, e ſtrugge,*
*Con piacevole forza, e le ſue ſquame*
*Sempre verdi conſerva, e la ſua coda*
*Con la ritorta bocca egli divora,*
*E con tacito ſtriſcio ei fa ritorno*
*Al ſuo principio.*

(24) Le feſte di Saturno dette Saturnali ſi facevano in Roma nel meſe di Dicembre, nelle quali i Padroni ſervivano i loro ſervi. Si dava in quel tempo un ſaggio di quell'aurea età. Giuſt. Hiſt. lib. 43. cap. 1. Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 7. e 10. Queſta conſuetudine fu antica appreſſo i Greci al riferir d'Ateneo lib. 14. pag. 639. *Nei giorni Saturnali, nei quali è coſtume appreſſo i Romani, che fanno un convito ai ſervi, e quegli fanno l'officio di ſervitori. Queſta è una conſuetudine Greca, e l'iſteſſa coſa ſi fa in Candia nelle feſte di Mercurio, come ſcrive Cariſtio nei commentarii iſtorici. Imperocchè i padroni ſervono, e ſomminiſtrano le vivande ai ſervi, che mangiano aſſieme. In Trezene poi nel meſe di Gereſtione ſi fa per molti giorni un'adunanza, in un giorno della quale i ſervi con i Cittadini giocano inſieme agli Aſtragali, ed i padroni danno un convito ai ſervi, conforme aſſeriſce il medeſimo Cariſtio*. Dell'aurea età di Saturno elegantemente cantarono Heſiod. Op. & Dies verſ. 110. & Tibull. lib. 1. Eleg. 3. L'Italia (come dice Dioniſ. Halicarn. lib. 1.) è detta Saturnina per la felicità del paeſe.

(25) Theſ. numiſm. Morelli. Nella tvoala 4. pag. 466. e 467. delle incerte famiglie.

(26) Pauſania lib. 5. cap. 7.

(27) Montf. Ant. vol. 1. T. 6.

(28) Gori nel Muſeo Fiorentino vol. 2. Tav. 40. pag. 90.

(29) Montf. Ant. Tav. 177.

(30) Mariette Traitè des pierres gravées vol. 2. T. 2.

*bat falci. Singulare eſt ſacrificium in tertia tabula expreſſum, ubi viſitur Saturnus ſupra parvam columnam ambabus manibus falcem tenens, & agricola genuflexus frumenti ſpicas, tamquam meſſis primitias, illi offerens: cujus rei Macrobius* (31) *cauſam affert.*

*Maffei gemma* (32) *Saturnum exhibet ſub ſpecie curvi ſenis ſupra humeros alas habentis, ambabus manibus ligoni innitentis, pedeſque catenis vincti. En illius declarationem, quae multum noſtris gemmis congruit.* Juppiter Patrem Saturnum catenis vinxit regni cauſa, & ideo Romani ipſum Deum compedibus vinctum fingebant, qui ſolvebantur illius feſto Decembris menſe (33).

Saturnus mihi compede exoluta,
Et multo gravidus mero December.

MI-

(31) *Macrob. Sat. lib. 1. cap. 7.*

(32) *Maffei Gem. vol. 3. tit. 84. pag. 154.*

(33) *Stat. lib. 1 Sylv. Kal. Decemb. Saturnales 6. Egl. verſ. 4. vide lib. 1. Saturn. Macrob. cap. 10. Cur Saturnus in compedibus viſatur vide Macrobium in Saturn. lib. 1. cap. 8. pag. 279.*

preſenta Saturno carico d'anni, che ſi ripoſa con la ſiniſtra mano ad una falce. Singolare è il ſacrificio fatto a queſto Dio eſpreſſo nella terza tavola, dove ſi vede Saturno ſopra una piccola colonnetta tenendo con ambedue le mani la falce, ed un agricoltore genufleſſo gli offre con ambedue le mani delle ſpighe di grano, come primizie della meſſe, del che rende ragione Macrobio (31).

Maffei (32) riporta una gemma di Saturno in ſembianza d'un vecchio curvato, che ha l'ale ſopra gli omeri, e che s'appoggia con ambedue le mani ad una zappa, con piedi incatenati. Ecco la di lui ſpiegazione, la quale ha molta coerenza con la noſtra gemma. *Che Giove incatenaſſe il Padre Saturno per cagione del regno, e però i Romani figuravano eſſo Dio co' ceppi legato, quali poi ſcioglievanſi nella ſua feſta nel meſe di Dicembre* (33).

*Ecco Saturno, che col piè diſciolto*
*Il giocoſo Dicembre a noi ritorna.*

V 2 MI-

(31) Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 7.
(32) Maffei Gem. vol. 3. T. 84. pag. 154.
(33) Stazio nella prima ſelva nei Saturnali di Dicembre Eleg. 6. verſ. 4. Vedi Macrob. ancora ne' Saturnali lib. 1. cap. 10. perchè Saturno ſi vegga nei legami vedi Macrobio nei Saturnali lib. 1. capitolo 8.

## XXIX.

# *MINERVA SALUTIFERA.*

## ASPASII OPUS,

*Iaſpidi rubro inciſum.*

EX MUSEO ILLUSTRISSIMI DOMINI DE FRANCE VINDOBONAE (1).

AD *huius gemmae explicationem* (2) *Baronis de Stoſch utar eruditione.* Pulcherrimam Minervae imaginem ( *ille inquit* ) emendatiſſimis vultus lineamentis medio pectore tenus gemmae inſculpſit inſignis Artifex Aſpaſius. Galea caput tegitur, in cuius apice ſphinx, virgineo vultu, ac pectore, leoninoque corpore viſitur, plumariam criſtam (3) ſuſtinens, ad humeros deſcendentem, alteramque vero ad latus minorem, equus alatus. Quinque alati equi, dimidia corporis parte prominentes, frontem obumbrant: extrema galeae eiuſdem pars, quae ad collum tegendum ſinuatur, ſquammoſa eſt, e qua cinni in pectus, tergumque deſcendunt. Lamina illa mobilis ad auris genaeque defenſionem elata gryphionem alatum inſculptum exhibet; inauris ex gemmis racemi uvae inſtar parata exornat aurem eodem modo, quo collum duplex margaritarum linea, quarum ex altera gemmae dependent quernae glandis formam referentes. Squammeum ferrum pectorale exornat Meduſae caput (4), non capillis in ſerpentes immutatis horridum, cum angues illi huc atque illuc ſerpant. Denique ad latus imaginis haſta poſita (5).

Minerva itaque repraeſentatur, quam ὑγείαν ſalutarem, ac ſalutiferam ab Athenienſibus cultam in Acropoli, refert Plinus (6), cuius aenea ſtatua a Pericle Athenienſium Principe poſita fuit; nam vernula ipſi carus, *cum is in arce templum aedificaret, repſiſſetque ſuper altitudinem faſtigii, & inde cecidiſſet, hac herba* (*Parthenio*) *dicitur ſanatus, monſtrata Pericli ſomnio a Minerva. Quare Parthenium vocari coepta eſt ec.*

In templo quoque Amphiarai apud Oropios colebatur Minerva Paeonia, ſeu Medica, teſte Pauſania (7) ſic dicta, quia aegris medicam opem ferret, ad quod forſan oſtendendum ſcalptor an-

(1) *Winchelmaun pag. 61. inquit eſſe hanc gemmam in Muſeo S. C. M. Vindobonae.*

(2) *Stoſch Gemmae Tab. 13. pag. 16.*

(3) *Criſtae ſaepe plumariae, & ex equorum jubis fabricatae. Claudian. de VI. Conſul. Honorii verſ. 575.*

> Quod picturatas galeae Iunonia criſtas
> Ornet avis.

*Et Virgil. Aeneid. lib. 7. verſ. 785. Idem lib. 10. verſ. 869. Et Sil. Italic. Punic. lib. 5. verſ. 133. & lib. 8. verſ. 427. Et Homerus plurimis in Iliadis locis: ita lib. 3. verſ. 336.*

> Capiti vero forti galeam affabre factam impoſuit,
> Setis equinis comantem; terribiliter vero criſta deſuper nutabat.

(4) *Lorica ferrea ſquammis ornata a Cyclopibus Minervae fabricata fuit, iuxta elegantem Virgilii deſcriptionem Aeneid. lib. 8. verſ. 435.*

> Aegidaque horrificam turbatae Palladis arma
> Certatim ſquammis ſerpentum, auroque polibant;
> Connexoſque angues, ipſamque in pectore Divae
> Gorgona, deſecto vertentem lumina collo.

Ab Afris Graeci veſtem & Aegidas ſimulacrorum Minervae mutuati ſunt. Praeterquam enim quod coriacea ſit veſtis Africanarum, & fimbriae, quae ex aegidibus Palladis dependent, non ſint ſerpentes, ſed e loris factae: cetera vero omnia ad eamdem formam efficta ſunt: nomine ipſo quoqe teſtificante, veniſſe ex Africa Palladiorum ſtolam. Quippe Africanae Mulieres circa veſtem amiciuntur nudis aegidibus, *caprinis pellibus non villoſis*, fimbriatis ac rubrica delibutis, a quibus aegis, *caprinis pellibus*, aegidas denominavere Graeci. *Haec Herod. Hiſt. lib. 4 c. 189.*

(5) *Homerus in Iliad. lib. 5. de Minervae haſta verſ. 745.*

> . . . . . . . . . . . Sumpſitque haſtam
> Gravem, magnam, validam, qua domat ordines virorum
> Heroum, quibuſcumque iraſcitur praepotenti patre nata.

(6) *Plin. Hiſtor. lib. 22. cap. 17. vide Plutarchum in vita Periclis pag. 287.*

(7) *Pauſanias lib. 10. cap. 34. In Athenarum urbe inquit Pauſanias lib. 1. cap. 23. erat ſtatua Minervae cognomento Hygiaee, & lib. 1. cap. 31. in Acharnis Minerva Hygiaea ſeu ſalutifera venerabatur.*

## XXIX.

# MINERVA SALUTIFERA.

## *OPERA D'ASPASIO,*

### Inciſa in Diaſpro roſſo.

*DEL MUSEO DELL' ILLUSTRISSIMO SIG. DE FRANCE A VIENNA* (1).

NElla ſpiegazione di queſta gemma mi ſervirò dell' erudizione del Chiariſſimo Barone Stoſch (2). *L' inſigne artefice Aſpaſio* (dice egli) *ha inciſo in una belliſſima gemma l' immagine di Minerva fino a mezzo il petto con perfetto diſegno del volto. Il di lei capo è coperto d' un elmo, nella di cui cima ſi vede una Sfinge con petto, e volto di Vergine, e corpo di Leone ſoſtenendo un gran pennacchio di penne* (3), *che le ſcende fino alle ſpalle, ed un' altro più piccolo è ſoſtenuto da un cavallo alato. Cinque cavalli alati, che eſcono fuori con la metà del corpo, le adombrano la fronte. L' eſtremità del morione, che le copre il collo, è fatta a ſquamme, donde le cadono i capelli ſul tergo, e ſul petto: a canto vi è una laminetta mobile alzata per difeſa dell' orecchio, e delle guancie, nella quale vi è ſcolpito un grifo. Ha un orecchino di gemme fatto a guiſa d' un grappolo d' uva. E' ornato il di lei collo con due ordini di perle, da uno dei quali pendono gemme fatte in forma di ghiande. Nel mezzo della corazza di ferro piena di ſquamme ſi vede la teſta di Meduſa* (4), *non orrida per i capelli mutati in ſerpenti, perchè le ſerpeggiano quà e là; finalmente alla ſiniſtra di queſta immagine vi è un' aſta* (5).

*Minerva adunque è rappreſentata ſotto il nome d'* ὑγείαν *cioè Salutifera, e ſecondo Plinio* (6) *era adorata nella fortezza d' Atene, ove la ſua ſtatua di bronzo era ſtata poſta da Pericle Principe degli Ateniesi, perchè* un ſervo a lui caro eſſendo ſalito ſopra la ſommità del tempio, che fabbricava il detto Pericle, e di lì caduto, ſi dice, che fu ſanato con un' erba moſtrata in ſogno da Minerva a Pericle; perlaqualcoſa cominciò a chiamarſi erba Partenia (cioè Verginale).

*Minerva ſimilmente era adorata appreſſo gli Oropei nel tempio d' Amfiarao col nome di Peonia, o Medica, così detta al riferir di Pauſania* (7), *perchè ſomminiſtrava ſalutifera medicina agli ammalati, o forſe*

(1) Dice Winkelmann Deſcript. &c. pag. 61. eſſer queſta gemma nel Muſeo dell' Imperatore.

(2) Stoſch Gem. T. 13. pag. 16.

(3) I Cimieri erano ſpeſſo di penne, e di crini di cavallo. Claudiano nel Seſto Conſolato d' Onorio v. 575. così s' eſprime:

*E moſtra a dito le dipinte creſte*
*Degli elmi, che a Giunone il conſacrato*
*Colorato pavon di ſtelle adorna.*

Vedi Virg. nel lib. 7. dell' Eneidi v. 785. e lib. 10. v. 869. e Silio Italico lib. 5. v. 133. e lib. 8. v. 427. Omero in molti luoghi dell' Iliade; così nel lib. 3. v. 336.

*L' elmo ſul capo valoroſo ei poſe*
*Ben lavorato, e ſpaventoſo, e vago*
*Pe' crini di cavallo appoſti in cima,*
*I quai vedeanſi tremolar di ſopra.*

(4) La Corazza di ferro ornata di ſquamme di ſerpenti fu fabbricata dai Ciclopi a Minerva ſecondo l' elegante deſcrizione di Virgilio nel lib. 8. v. 435.

*E ſu l' Egida orrenda, ed armatura*
*Della turbata Palla, altri a gran gara*
*Polian le ſquamme, ed i ſerpenti aurati,*
*E gli angui avviluppati, e la medeſma*
*Meduſa in petto della Dea, che torce*
*Dal tronco collo avvelenati lumi.*

*Dai popoli dell' Affrica i Greci preſero la veſte, e l' Egida nei Simolacri di Minerva: poichè oltre l' eſſere il veſtito dell' Affricane di cuoio, ed oltre che le fimbrie, che dall' Egidi pendono, non ſono di ſerpenti, ma fatte di ſugatti, tutto il reſtante è fatto nell' iſteſſa forma, ed il nome iſteſſo moſtra, che dall' Affrica viene il veſtito dei Simolacri di Minerva. Imperocchè le Donne Affricane ſi coprono intorno la veſte con Egidi pure, cioè con pelli di capra non peloſe fimbriate, e tinte di roſſo, e da queſte pelli di capra i Greci chiamarono le Egidi.* Così Erodoto nel lib. 4. cap. 189. della ſua Iſtoria.

(5) Omero nel lib. 5. dell' Iliade v. 745. così parla di Minerva, e della ſua aſta.

*. . . . . . . . . . . Preſe la picca*
*Graveſa, grande, forte, colla quale*
*D' uomini Eroi doma le ſchiere; a cui*
*Di forte padre la figlia s' adira.*

(6) Plin. lib. 22. cap. 17. Vedi Plutarco nella vita di Pericle pag. 287.

(7) Pauſania nel lib. 1. cap. 34. Nella Città d' Atene dice Pauſania lib. 1. cap. 23. v' era la ſtatua di Minerva ſopranominata Igiea: E nel lib. 1. cap. 31. Era venerata appreſſo gli Acarnani Minerva Igiea o Salutifera.

angues, qui in Meduſae capite propter horrorem homines lapideos reddebant, errantes per Aegida effinxit, innocuos ſcilicet ac ſalubritatem indicantes, ideoque Aeſculapio ſacros, ut innuit Plinius (8). Ipſi quoque Minervae angues dicati erant iuxta Phornutum (9); *Noctua, & ſerpentes ei conſecrati ſunt propter oculorum proprietatis ſimilitudinem*. Eminet ſphinx in galeae cono, quia in Aegypto eadem Minerva, ac Iſis (10), cui ſphinges ſacrae erant, & in Minervae ſigno, ex ebore, & auro Athenis erecto, quod deſcribit Pauſanias (11) *Medio ipſius galeae ſuperimpoſita fuit ſphingis imago*.

Pegaſum e Meduſae ſanguine ortum veteres ſcripſere, hunc autem a ſe domitum Minervam Bellorophonti tradidiſſe, ſcribit idem Pauſanias (12), loquens de fano Deae, Fraenatricis nomine appellatae: *Minervam enim aiunt prae ceteris Diis Bellorophonti opitulatam, tum vero a ſe domitum, fraeno iam impoſito, Pegaſum dediſſe*. Sophocles (13) ἱππίαν Ἀ'θηνᾶν *Equeſtrem Minervam* vocat, & Phornutus (14) δάμνιππον *equorum domitricem*, quod prima equos currui junxerit, ac quadrigarum inventrix habita, affirmante idem Cicerone (15). Hinc praeter Pegaſum, plures additi in Caſſide equi alati, propter curſus velocitatem.

Quid ſi hanc imaginem Pantheam eſſe dicamus, praecipue Minervae dicatam? Plura enim ſymbola in ea videmus, aliis Diis communia (16), gemmeum ſcilicet uvae bothrum ad inauris uſum, Bacco ſacrum, aureas gemmataſque glandes quernae arboris (17) Jovi dicatas in monili, & ſerpentes qui ad Aeſculapium pertinent. *Hactenus B. Stoſch. Orpheus* (18) *illam appellat* αἰολομόρφον *variam formam habentem*.

*Quinta in regione, quae Eſquilina dicebatur, Minervae Medicae templum erat, quod a Sexto Rufo* (19) *Pantheon nominatur, cuius forma clare deſumitur a novem loculamentis ſtatuarum iuxta Montfauconium* (20) *qui ipſius templi formam exhibens in medio Minervae Hygeae imaginem poſuit ex gemma de la Chauſſe* (21), *quae Baronis de Stoſch illam figuram Pantheam judicantis ſententiam firmat*.

*Pulchrum Salutiferae Minervae anaglyphum* (*) *heic referam, ut clarius ea, quae ſuperius diximus, intelligantur. Huius figurae galea ornatur Pegaſo, & Sphynge, galea duplici pennarum criſta, ex qua in humeros demittuntur cincinni. In aegide Serpentes hinc inde conſpiciuntur. Illius corpus circumdat anguis pateram lambens, quae a Dea porrigitur. Pretioſum iſtud monumentum inſculptum eſt in Barberinio candelabro Graecae artis praeſtantiam oſtentante*.

IUP-

(8) *Plin. Hiſt. lib.* 29. *cap.* 4.

(9) *Sic Phornut. de Nat. Deor. cap* 20. *pag.* 186.

(10) *Scribit Plutarch. de Iſid. & Oſiride vol.* 2. *pag.* 134. Ante templa ſphinges plerunque collocantes, quo innuunt ſuarum rerum ſacrarum doctrinam conſtare perplexa, & ſub involucris latente, ſapientia. Quod Sai eſt Minervae, quam eandem cum Iſide arbitantur Fanum & caet.

(11) *Pauſan. lib.* 1. *Attic. cap.* 24.

(12) *Pauſ. lib.* 2. *Corinth. cap.* 4.

(13) *Sophoc. in Oed. Colon. verſ.* 1063.

(14) *Phornut. de Nat. Deor. cap.* 20. *pag.* 188. *A Pauſania lib.* 8. *Arcad cap.* 47. *Minerva Hippia ſeu Equeſtris nuncupatur. In Gigantum enim pugna contra Deos currum in Enceladum Minerva impulit*.

(15) *Cicer. lib.* 3. *de Nat. Deor.*

(16) *Haec ſententia in lib.* 4. *cap.* 7. *de Beneficiis pag.* 311. *a Seneca confirmatur. Antiqui Philoſophi ſolum Deum admittebant variis nominibus aptatis ad declarandam ſummam eius potentiam, multiplicesſque effectus ab ea derivantes*. Quaecunque, *ait*, voles illi nomina proprie aptabis, vim aliquam effectumque caeleſtium rerum continentia. Tot appellationes ejus poſſunt eſſe, quot munera.

(17) *Phaedri fabulae lib.* 3. *fab.* 17.

Quercus Jovi & Myrthus Veneri placuit.

(18) *Hymn. Minervae pag.* 320.

(19) *Nardini Roma Antica lib.* 4. *cap.* 2. *pag.* 161.

(20) *Montfaucon Diar. Ital. cap.* 8. *pag.* 121.

(21) *Le Gemme antiche de la Chauſſe tab.* 64.

(*) *Tab. XVII. N. II.*

*o forſe per ſignificare queſto l'inciſore eſpreſſe ſu la teſta di Meduſa i Serpenti, i quali avevano poſſanza di traſformare per lo ſpavento gli uomini in pietre, ed erranti per l'Egida, cioè innocenti, denotanti ſalute, e perciò come aſſeriſce Plinio* (8) *conſacrati ad Eſculapio. Anche a Minerva erano dedicati i Serpenti, al dir di Fornuto* (9). I Serpenti, e la Civetta per la ſimilitudine della proprietà degli occhi erano a lei conſacrati. *Sopra la cima del morione vi è la Sfinge, perchè nell'Egitto Minerva è la medeſima coſa che Iſide* (10) *alla quale eran ſacre le Sfingi, come ſi vede nella ſtatua di Minerva deſcritta da Pauſania* (11) *fatta d'oro e d'avorio, ed inalzata in Atene.* Nel mezzo dell'iſteſſo Elmo vi è poſta ſopra una Sfinge.

*Gli Antichi hanno ſcritto che Pegaſo nacque dal ſangue di Meduſa, e che Minerva dopo averlo domato lo dette a Bellorofonte, conforme dice Pauſania* (12) *parlando del tempio della Dea chiamata col nome di* Frenatrice. Si pretende che Minerva è quella di tutte le Divinità, che ha favorito più Bellorofonte, mentre avendo domato il Caval Pegaſeo, e meſſogli il freno, glie ne fece un dono. *Sofocle* (13) *la chiama* Minerva Equeſtre, *e Fornuto* (14) Domatrice di Cavalli, *perchè fu la prima che gli metteſſe al carro, e fu ſtimata inventrice delle quadrighe, come afferma Cicerone* (15). *Di quì viene che oltre al Caval Pegaſo ſono aggiunti al ſuo morione molti altri cavalli alati per dimoſtrare la loro velocità.*

*Romanis igitur Veneri tamquam nobiliſſimae ſuorum principum genitrici, armorum civitatiſque fautrici, cultum exhibentibus, illique magnificentiſſima extruentibus templa* (6), *caeterae gentes vel Romanis aſſentaturae, vel Veneris auxilium ſperantes, vel illius captae illecebris, aras templaque inſtruere ſtuduerunt* (7) *quae in cauſa fuere, ut adeo frequenter in quamplurima monumenta Venerem exhibentia incidamus. Atque hinc infinita celeberrimorum Pictorum, Sculptorumque turba hoc in Numine effingendo quantum valeret experiri voluit. Si artificum nomina, qui in haec opera contulere, vellem referre, otio abuti viderer. Vide ſis apud Junium Pictorum Sculptorumque operum catalogum* (8).

*Ad*

(1) *Haym Teſ. Brit. vol. 2. pag. 246. In illo nummo Aeſculapius, Venuſque nuda ſtantes, & ſe invicem contuentes, viſuntur appoſita epigraphe* ΚΝΙΔΙΩΝ.

(2) *Euripid. in Hippolyt. Coron. Act. 1. Sc. 1. & in fragmentis pag. 226. & Orph. Hym. in Venerem pag. 355.*

Omnia enim ex te ſunt, ſubjunxiſtique mundum,
Et quaecunque in Coelo ſunt, & in terra fertili
In Pontoque ec.

(3) *Dio Caſſ. in Jul. lib. 43. pag. 234.* Venerem armatam annulo inſculptam geſtabat, eaque teſſera in rebus ſummis plerunque utebatur.

(4) *Suet. in Caeſ. cap. 84. & Dio. Caſſ. lib. 43. pag. 224.*

(5) *Mediobarbi numiſmata Imperat. pag. 3. & ſeq.*

(6) *Diod. Sicul. Biblioth. lib. 4. pag. 396. vide Donati Roma Vetus, & Nardini Roma Antica.*

(7) *Venus a barbaris nationibus colebatur, & antiquiſſimus eſt ejus cultus. Vide Pauſan. lib. 1. cap. 19. & Maximum Tyrium Diſſert. 8. Elegantiſſima Sappho in Ode Veneri dicata pag. 283.* O immortalis Venus, cui tot ubique templa extructa ſunt.

(8) *Silentio praetereunda minime eſt Praxitelis Venus, quae tantae erat pulchritudinis, ut Gnidum navigaretur illius viſendae gratia, juvenemque ſui perditum effecerit amantem, fueritque in cauſa, ut Chaircles exclamaret* Beatiſſimus (inquit) Deorum vinctus propter hanc Mars! Lucian. Dial. Amor. c. 13. & ſeq. v. 2. p. 411. *Innumera inter hujus Deae numiſmata illud Syriae Regis Demetrii II. animadverſione digniſſimum eſt, in quo* mulier ſtans viſitur, in cujus dextera thyrſus, in ſiniſtra pomum; corona radiis ornata caput cingit, hinc inde duo pendent pini poma, ſub quibus binae ſtellae, circumque aſſurgunt coacervati Phalli. *Exiſtimat Cl. Haym. Theſ. Britan. vol. 1.* Omnium Syriorum numi-

# XXXI.

# VENERE SCHERZANTE.

## *OPERA D'AULO,*

### Inciſa in Agata.

*DEL MUSEO DEL COMMENDATOR FR. VETTORI ROMANO.*

NOi ben ſappiamo che tutti gli uomini adoprano ogni arte per procurarſi la ſalute, ed il piacere; onde non è maraviglia ſe tutte le Nazioni nei tempi più remoti hanno venerato con sì gran pompa ed onore i potenti e celebri Numi della ſalute, e del piacere.

L'Alma Venere è degli Uomini il piacere e degli Dei, Eſculapio è degli infermi il maſſimo Protettore. Tanta era la venerazione, che s'aveva a queſti Numi, che più che a tutti gli altri ſi dava loro un gran culto, ed ambedue con eguale religione erano adorati, e per queſto motivo tengo per certo avere i popoli di Gnido in una Medaglia di Plautilla unito Venere con Eſculapio (1).

Quante prerogative i Greci attribuiſſero a Venere chiaramente ſi ricava da Euripide (2); quante ancora i Latini da Lucrezio nel principio del ſuo elegantiſſimo Poema. Quindi è ancora che il gran guerriero Giulio Ceſare ripeteva la ſua origine da Venere. Queſto Imperatore portava la di lei immagine in un anello (3), e le dedicò un tempio col nome di Venere Genitrice (4); ſiccome ancora molte Medaglie in oro ed in argento (5) rappreſentanti Venere per dimoſtrare la ſua affinità cogli Dei immortali.

I Romani adunque preſtarono un culto particolare a Venere, come alla nobiliſſima Genitrice de' loro Principi, e come alla Protettrice delle loro armi, e Città (6), ereſſero tempii magnifici (7); onde l'altre nazioni, o per adulare i Romani, o per la ſperanza dell'ajuto di Venere, o per le di lei attrattive procurarono anche eſſe d'inalzarle de' tempii, ed are. Perlaqualcoſa ſi trovano frequentiſſimamente moltiſſimi monumenti rappreſentanti Venere. Da queſto ne deriva che la turba infinita de' celebri Pittori, e Scultori fecero a gara nell'effigiare queſta Deità. M'abuſerei troppo del benigno lettore ſe voleſſi riferire tutti i nomi degli Artefici, i quali vi s'impiegarono. Si può vedere Giunio nel Catalogo dell'Opere dei Scultori, e Pittori (8).

Ven-

(1) Haym Teſoro Brit. vol. 2. pag. 246. In queſta medaglia ſi vede Eſculapio, e Venere nuda ſtando in piedi, che ſcambievolmente ſi riguardano, con l'iſcrizione ΚΝΙΔΙΩΝ dei Gnidj.

(2) Euripide nell'Ippolito coronato Atto I. Sc. I. e nei frammenti pag. 226. e Orfeo nell' Inno di Venere pag. 355. così s' eſprime.

*Che tutte coſe da te ſono, e il Mondo*
*Soggiogaſti, e Signora alle tre parti*
*Sei generando tutte coſe, quante*
*E in Cielo, e in Terra ancor di frutti ricca*
*E in mare ec.*

(3) Dione Caſſio in Giulio Ceſare lib. 43. pag. 234. *Portava Venere armata in un anello, e ſe ne ſerviva per teſſera nell' armata.*

(4) Svet. in Giulio Ceſare cap. 84., e Dione Caſſio lib. 43. pag. 224.

(5) Mediobarbi numiſmata Imper. pag. 3. e ſeq.

(6) Diod. Siculo lib. 4. cap. 14. Vedi Donati Roma vetus ec. e Nardini Roma Antica ec.

(7) Venere era adorata dalle barbare nazioni, ed antichiſſimo era il di lei culto. Vedi Pauſania lib. 1. cap. 19. ec. e Maſſimo Tirio diſſertazione 8. L' elegantiſſima Poeteſſa, Saffo nell' Ode dedicata a Venere pag. 283. dice. *O immortale Venere quanti tempii da pertutto ti ſono ſtati inalzati!*

(8) Non è da paſſarſi ſotto ſilenzio la Venere ſcolpita da Praſſitele, la quale era di tanta bellezza, che molti andavano eſpreſſamente a Gnido per vederla, che fece cadere in debolezze un Giovine pazzamente di lei innamorato, e fece prorompere Caricle in queſta eſclamazione (al riferir di Luciano nel Dialogo degli Amori cap. 13. e ſeq. vol 2. pag. 411. e ſeq.) *Beatiſſimo Marte tra tutti gli Dei, che rimaneſti legato per queſta Dea?* Fra le innumerabili medaglie di queſta Deità, è particolare quella di Demetrio ſecondo Rè della Siria, nel di cui roveſcio ſi vede una *figura di Donna in piedi, che ha nella deſtra un tirſo, e nella ſiniſtra un pomo con corona di raggi in teſta, e due pomi di pino che le pendono dall' una parte, e dall' altra, ſotto dei quali vi ſono due Stelle, e attorno la figura due ſancate di Falli, e Priapi votivi.* Il chiariſſimo Haym (nel vol. 1. pag. 72.

del

*Ad noſtram modo Gemmam procedamus, in qua Venus ab antiquis popularis nuncupata raeprеſentatur* (9) *ſed cum omnibus in hac re palmam praeripuerit Cl. Comm. Victorius, illius utar verbis* (10).

Venus in hac gemma ſpectatur ſedens in eleganti quadam ſaxorum ſtrue, cui ſiniſtra innititur, dexterae vero manus nonnihil elatae, atque expanſae extremo indice producto, calamum ſeu virgam erectam ſuſtinet, librat, circumducitque, duplici armilla (11), qua brachio manus adjungitur, revincta. Caput oblique expreſſum eſt, oculo ad aequabilem virgulae agitationem jucunde intento; vultu ſive ore plane blando, atque hilari. Crines habet criſpos, & nodo religatos ad occiput, relictis extremitatibus ad aurae flatus ſpatiantibus. Inauribus decoratur, ſed ſine gemma; Monili tamen circa collum unionibus valde pretioſo (12). Parte ſuperiore corporis tota fere nuda eſt, diſcincto baltheo, turgidula, ac ſucciplena, ad artis certe oſtentationem, & miraculum ſculpta. In inferiore deflua palla tegitur, multis flexibus ſinuoſa, ejuſque extremitates nonnullis flocculis ad olivae figuram accedentibus exornantur: pedibus vero nullo calceamenti genere indutis efficta eſt. Advolat e regione puer Amor explicatis alis, & ridenti ore, capillo breviuſculo, cirratoque, extenſis autem brachiis, manibuſque, ac digitis ludicre exertis: corporis ſtatu exprimitur, quo ſe urgeat circa libratum bacillum, ſeu calamum, tamquam impetraturus illum a matre, ut eumdem ludum luderet: totus pinguior, atque habitior, uti pueri eſſe ſolent: in area legitur ΑΤΛΟC ec. Ludus, quo Venus in anulari ſigillo voluptatem capere conſpicitur, omnino puerilis eſt, & noſtro pariter aevo a pueris per quam ſaepe, temporis fallendi gratia, cum jucunditate ac riſu, quae ſunt eorum negocia, adhibetur, & aliquando, quum duo, treſve fuerint, eodemmet ludo ſe exercentes datis pignoribus contendunt, ceſſuris in utilitatem, & commodum illius, qui diuturniore temporis ſpatio virgulam erectam in aequilibrio ſive aequipondio ſuſtinuerit, agitaverit, ac circumduxerit. Nulla prorſus apud veteres ſcriptores mentio habetur de lepidiſſimo hoc ludo, quum alii multi ab ipſis memorentur. Illud tamen ex Herodoto (13) heic meminiſſe forte juvare aliquando poterit, nempe Scytarum populos per virgas ſalignas vaticinari, & Enaries, qui ſunt Androgyni, per Tiliam vaticinandi artem a Venere accepiſſe. Cuius autem generis dicenda ea virga ſit, qua Venus ludit, omnino latet, neque opere pretium eſt de ea re curioſius exquirere. De Venere Erycina ſic Horatius (14)

Sive tu mavis Erycina ridens
Quam Jocus circumvolat, & Cupido

Explicant Horatii carmina gemmam noſtram, inqua ſi Venerem jocoſam ſpectes, Cupido quoque circa Venerem volitans cum Joco ſtatim occurrit; Quare Φιλομμειδὴς (*ideſt amans riſus*) epitheton Veneri frequenter adpoſitum eſt ab Homero (15) quod riſus amans haberetur. Vide ſi vis & Orpheum (16), qui eodem modo Venerem eleganter adficit, & ſimiliter exornat. *Aliae nonnullae conjecturae exponuntur ab autore cira ludum hunc; at ſexcentis poſſunt modis haec explicari, ita tamen, ut quidquid dixeris te ſecundum caelatoris mentem dixiſſe affirmare non poſſis.*

*Ad*

minum mixtum quid eſſe quod Pantheum vocabant, quorum princeps ab illis Aſtarte ideſt Venus habebatur. Aſtartem idem cum Venere fuiſſe teſtatur Cicero (*de Nat. Deor. lib.* 3. *cap.* 23.) Quarta Venus, Syria, Tyroque concepta, quae Aſtarte vocatur. *Obſervatione dignum eſt plurimas Veneres victrices pomum in manu praeſeferentes in ſmaragdino plaſmate inveniri, plurimos vero Joves in zaphirino chalcedonio: unde videntur in hiſce lapidibus antiqui ſcalptores aliquid collocaſſe myſterii, quod eruditioribus relinquimus patefaciendum.*

(9) *Poſt leſtitatam Cl. Fourmont in lib.* (*Memories des litterature & des Inſcriptions ec. vol.* 10. *pag.* 20.) *diſſertationem, in qua ſummo ſtudio ſolidiſſimiſque rationibus ſeptem antiquorum Veneres ad unam tantum refert, facile adducor, ut in hujus eruditiſſimi viri veniam ſententiam. Xenophon. in Convivio vol.* 20. *pag.* 258. *de Venerum numero ſummopere dubitat, eaſque ad duas tantum redigit inquiens.* Equidem num una ſit Venus, an duae, caeleſtis nimirum & vulgaris, haud ſcio.

(10) *Diſſertatio Glyptographica pag.* 9. *&* 47. *& ſeq.*

(11) *De Armillis vide Vettori loc. cit. pag.* 30. *& Buonarroti oſſervazioni ſopra alcuni vaſi di vetro antichi pag.* 199. *Et in lib. Pitture Antiche d' Ercolano vol.* 1. *Tab.* 20. *&* 21. *Antiquis temporibus hoc armillarum in foeminis ornamentum fuit. Geneſ. cap.* 24. *num.* 22. *Iſ. cap.* 3. *num.* 19.

(12) *Vide Homer. Hymn. in Venerem vol.* 2. *pag.* 549. *verſ.* 8.

. . . . . In perforatis autem auriculis
Gemmas Oricalchi, aurique pretioſi.
Collum vero circum molle, & pectora candida,
Monilibus aureis meam ornabant.

*In pluribus familiarum nummis viſitur Venus gemmarum inauribus & unionum monili ornata. Morelli Theſ. in familia Julia Tab* 4.

(13) *Herod. Hal. lib.* 4. *cap.* 67.

(14) *Horat. Carm. lib.* 1. *Od.* 2.

(15) *Homer. Hymn. in Venerem verſ.* 17.

(16) *Orph. Hymn. pag.* 353.

Venghiamo adunque alla noſtra gemma, nella quale è rappreſentata Venere dagli Antichi chiamata Popolare (9), ſopra di che mi ſervirò dell' eruditiſſima ſpiegazione del Chiariſſimo Commendatore Vettori (10).

*Si vede in queſta gemma Venere ſedente ſopra un' elegante maſſa di ſaſſi, alla quale s' appoggia con la ſiniſtra mano, tenendo alquanto alzata la deſtra, ed equilibrando col dito indice una bacchetta, o canna, avendo ornati i polſi delle braccia con doppie armille* (11). *E' rappreſentato il ſuo volto in profilo, riguardando attentamente con l' occhio al movimento della bacchetta per tenerla in equilibrio, eſſendo con volto piacevole ed allegro. Ha i capelli ricciuti legati con un nodo per di dietro, l' eſtremità de' quali ſvolazzano per l' aria. E' ornata d' orecchini ſenza gemme, e d' un vezzo prezioſo di perle intorno al collo* (12). *Tutta la parte ſuperiore del corpo è quaſi nuda turgidetta, e graſſetta, ſenza la cintura, ſcolpita così dall' Arteſice per far pompa dell' arte ſua. E' coperta da baſſo con la veſte chiamata palla, cadente a molte pieghe, nella eſtremità della quale vi ſono per ornamento alcuni fiocchetti a figura d' oliva, e con i piedi nudi ſenza veruna ſorte di calzare. Dirimpetto vola il fanciulletto Amore con l' ali ſpiegate, capelli corti, e ricciuti, colle braccia teſe, e colle mani, e le dita ſcherzoſamente aperte. E' eſpreſſo in atto d' impetrare dalla madre ſua la canna, o la bacchetta per fare il medeſimo gioco, ed è graſſottello, e bene in carne, come ſogliono eſſere i fanciulletti. Nel campo ſi legge* ΑΥΛΟϹ *cioè AULO. Il gioco nel quale Venere prende piacere in queſta gemma anulare è del tutto puerile, e ſimilmente nei noſtri tempi s' uſa ſpeſſe volte dai fanciulli per paſſare il tempo con piacere, e riſo, e ſon queſti i loro divertimenti, ed alle volte ſon due, e tre che s' eſercitano nell' iſteſſo gioco facendo delle ſcommeſſe da conſeguirſi da quello, il quale più lungo ſpazio di tempo ſoſterrà, agiterà, e condurrà attorno la bacchetta alzata in equilibrio. Di queſto grazioſiſſimo gioco veruna menzione è ſtata fatta appreſſo gli antichi Scrittori, che ne hanno mentovati molti altri. Contuttociò Erodoto* (13) *forſe potrà giovare rammentando queſto gioco; vale a dire che gli Sciti vaticinavano con delle bacchette di ſalci, e gli Enarii, che ſono gli Ermafroditi, avevano ricevuto da Venere l' arte di vaticinare colla fronde del Tiglio. Di qual ſpecie poi ſia queſta bacchetta, colla quale Venere ſcherza, è coſa oſcura del tutto, e non fa duopo con maggior curioſità il ricercarne. Orazio* (14) *della Venere Ericina così s' eſprime.*

*O tu piuttoſto Venere ridente,*
*Cui d' intorno il Piacer vola, e Cupido.*

*I verſi d' Orazio ſpiegano la noſtra gemma, nella quale ſe tu rimiri Venere giocoſa, ſubito ti viene incontro ancora Cupido che ſcherza volando intorno a Venere, perlaqualcoſa* φιλομμειδὴς (cioè amante del riſo) *epiteto dato frequentemente a Venere da Omero* (15) *perchè ella era ſtimata amante del riſo. Vedi ſe vuoi Orfeo* (16), *il quale nella medeſima maniera elegantemente dipinge Venere.* Intorno a queſto gioco altre congetture ſi trovano eſpoſte ingegnoſamente dal Chiariſſimo Autore; ma in mille maniere ſi poſſono ſpiegare queſte coſe; e tutto quello che direſti tu non potreſti

aſſer-

del Teſoro Brit.) giudica che queſta Dea *ſia un miſto di tutte le Deità dei Sirj chiamato Panteo, delle quali Aſtarte, cioè Venere, è la principale*. Cicerone ci aſſicura nel lib. 3. cap. 23. de Nat. Deor. *che Venere ed Aſtarte foſſero la medeſima coſa*. E' da oſſervarſi che ſi trovano moltiſſime Veneri Vincitrici con un pomo in mano inciſe in plaſma di Smeraldo, ſiccome molti Giovi inciſi in Calcedonio Zaffirino. Onde gli Antichi inciſori nell' incidere le dette Deità in quelle pietre avranno facilmente voluto ſignificare qualche coſa di miſterioſo, che laſcio agli eruditi d' interpetrare.

(9) Son perſuaſo che non ci ſia ſtato altro che una Venere, come con ſomma erudizione e criterio ci dimoſtra il Sig. Fourmont il Cadetto in una ſua diſſertazione nel vol. 10. p. 20. delle Memorie dell' Iſcrizioni ec., riducendo le ſette Veneri ad una ſola. Xenofonte nel Convito vol. 2. p. 258. fortemente dubita del numero delle Veneri, ſe queſte ſi poſſano ridurre a due, dicendo. *Io non ſo veramente ſe vi è ſtata una ſola Venere, o due, la celeſte, e la volgare.*

(10) Diſſertatio Glyptographica p. 9. e 47. e ſeg.

(11) Delle Armille vedi Vettori lo. cit. p. 30., e Buonarroti Oſſervazioni ſopra alcuni vaſi di vetro antichi p. 199. e nel lib. delle Pitture d' Ercolano Vol. 1. T. 20. e 21. Queſt' ornamento dell' armille nelle femmine era negli antichi tempi in uſo, come ſi ha dalla Geneſi cap. 24. n. 22. e in Iſaia cap. 3. n. 19.

(12) Vedi Omero nell' Inno di Venere Vol. 2. p. 549. v. 8.

*. . . . . . . . . . . E ne' forati*
*Orecchi ſiori d' oricalco e d' oro*
*Pregiato, e intorno al delicato collo*
*Ed all' argenteo petto, l' adornaro*
*Con auree collane.*

In moltiſſime medaglie di famiglia ſi vede Venere ornata con orecchini di gemme, e con vezzo di perle. Vedi Morelli nel Teſoro delle famiglie alla famiglia Giulia T. 4.

(13) Herod. Hal. lib. 4. cap. 67.

(14) Hor. lib. 1. Od. 2.

(15) Omero nell' Inno di Venere v. 17.

(16) Orfeo nell' Inno di Venere p. 353.

*Ad hujus praeclariſſimi monumenti ornatum duas referam gemmas, quarum prima Venerem parvulos Amores piſcantem* (*) *exhibet, quae eodem more ac Venus Ludens expreſſa eſt; ſaxorum enim ſtrues, ſuper qua Venus piſcatrix ſedet, ſimilis prorſus exiſtit, uti & habitus corporis. Venus igitur piſcatrix harundinem cum hamo manu tenet, quo prehenſus eſt Amor. Super ſtrue vaſculum aſpicitur, in quo alter Amor ineſt Veneris piſcantis praeda. Alterum Veneris monumentum* (**) *Deam praeſtat, quae majeſtatem ſeveritatemque quandam ſpirat, ſinuoſis veſtibus a collo ad pedes cooperta, ſiniſtra in columnam nititur, ſupra quam Priapi eſt imago, undanteſque cobibet veſtes, dextera ardentem facem tenet, in quam papilio jam jam ſe injicere videtur: ad pedes Alatus Puer, modo ſupplicantis matrem, ut taedam avertat, in quam papilio, vel Pſyche ejus ſponſa praecipitatur. Ideo Amor ſupplicat matrem, ne perdat ſponſam, ut illa fruatur. Haec gemma difficilis profecto explicatu.*

*Parvum ſed ſingulare Villae Pincianae Burgheſiae ſimulacrum eſt* (***) *Veneris, meo judicio Pudicae, cujus caput ab artifice praeteriti ſaeculi inſtauratum eſt. Haec Dea irata, impuros Amores refugiens, faciem avertit ab aſpectu filii Cupidinis, qui parvulae columnae inſidet, plorans avulſum alarum honorem, ſeu ornamentum, quas ideo Venus ab ejus divulſit humeris, ne amplius ad captandas praedas volitet. Harum inviſos fructus oſtendit projecta in terram dehiſcens* πτερὰ, *quae dextero Deae pede teritur, premiturque, indignantis in modum. Compoſita Veneris veſtis, & modeſta corporis ſpecies ſententiam meam videntur confirmare: ideſt hanc eſſe Venerem pudicam. Apuleji de Pſyches hiſtoria locus occurrit, qui rem illuſtrat. Indignata Venus Cupidinem Pſyches mortalis foeminae amore captum hiſce verbis alloquitur* (18). Sed utique praeſumis nugo, & corruptor, & inamabilis, te ſolum generoſum, nec me jam per aetatem poſſe concipere. Velim ergo ſcias, multo te meliorem filium alium genituram; immo ut contumeliam magis ſentias, aliquem de meis adoptaturam vernulis, eique donaturam iſtas pinnas, & flammas, & arcum, & ipſas ſagittas, & omnem meam ſuppellectilem, quam tibi non ad hos uſus dederam. *Et infra:* Tunc injuriae meae litatum crediderim, cum ejus comas, quas iſtis manibus meis ſubinde aureo nitore perſtrinxi, deraſerim, pinnas, quas meo gremio nectarei fontis infeci, praetotonderim. *Lucianus quoque ad hanc rem appoſite inquit* (19). Atque adeo ſaepe comminata fui, niſi deſiſtat talia facere, me confracturam ejus arcum & pharetram, imo etiam circumciſuram alas.

CU-

(*) *Tab. XIX. N. I.*
(**) *Tab. XIX. N. II.*
(***) *Tab. XX.*

(17) *Apul. Aſini Aurei lib. 5. pag. 406. e 407.*
(18) *Luc. Dial. Deor, vol. 1. Dial. II. pag. 232.*

affermare averlo detto ſecondo la mente dell'Inciſore. Per ornato di queſto ſingolar monumento riporterò due gemme; nella prima (*) delle quali è rappreſentata Venere, che peſca i fanciulletti Amori, la quale ſi vede principalmente eſpreſſa nell'iſteſſa maniera, che la Venere ludente: imperocchè il mucchio di ſaſſi, ſopra i quali ſiede Venere peſcatrice, è del tutto l'iſteſſo, come pure il veſtimento del corpo. Venere peſcatrice adunque tiene colla deſtra una canna coll'amo, col quale è preſo Amore. Sopra il mucchio di ſaſſi dietro a lei è un vaſo, dentro del quale ſi ſcorge un'altro Amore predato da queſta Venere peſcatrice. Nell'altra gemma (**) è Venere eſpreſſa con un carattere ſpirante una certa maeſtà, e ſeverità: è coperta dal collo fino ai piedi con una veſte, che ha molte pieghe; s'appoggia ad una colonnetta, ſopra la quale è una ſtatuetta di Priapo: colla ſiniſtra tiene l'ondeggiante veſte, e colla deſtra una facella acceſa ſopra la quale ſi vede gettarſi una farfalla; ai piedi della Dea ſi vede il fanciullo alato in atto di ſupplicare la madre, che allontani la face, ſopra la quale è per precipitare la farfalla, o ſia la di lui ſpoſa Pſiche: perciò Amore ſupplica la madre, che non uccida la ſua ſpoſa, acciò poſſa di lei godere. Queſta gemma è difficile certamente a ſpiegarſi.

E' ſingolare una piccola ſtatua (***) che a mio parere può nominarſi Venere Pudica, la quale eſiſte in Villa Pinciana di Borgheſe, avendo la teſta reſtaurata da un artefice del ſecolo paſſato. Queſta Dea ſdegnata fuggendo gl'impuri amori rivolge altrove la faccia dall'aſpetto di Cupido ſuo figlio, che ſiede ſopra una colonnetta piangendo l'ornamento delle ſue ali ſtrappategli da Venere, acciò non voli per far delle conquiſte. Simili odioſi frutti ſono indicati colla Natura ſteſa per terra, ed in atto di fiero ſdegno è conculcata col deſtro piede della Dea. Il decente veſtito di Venere, e la modeſta figura del corpo pare che confermino il mio ſentimento, cioè che ſia eſpreſſa in queſta ſtatuetta Venere Pudica. Mi viene in mente un paſſo d'Apulejo (17) ſpettante a Pſiche, che illuſtra queſto ſoggetto. Venere ſdegnata così parla ad Amore innamorato di Pſiche femmina mortale. *Certamente tu preſumi, cianciatore, e corruttore, et inamabile, tu ſolo bravo, che io già per la mia età non poſſa concepire. Voglio adunque che tu ſappia, che io genererò un altro figlio molto migliore di te: anzi per farti maggiore diſpetto io adotterò uno dei miei fanciulletti ſervi, ed a lui darò queſte ali, le faci, e l'arco, e l'iſteſſe ſaette, e tutti i miei arneſi, che io t'avevo dati, non a queſti uſi.* (e più a baſſo) *Allora io crederò d'eſſer ſoddisfatta dell'ingiurie ricevute, quando io raderò le di lui chiome, le quali ſpeſſe volte ſtrinſi con tanta delicatezza colle mie mani, e quando io gli avrò tagliate l'ali imbevute di nettare nel mio ſeno.* Luciano ancora a queſto propoſito dice (18). *Io talmente l'ho minacciato, ſe non deſiſterà di far tali coſe, che io gli romperò il ſuo arco, e la faretra, anzi ancora gli taglierò, attorno le ali.*



(*) Tav. XIX. N. I.
(**) Tav. XIX. N. II.
(***) Tav. XX.

(17) Apul. Aſini aurei lib. 5. p. 406. e 407.
(18) Luciano Dial. Deor. Vol. 1. Dial. II. p. 232.

## XXXII.

# CUPIDO TROPHAEO ADLIGATUS.

## AULI OPUS,

*Amethyſto inciſum.*

### EX MUSEO COMITIS DE CARLISLE LONDINI.

*Optandum ſane eſſet, ut caeterorum Deorum originem cimmeriis tenebris, atque ambagibus implicatam aliquod felix ingenium illuſtraret, ut Amori contigit, quem unicum eſſe demonſtravit Veneris & Mercurii filium eruditus Furmontius Junior, non treſdecim, ut veteres auctores indicaſſe vulgo putabantur* (1).

*Sed haec miſſa faciamus, mentemque Auli perſcrutemur, qui in hac gemma Cupidinem finxit alatum, humi ſedentem, implicatis cruribus, manibuſque poſt terga trophaeo adligatis. Oris ſpecie demiſſum, dejectumque animum praeſefert, adverſiſque oculis victoris exuvias, ſuaque vincula intuetur. Arboris trunco decenter diſponuntur lorica, clypeus, galea, praecipua militum ornamenta, quae corpus tegere, tuerique ſolent, atque inter haec remiſſus arcus, pharetra vacua ſagittis, ardenſque amoris taeda collocantur. Dura quidem provincia eſt Artificis mentem expiſcari. In praeſens mihi ſuccurrit Cupidinem, non hominum modo, ſed & Deorum, & Martis praecipue victorem, atque Tyrannum, tandem poenas dediſſe Marti, a quo proſtratus, ac devinctus eſt, exutuſque armis, quibus inſoleſcebat, quaeque trophaeo ſunt impoſita ad augendam Martialis virtutis claritatem* (2). *Id fortaſſe quiſpiam joco luſuique ingenioſi lepidique Artificis adſcribet. Aliquid forſan ſerii illum oſtendere voluiſſe etiam preſumi poteſt. Etenim ſaepenumero viri fortiſſimi belliquepotentes Amoris impetu fuere peſſumdati: aliquando tamen nonnullos armorum gloria clariſſimos ſubacti Cupidinis laude fuiſſe clariores Hiſtoriam legentibus patet* (3).

*Hac igitur in gemma Cupido trophaeo adligatus viſitur: pharetra eſt illi vacua ſagittis, ut eas omnes Amor effudiſſe intelligatur; fax accenſa in Coelum intenditur; nam ut Moſchus ait* (4).

Parva fax Solem ipſum perurit.
Si tu ceperis illum, vinctum duc, neque miſerearis:
Et ſi quando flentem videris, cave ne te fallat:
Etiamſi rideat, tu trahe illum; atque ſi voluerit te oſculari,
Fuge: malum eſt oſculum, ipſa labia ſunt venenum.
Si vero dixerit, cape haec, dono tibi, quaecunque mihi ſunt, arma,
Ne quicquam attigeris; fallacia dona ſunt; igne enim omnia tincta ſunt.

**Amo-**

(1) *Memoires de Literature de l' Acad. des Inſcriptions Diſſertation ſur la Venus des Anciens, dans la quelle on fait voir qu'il n'y en a jamais eu qu'une vol.* 10. *in* 8. *pag.* 20.

(2) *Lucianus vol.* 2. *pag.* 2. *Quomodo hiſt. conſcrib. inquit.* Tuque o Deorum hominumque ſaeve Rex Amor triumphans, nunc ludrico ſubjectus es triumpho.

(3) *In his Alexander ille Magnus praecipue numerandus, qui venuſtiſſimam Darii conjugem, Regiaſque virgines filias captivas caſte, ſancteque habuit. Illi nec omnino bellica laude, nec caſtitate praeſertim, Scipio ceſſit: non abſimili exemplo memorandus noſtra aetate Carolus XII. Suecorum Rex. Nec alii deſunt armipotentes Heroes, qui trophaea pugnacium gentium detractis armis excitata opimis ſpoliis è Cupidine relatis adpenſiſque effecere clariora.*

(4) *In Amore fugitivo pag.* 117.

## XXXII.

# CUPIDO LEGATO AD UN TROFEO.

## *OPERA D'AULO,*

### Inciſa in Amatiſta.

*DEL MUSEO DEL CONTE DI CARLISLE A LONDRA.*

SArebbe da deſiderarſi, che qualche felice ingegno illuſtraſſe l'origine del reſtante degli Dei da oſcure tenebre, e contradizioni inviluppata, come è ſtato illuſtrato Amore dall'eruditiſſimo Fourmont il Giovine, il quale ha dimoſtrato eſſere lui unico, figlio di Venere, e Mercurio, e non tredici, come volgarmente ſi credeva ſull'autorità degli antichi Scrittori (1).

Ma laſciamo da parte queſte coſe, ed eſaminiamo la mente d'Aulo, il quale ha figurato in queſta gemma Cupido alato ſedente in terra con le gambe incrociate, e con le mani legate ad un trofeo militare. Manifeſta il volto inclinato di queſto Nume una ſenſibil triſtezza, mentre riguarda dirimpetto le ſpoglie del vincitore, ed i ſuoi legami. La lorica, lo ſcudo, e l'elmo principali ornamenti dei ſoldati ſervono a coprire, e difendere il corpo e la perſona, e ſono convenevolmente diſpoſti al tronco dell'albero, e tra queſti è collocato l'arco allentato, la faretra vuota di ſaette, e la facella acceſa d'Amore. Difficile impegno è d'indovinare la mente dell'Arteſice. Mi viene in mente, che Cupido è ſtato non ſolo degli Uomini, ma ancora degli Dei vincitore, e tiranno, e particolarmente di Marte, il quale ne abbia voluto far vendetta avendolo abbattuto, vinto, e ſpogliatolo dell'armi, delle quali andava baldanzoſo, e che ſono attaccate ad un trofeo per accreſcere ornamento al Marziale valore (2). Qualcuno forſe immaginerà in queſto ſoggetto qualche ſcherzo, e bizzarrìa dell'ingegnoſo, e grazioſo artefice. Si può ancora preſumere aver lui forſe voluto ſignificarci qualche coſa di ſerio; poichè ſe ſpeſſe volte Eroi fortiſſimi e guerrieri ſono ſtati vinti da Amore, alle volte alcuni riſplenderono non tanto per la gloria dell'armi, quanto per aver ſoggiogato Amore, come appariſce dall'iſtorie (3).

In queſta gemma Cupido legato ad un trofeo, ha la faretra vuota di ſaette, acciò ſi comprenda averle Amore tutte ſcoccate, e la face acceſa rivolta al Cielo, perchè come dice Moſco (4) nel ſuo Amore fuggitivo.

*Piccola face il Sole ſteſſo incende.*
*Se'l prendi il lega, e'l traggi, e nol compiangere*
*Se piange, guarda pur che ei non t'inganni.*
*Se ride, trallo, e ſe pur vuol baciarti,*
*Fuggi ch'è reo quel bacio, e ſon le labbra*
*Veleno, e s'egli infin diceſſe, prendi:*
*T'offero in dono tutte quante l'armi,*
*Non toccaſſi tu nulla, che fallaci*
*Sono i doni, e di fuoco infetti, e tinti.*

Z 2 Altri

(1) Memoires de Literature de l'Acad. des Inſcriptions Diſſertation ſur la Venus des anciens, dans laquelle on fait voir qu'il n'y en a jamais eu qu'une. vol. 10. in 8. p. 20.

(2) Luciano vol. 2. p. 2. quomodo hiſt. conſcrib. dice. *E tu Amor crudele degli uomini, e degli Dei trionfatore, ora ſei ſoggetto ad un trionfo di deriſione.*

(3) Tra queſti ſi deve celebrare principalmente Aleſſandro Magno, il quale caſtamente trattò la belliſſima moglie di Dario, e le reali ſue vergini figlie prigioniere. E' notiſſima la fortezza, e continenza di Scipione, ſiccome nei noſtri tempi ancora quella di Carlo XII. Re di Svezia, e di molti altri Eroi guerrieri, i quali trionfarono delle Nazioni, e di Cupido iſteſſo.

(4) In Amore fug. p. 117.

*Amorem catenis columnae adligatum, & alii Artifices finxere, ut ſignificarent impotentis huiuſce affectus vires non eas eſſe, quae ratione coerceri non poſſint. In Anthologia (5) leguntur Alcaei, Antipatrique epigrammata in Amoris ſtatuam vincti catenis, quae ſubjicimus. En illud Alcaei:*

Quis te non ſancta venatione captum
    Poſuit? Quis implicatim tuas ligavit manus?
Et ſordidam faciem fecit? Ubi veloces arcus?
    Infans, ubi acerba ignifera pharetra?
Certe fruſtra fecit ſcalptor, qui te oeſtro
    Turbantem Deos huic alligavit plagae.

*Antipatri vero iſtud:*

Quis duplices manus ad columnam alligavit inevitabilibus
    Nexibus? Quis igne ignem, & dolum cepit dolo?
Infans ne lacrymas per iucundam faciem
    Demitte. Tu enim delectaris lacrymis iuvenum.

*Nemo mirari debet, ſi frequentior ſingulis numinibus comperitur antiquis in monumentis Amor; & ſi tot antiqui Pictores, Sculptores, atque Poetae (6) hoc in numine effingendo uſi ſunt innumeris feſtivis modis, variiſquae ſymbolis, indulgendo non ſolum ſuo ipſi genio, phantaſiaeque, ſed etiam hominum qui haec opera mandabant, eumdem adumbrare certatim conati ſunt. Nam quiſquis hoc numen noſtris affectibus potentius ſecundum propriam voluntatem ſibi fabricabat. Quare difficillima & tam varia hujuſce Dei monumenta, quum a conſuetis moribus & a perſpecta eruditione arceantur, explicari recte non poſſunt (6). Haec, quae mihi viſa ſunt in tam ancipiti re delibaſſe, ſufficiat.*

*Gemma (*) Muſ. Reg. Utr. Siciliae elegantis opificii difficillime ſimiliter interpetrari poteſt, & facile ludricum artificis inventum continet. Nam tres foeminae ſeminudae obſervantur; una ſedet ſub arbore, in qua duo Cupidines alati, altera ambabus manibus cum bacillo percutit arborem, ut Cupidines in terram decidant, tertia foemina brachiis extenſis actu recipiendi Cupidinem ex arbore cadentem.*

CU-

(5) *Anthool. lib. 4. cap. 12. Epigr. 45. & Epigr. 46.*

(6) *Conſule ſis Anacr. Od. 3. Athen. lib. 13. cap. 5. Euſtathium Phil. de Amoribus Iſmenii lib. 2. Propert. lib. 2. Eleg. 9. Franciſci Junii catalogum operum, quae ab antiquis artificibus elaborata ſunt, in Verbo Cupido. Vid. Gemmas Cauſſaei, Maffei, atque Gori in pr. vol. Muſ. Florent.*

(*) *Tab. XVIII. N. II.*

Altri Arteſici finſero Amore incatenato ad una Colonna per ſignificare, che le paſſioni non hanno forze baſtanti contro la ragione. Nell' Antologìa (5) ſi leggono gli epigrammi d' Alceo, e d' Antipatro ſopra una ſtatua d' Amore incatenato. Così s' eſprime Alceo. *Chi ti ha preſo in queſta guiſa ſtraordinaria; chi ti ha legate intrigatamente le mani, e chi ti ha fatta ſordida la faccia? Dove ſono o fanciullo gli archi veloci, dove la crudel faretra incendiatrice? Per certo inconſideratamente ti ha fatto lo Scultore con averti legato a queſto laccio, tu che metti in agitazione e in furore gli Dei*. Così poi Antipatro. *Chi con indiſſolubili legami ti ha le mani ad una colonna legate? Chi ha preſo il fuoco col fuoco, l' inganno con l' inganno? Fanciullo tralaſcia di ſparger lacrime ſulla gioconda faccia; imperocchè tu godi del pianto dei giovani*. Neſſuno ſi deve maravigliare, ſe Amore più frequentemente di tutte l' altre Deità ritrovaſi negli antichi monumenti, e ſe tanti antichi Pittori, Scultori, e Poeti hanno fatto a gara nel figurare queſto Nume in tante bizzarre maniere, e con tanti differenti ſimboli, per ſoddisfare non ſolamente al capriccio, ed alla fantasìa di loro ſteſſi, ma ancora di quelle perſone, le quali commettevano loro queſti lavori. Imperocchè ciaſcuno ſecondo la propria volontà ſi fabbricava per ſe ſteſſo queſto Nume ſopra le noſtre paſſioni il più potente. Perlaqualcoſa non ſi può render ragione alcuna di tanti difficiliſſimi, e ſtravaganti monumenti di queſta Deità, quando ſono lontani dalle comuni uſanze, e dalla nota erudizione (6). M' è parſo d' accennar queſte coſe, le quali ſono baſtanti in argumenti cotanto dubbioſi.

Una gemma (*) del Muſeo del Rè delle due Sicilie è ſimilmente di difficile interpetrazione; e facilmente è uno ſcherzoſo capriccio dell' artefice; imperocchè s' oſſervano tre femmine ſeminude, una ſiede ſotto un' albero, ſopra il quale ſono due Cupidi alati, l' altra con un baſtoncello percote con ambedue le mani l' albero per far cadere a terra gli Amori, la terza femmina con le braccia ſteſe ſtà in atto di ricevere un Cupido, che è per cadere dall' albero.

CU-

(5) Anthol. lib. 4. cap. 12. Ep. 45. e 46.

(6) Vedi Anacreonte nell' Ode 3. Ateneo lib. 3. cap. 2. Euſtazio filoſofo nel lib. 2. degli Amori d' Iſmenio, Properzio lib. 2. Eleg. 9., e Franceſco Giunio nel Catalogo dell' Opere fatte dagli Antichi Arteſici alla parola Cupido, e le gemme finalmente della Chauſſe, Maffei, e Gori vol. 1. del Muſ. Fiorentino.

(*) Tav. XVIII. N. II.

# XXXIII.

# CUPIDO VINCTUS.

## AULI OPUS,

*Onychi excalptum.*

EX MUSEO BARONIS DE GLEICHEN A BARAITH.

*Gemma haec, de cujus praeſtantia in ſuperioribus verba fecimus, Cupidinem nobis oſtentat, non illum pharetra, arcuque Coelitum mortaliumque domitorem, at contra puerum quidem alatum, ſed cui exili fune cingitur latus, a quo pendet anulus, cui reſticula adhaeret, qua illi utrique pedes vinciuntur. Ambae numinis manus raſtro innituntur, quo velut in pulvinari caput inclinat. Triſtis vultus, demiſſi oculi, totuſque corporis habitus, non ad venuſtatem, ſed ad puerilem quamdam moeſtiſſimam dignitatem compoſitus, ita animi dolorem, aegritudinemque deſignat, ut ars naturam optime imitetur. Servituti Amorem miſerrimae damnatum videmus; nam deterrima quaeque mancipia rus ablegabantur, ubi ſubigendae humo aſſiduam aerumnoſamque operam darent, & ne fugerent catenis vinciri, cataſtaque adligari conſueverant.*

*Hac ſpecie ignota nobis fabella continetur. Admiſſi alicujus facinoris poenam Cupidini inflictam ſuſpicari quis poſſet: nam Apollo ipſe, cum ſagittis confodiſſet Cyclopas auctores fulminis, quo filius ejus Aeſculapius Jovis manu perierat, Coelo relegatus in ſervitutem terreſtrem traditus eſt Admeto Regi, cui boves pavit, omnibus mortalium aerumnis obnoxius* (1).

*Duriori ſervitute preſſus eſt Cupido, nempe quod gravius deliquiſſet, vel fortaſſe ita Artifici ludere volupe fuit, quemadmodum Poetis, qui infeſtum hoc numen catenis vinctum cecinere* (2). *Hiſce ſignificationibus antiqui opifices numinis potentiſſimi ac ſaeviſſimi in humanam gentem imperium crudele exprimere ſtuduerunt. Quid mirum ſi tot crudelitatibus inviſus Amor aliquando ab hominibus catenis cinctus depictus eſt?*

*Ad Tabulae ornamentum gemmam* (*) *in nitidiſſimo granato opificio eximio ſcalptam referam, quam egregio viro Joach. de Rendorp in amicitiae conſtantis argumentum dono dedi. Pſychen aliquando ſub puellae formoſiſſimae imagine alis papilionis ornatae, aliquando ipſius papilionis ſpecie in vetuſtis monumentis ſpectari notum eſt* (3). *Hac in tabula ſub papilionis forma repraeſentata eſt, & ſupra inornatam arborem repit. Cupido alatus papilionem intuetur, ſiniſtra arboris truncum, dextra facem accenſam tenens actu papilionem comburendi* (4). *In Muſeo Florentino viſitur Venus acuens Cupidinem ad papilionem comburendum. De qua gemma ſic inquit Clar. Gori* (5) Venus ob egregiam formam Pſychae inimica ad interitum conjugis ſuae Cupidinem acuit, eamdemque Pſychen, imagine papilionis expreſſam, adurendam ſubditae ejus faci admovet.

AESCU-

(1) *Veneri quoque ſunt ab Artificibus injectae catenae. En Pauſaniae locus lib. 3. cap. 15. ad rem opportunus.* Addidiſſe ajunt Tyndareum compedes, quo innueret vinculorum ſimilitudine, quam firma eſſe fide erga viros ſuos foeminas oporteret. Nam Deam ulciſci voluiſſe compedibus (ſunt enim qui hoc etiam memoriae prodiderint) exprobrantem illi filiarum adulteria, ut credam adduci non poſſum. Quam enim ridiculum ſi putaſſet ab effigie, quam e cedro feciſſet, de Veneris nomine injectis compedibus poenas expeti poſſe!

(2) *Inter Graecos Poetas in Amorem religatum luſit Satyrus feſtivo epigrammate, quod habemus in Anthol. lib. 4. ita verſum a Ioanne Sleidano.*

Pennifero quis vincla Deo, flammaeque nocenti
Indidit? ignitam quis pharetram rapuit?
Quis jaculatrices tanta ſub mole revinxit,
Et vinctas voluit ſic quoque ſtare manus?
Parva quidem ſunt haec ſolamina, namque timendum
Ne non & mentem vinxerit ille Deus.

*In Gemmis Gorlaei part. ſec. gem. 645. repraeſentantur Satyri duo trahentes currum, in quo ſtat Cupido ligatis poſt tergum manibus.*

(*) *Tab. XVIII. N. III.*

(3) *De Amoris & Pſyches myſteriis conſule pereruditum virum Antiquariorum omnium doctiſſimum Buonarroti Oſſervazioni ſopra alcuni Frammenti di Vaſi Antichi pag. 193. & ſeq.*

(4) *Alex. Maffejus in Opere Gemm. vol. 3. pag. 22. Gemmam refert, in qua Cupido acuto clavo Papilionem Animae ſymbolum trunco affigit. Habet is Deorum hominumque imperium, ut inquit Anacreon. Carm. 62. pag. 147.*

Ille & Deorum dominator,
Ille mortales etiam domat.

(5) *Muſ. Flor. vol. 1. Tab. 80. num. 8. pag. 156.*

## XXXIII.

# CUPIDO LEGATO.

## *OPERA D' AULO,*

### Scolpita in Onice.

*DEL MUSEO DEL BARON DE GLEICHEN A BARAIT.*

QUeſta gemma (dell'eccellenza della quale abbiamo di ſopra parlato) ci rappreſenta Cupido, non di faretra, e di arco armato, e de' Numi, e dei Mortali domatore; ma al contrario ſi vede un fanciullo alato, che ha cinti i fianchi con una fune ſottile, dalla quale gli pende un anello, ove gli è attaccata una cordicella, con la quale gli ſono legati i piedi. Ambedue le mani di queſto Nume ſono appoggiate ad una zappa, ſopra la quale riposa la ſua teſta. Il volto meſto, e gli occhi abbaſſati, e tutta la figura del corpo non hanno venuſtà, ma una certa meſta dignità, ed eſprime in tutto gran naturalezza il dolore, e la paſſione dell'animo. In tale aſpetto veggiamo Amore condannato ad una miſerabile ſchiavitù; imperocchè i vili ſchiavi erano condannati all'aſſidua, e laborioſa fatica di lavorare la terra, e acciocchè non fuggiſſero ſi ſolevano incatenare.

Queſta figura di Cupido naſconde una ignota favoletta. Si potrebbe congetturare, che ſia data queſta pena a Cupido per qualche misfatto; imperocchè l'iſteſſo Apollo avendo ammazzato con le ſaette i Ciclopi autori del fulmine, col quale Giove ucciſe il di lui figlio Eſculapio, fù relegato dal Cielo, e condannato ad una terreſtre ſchiavitù, e conſegnato ad Admeto per paſcolare gli armenti, e ſottopoſto a tutte le penoſe fatiche dei mortali (1).

Cupido certamente è aſtretto ad una più dura ſchiavitù o perchè ſieno più gravi le ſue mancanze, o perchè l'arteſice ſi è compiaciuto così di ſcherzare, conforme appunto i Poeti hanno giocoſamente eſpreſſo nei loro verſi queſto Nume nemico legato con catene (2). Gli antichi Arteſici hanno procurato con queſti ſimboli di figurarci l'impero crudele di queſto fieriſſimo, e crudeliſſimo Nume. Che maraviglia mai ſe Amore per tante ſue crudeltà a noi reſo odioſo è ſtato talvolta dagli uomini ſcolpito incatenato?

Per ornamento di queſta tavola riferirò una gemma (*) di lavoro eccellente inciſa in un ſuperbiſſimo granato, la quale in prova della coſtante amicizia donai all'egregio Signore di Rendorp. E' coſa notiſſima che ſi trova negli antichi monumenti Pſiche alle volte rappreſentata in figura di una belliſſima giovinetta ornata colle ali di farfalla, ed alle volte ancora in forma dell'iſteſſa farfalla (3). In queſta gemma è eſpreſſa ſotto la figura di farfalla, che rampica ſopra un'albero ſpogliato, e Cupido alato rimirando la farfalla, tenendo con la ſiniſtra un tronco dell'arbore, con la deſtra una facella acceſa in atto di bruciare la farfalla (4). Nel Muſeo Fiorentino (5) ſi vede Venere, che ſtimola Cupido ad abbruciare la farfalla; della qual gemma così s'eſprime il Chiariſſimo Gori. *Venere diventata nemica di Pſiche per la ſua ſingolare bellezza ſprona Cupido all'ucciſione della ſua Spoſa, e lo muove ad abbruciare colla ſua face l'iſteſſa Pſiche eſpreſſa ſotto la figura di farſalla.*

ESCU-

(1) E' ſtata dagli Arteſici eſpreſſa ancor Venere incatenata, come opportunamente la deſcrive Pauſania lib. 3. cap. 15. *Dicono che Tindaro le metteſſe le catene per dimoſtrare con la ſimilitudine dei legami quanto la fedeltà delle donne deve eſſere inviolabile verſo i loro mariti: Altri dicono per vendicarſi della Dea imputata della incontinenza delle figlie; ma io non lo credo: perchè biſognerebbe eſſer ridicolo per immaginare che uno ſi vendichi di Venere col rappreſentarla in una ſtatua di legno di cedro con delle catene ai piedi.*

(2) Fra i molti Poeti, che hanno ſcherzato ſopra un Amore incatenato, ſi trova un grazioſiſſimo epigramma di Satiro nel lib. 4. cap. 12. dell'Antologia. *Chi ha meſſo le catene all'alato Dio, e alla nociva fiamma, chi ha rapito l'ardente faretra? Chi ha legate le mani ſaettatrici, ed ha voluto che ſieno in tal maniera incatenate? Son queſti ſcarſi piaceri degli uomini. Forſe non è da temerſi queſto Dio, avendo vinto la mente dell'arteſice?* Nelle gemme di Gorleo p. 2. gem. 645. ſono rappreſentati due Satiri che tirano un carro, nel quale ſta Cupido con le mani legate di dietro.

(*) Tav. XVIII. N. III.

(3) De i miſterj d'Amore, e Pſiche vedi il Buonarroti gran luminare degli Antiquarii nell'Oſſervazioni ſopra alcuni frammenti di vaſi antichi p. 193. e ſeg.

(4) Aleſſandro Maffei nel vol. 3. p. 22. riporta una gemma, nella quale Cupido con un acutiſſimo chiodo conficca ad un tronco d'albero una farfalla, ſimbolo dell'Anima. L'iſteſſo ha l'impero degli Uomini, e degli Dei, come dice Anacreonte Carm. 62. p. 147. *Egli ſignoreggia ſopra gli Dei, egli è ancora il domator dei mortali.*

(5) Gori Muſ. Fior. Vol. 1. Ta. 80. n. 8. p. 156.

# XXXIV.

# *AESCULAPIUS*

## AULI OPUS,

*Carneolae inciſum*,

EX MUSEO STROZZIANO ROMAE.

*AEſculapius hac in gemma promiſſa, criſpaque barba venerandus viſitur; ad latus baculus, quem circum volvitur ſerpens ei dicatus. Omnium Deorum origo variis apud antiquos auctores agitatur quaeſtionibus, in quibus ne immoremur, Diodori Siculi* (1) *ſententiam de Aeſculapio in notis proponimus.*

*Sicuti ſalus voluptateſque apud mortales duo ſunt potentiſſima numina, ita homines impenſius prae caeteris Diis, ut modo diximus, Venerem Aeſculapiumque coluerunt; quare haud mirum videbitur, ſi iſtius numinis humanae ſalutis cuſtodis tot ſuperſunt monumenta, totque celebratur encomiis* (2). *Ideo Pindarus Pyth. Od.* 3. *vocavit* Aeſculapium Heroem omnigenorum propulſatorem morborum.

*Aeſculapii figura his ornata inſignibus ab Albritio* (3) *nobis exhibetur*. Ejus imago erat homo quidam cum barba valde prolixa (4), indutus habitu medici, ſedens: in cujus ſinu erant pixides unguentorum, & alia inſtrumenta ad medicum pertinentia, cujus manus dextra barbam tenebat, ſiniſtra vero baculum cum ſerpente geſtabat intorto (5). *Serpens vulgare Aeſculapii inſigne, de quo apud antiquos ſcriptores variae ſunt ſententiae, quae tamen illi ſalutem conſtanter tribuunt, ut Plinius docet lib.* 29. *cap.* 4. Quin & ineſſe ei remedia multa creduntur, ut diceremus, & ideo Aeſculapio dicatur.

*Lau-*

(1) *Diod. Sicul. Bibl. lib.* 4. *pag.* 315. *ait* Aeſculapium Apolline ac Coronide natum fabulantur. Qui ingenio, & vigore mentis excellens ſcientiae Medicae gnaviter incubuerit, multaque hominibus ad valetudinem ſalutaria invenerit, eoque gloriae proceſſerit, ut cum multos deſperate aegrotantes non ſine miraculo ſanaret, multos etiam ab inferis in vitam reſtituere exiſtimaretur. Ideo, ut fabulis proditum eſt, Pluto querelam de Aeſculapio, quod videlicet medicatione ejus mortuorum numerus ſubinde decreſceret, apud Jovem inſtituit, eumque de diminuta regni inferni potentia accuſavit. Hoc irritatus Juppiter fulminis ictu Aeſculapium necavit. *Cornelius Celſus inquit in lib.* 1. *praef. pag.* 1. *de Medicina:* utpote cum vetuſtiſſimus auctor Aeſculapius celebretur, qui quoniam adhuc rudem, & vulgarem hanc ſcientiam paulo ſubtilius excoluit, in Deorum numero receptus eſt. *Xenoph. in lib. de Venatione vol.* 2. *pag.* 341. *inquit*. Aeſculapius majora conſequutus eſt, ut mortuos ſuſcitaret, ac morbis laborantes ſanaret. Atque has ob res & Deus eſt, & apud homines gloriam nominis aeternam obtinet.

(2) *Plura inter templa Epidauri omnium pulcherrimum Aeſculapio ſacrum erat illud a Pauſania memoratum, in quo illius feſtum ſolemni magnificaque celebratur pompa, quae ab Athenienſibus adoptata Epidauria nominata eſt. Vide Pauſaniam pluribus in locis praeſertim lib.* 2. *cap.* 26. *& ſeq. & Plinium lib.* 4. *cap.* 5. *& Vaillant numiſmata Graeca pag.* 331. *ubi obſervantur in nummis certamina in honorem Aeſculapii inſtituta. Inter illius ſtatuas praeſtabat, quae Aeſculapii Archagetis ob prolixam duodecim pedes barbam vocabatur, q uaeque in mentem revocat Dionyſii factum a Val. Maximo relatum lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. *Exempl.* Idem Epidauri Aeſculapio barbam auream demi juſſit, quod affirmaret, non convenire patrem Apollinem imberbem, ipſum barbatum conſpici. *Eadem Cicero de Natur. Deor. lib.* 3. *cap.* 34.

(3) *Albrit. Deor. imag. pag* 174.

(4) *Luſus in Priap. Carm.* 36. *pag.* 32. Intonſa ſemper Aeſculapio barba eſt: *quamvis imberbis aliquando excalptus ſit, veluti ſimulacrum Aaeſculapii imberbis opus Calamidis ex ebore & auro, teſte Pauſan. lib.* 2. *Corinth. cap.* 10. *& ſimiliter imberbis repraeſentatur ad cap.* 13. *lib.* 2. *Et quoque in lib.* 8. *cap.* 28. *de Aeſculapio imberbi mentionem fecit, quod fuit opus Scopae. A Statio lib.* 3. *Silv.* 4. *verſ.* 64. *Juvenis Phoebejus nuncupatur. In Muſ. Flor. vol.* 2. *Tab.* 15. *n.* 3. *pag.* 45. *ſingularis Aeſculapii gemma ſpectatur cum epigraphe AESCU. juvenis & imberbis, tonſo crine, & galericulum ſimile illi Mercurii gerit in capite, bacillumque cum ſerpente in dextera tenet, ſuperne additum aſtrum ſolis ſymbolum, & prope poſita eſt arbor trunca nullis ramis & foliis ornata: de qua gemma Gori eruditam explicationem praebet.*

(5) *De Aeſculapii baculo explicationem exhibet Feſtus p.* 78. bacillum habet nodoſum (*ſicuti profecto in omnibus fere ſtatuis obſervatur*) quod difficultatem ſignificat artis. *Circa ſerpentem & baculum Hygini Poet. Aſtron. lib.* 2. *pag.* 65. *opinio differt. Vide etiam Macrob. lib.* 1. *Saturn. cap.* 20. *& Phornut. cap.* 33. *De Nat. Deor. & Euſeb. Buonarroti* (*oſſerv. ſopra i Medaglioni pag.* 61.) *inquit*. Alii myſteria negligentes illum ſerpentem, ſcilicet Aeſculapii, artis ſymbolum arbitrantur primis illis temporibus, medicinaeque ipſis in primordiis inventum ad ſtuporem in populis excitandum, famamque ſuis medicamentis conciliandam

XXXIV.

# ESCULAPIO.

## *OPERA D' AULO,*

### Inciſa in Corniola.

*NEL MUSEO STROZZI DI ROMA.*

IN queſta gemma è eſpreſſo Eſculapio con carattere in vero venerabile per la ſua lunga ed arricciata barba; da una parte ſi vede un baſtone, al quale è avvolto attorno un Serpente conſacrato a queſto Nume. E' contraſtata dagli antichi autori l'origine di tutte le Deità, e perciò non ci tratterremo in queſte dubbiezze, e proporremo nelle note il ſentimento di Diodoro Siculo (1) intorno ad Eſculapio.

Siccome la ſalute, ed i piaceri appreſſo i mortali ſono due potentiſſime Deità, perciò gli uomini, come ſopra dicevamo, grandemente venerarono ſopra tutti gli altri Numi Venere ed Eſculapio: onde non recherà maraviglia, ſe queſto Dio cuſtode dell' umana ſalute è celebrato con tante lodi, e ſe ci reſtano di lui tanti antichi monumenti (2). Quindi Pindaro (Pyth. od. 3.) chiamò *Eſculapio Eroe che ſcaccia tutte le ſorti di malattie.*

La figura d'Eſculapio è rappreſentata da Albrizio (3) con queſti attributi. *La di lui immagine era d'un uomo ſedente con barba molto lunga* (4) *veſtito con abito di Medico, nel di cui ſeno teneva i vaſi degli unguenti, & altri iſtrumenti ſpettanti al Medico, colla deſtra teneva la barba, con la ſiniſtra il baſtone, al quale girava attorno il Serpente.* Il più comune degli attributi di Eſculapio è il Serpente, del quale appreſſo gli antichi ſcrittori ſono varie opinioni, ſempre però indicanti ſalute, come c'inſegna Plinio (5) lib. 29. cap. 4. *Si credono eſſer nei Serpenti molti rimedii, perciò ſon dedicati ad Eſculapio.*



(4) *Curule certamen maxime Olympiacis certaminibus nobilitatum e Grecia Romam demigravit. Plinius lib.* 6. *cap.* 56. *inquit.* Bigas prima junxit Phrygium natio, quadrigas Erichtonius, *ut aſſerit Virgil. lib.* 3. *Georg. verſ.* 112. *quamvis Cicero lib.* 3. *de Nat. Deor. aliter ſentiat, & eſſe inventricem quadrigarum Minervam dicat. Vide Roſini Ant. Rom. l.* 5. *cap.* 5. *& Antiq. Hercul. expoſitores vol.* 4. *pag.* 176. *Aſt valeant Graecorum ſomnia; illud certum eſt, jam inde a Moſis temporibus vetuſtiſſimis Aegyptiis currus fuiſſe familiares, cum Graecia foediſſima barbarie ſorderet. Cur bigis, trigis, quadrigis curſus inſtitutus fuerit perſpicue demonſtrat Iſidorus in lib.* 18. *de Orig. cap.* 17. *&* 18. *De ludorum Circenſium cauſis vide Lactantium Firmianum lib.* 6. *cap.* 20. *& Val. Max. lib.* 2. *cap.* 4.

(5) *Mithridates Rex Ponti, ( ut inquit Sext. Aurelius de viris illuſtr. ) ſexjuges equos regebat, Appianus vero de bello Mithridatico ait vol.* 1. *pag.* 413. currum quoque regebat octijugem.

(6) *Suetonius in Ner. cap.* 22. *&* 24. *Nummus a Patino in notis ad Suetonium Tab.* 23. *num.* 4. *editus id confirmat. In ejus averſa parte Imperator in quadriga equorum, quorum capita palmis ornantur, dextera ferulam & coronam, laeva palmam tenet. In alio numiſmate ab Erizzo relato, & ex illis quae contorniata nuncupantur, cernitur Nero pariter in quadriga, ferulam dextra, palmam ſiniſtra tenens cum inſcriptione EVTHYMIVS, quaſi, juxta eruditum Antiquarium* Diſcorſo ſopra le medaglie ec. *pag.* 113. *& ſeq. &c. novum Euthymium vivum conſecratum, ſemper Olympiae victorem, ſemel victum teſte Plin. lib.* 7. *cap.* 47. *ſeſe jactaret, cum Circenſibus octingentas & octo ſuper mille coronas victor aurigando obtinuiſſet ex Dione Caſſio pag.* 723. *Plura de Euthymio Pauſanias lib.* 6. *cap.* 6. *narrat. Inter praecipua memorabilia ludorum Circenſium ſub Nerone Imp. Suet. cap.* 11. *ait.* Notiſſimus eques Romanus elephanto ſuperſedens per Catadromum decucurrit, *ut noſtris temporibus funambuli. De Heliogabalo Lamprid. in vita Heliog. p.* 863. *& ſeq. brutales inter huius Imperatoris ſtultitias eam memorat quod* junxit & quaternas mulieres pulcherrimas, & binas ad pampillum vel ternas & amplius, & ſic vectatus eſt. Sed plerunque nudus, cum illum nudae traherent. *Praeterea.* Junxit ſibi & Leones matrem magnam ſe appellans, junxit & tigres Liberum ſe ſe vocans. *Cum Mima Citheride a Leonibus vectus eſt Marcus Antonius: Plin. lib.* 8. *cap.* 16. Ab ingentibus ſtruthionibus Firmum Tirannum vectum eſſe & quaſi volitaſſe narrat *Flavius Vopiſcus narrat in vita Firmip.* 715.

Di tutti gli ſpettacoli furono amanti i Romani, e ſpecialmente fanatici dei Circenſi, in modo che neſſuna coſa più avidamente deſideravano (3).

Non ſolamente nei giuochi Circenſi ſi ſervirono delle bighe, trighe, e quadrighe (4), ma ancora furono ſoliti di mettere uniti ſei cavalli di fronte (5). Trovaſi un' iſcrizione appreſſo Grutero vol. 1. pag. 337. nella quale Diocle ſi reſe celebre vincitore, avendo corſo con ſette cavalli uniti di fronte, ciò che mai nei giuochi Circenſi s' era veduto. Nerone nei giuochi Olimpici volle far pompa di correre con dieci cavalli di fronte, che neſſuno Auriga per avanti aveva ardito di fare, per dimoſtrare con queſta prova di eſſere il Principe degli Aurighi (6). *Molte volte guidò dei cocchi, ma nei giuochi Olimpici ne guidò uno con dieci cavalli di fronte, benchè di queſto ne aveſſe redarguito in certi ſuoi verſi il Rè Mitridate, ma sbalzato dal carro, e di nuovo ripoſtovi, e non potendo continuare la corſa, ſi fermò; nondimeno fù coronato.* Chi potrà mai ſopportare tanta ignominia in un Imperatore Romano? Ma Caligola aveva col ſuo eſempio preceduto Nerone. Commodo, Caracalla, ed Elagabalo non arroſſirono di calcare in ciò le vergognoſe pedate di queſti due Imperatori, come avevano fatto in ogni genere ancora di ſcelleraggine.

Ma

(3) Giovenale nella Sat. 11. v. 196. deride nei Romani queſta paſſione degli ſpettacoli Circenſi.

*Tutta Roma nel Circo oggi ſi vede.*
*Da gran rumor di gente acclamatrice*
*Poichè l' orecchio mio reſta colpito,*
*Chiaro comprendo, evento aver ſortito*
*Praſina fazion molto felice.*
*Che s' ella ſoccombea, per certo afflitta*
*Queſta Città vedriaſi, e ſconſolata,*
*Come allor che di Canne alla giornata*
*Data a' Conſoli fù sì gran ſconfitta.*

Ma più chiaramente nella Satira 10. v. 77.

*Quel Popol che d' Impero, e Magiſtrati*
*D' eſerciti, e tutt' altro già diſpoſe,*
*Or ſta ozioſo, e brama ſol due coſe,*
*Che il pan ſia groſſo, e i giochi celebrati.*

E talmente erano dediti i Romani ai giuochi Circenſi, che ſolamente v' erano tre Teatri, cioè il Teatro di Marcello, di Pompeo, e di Balbo: Nardini Roma Antica pag. 333. 337. 363. quattro Anfiteatri: L' Anfiteatro Flavio, il Caſtrenſe, e quello di Statilio Tauro, e di Traiano: Nardini l. cit. pag. 112. 159. 363. ma de' Circi nove: Il Circo di Caracalla, d' Aureliano, di Flora, di Saluſtio, di Nerone o Vaticano, di Flaminio, d' Aleſſandro Severo, di Domizia, finalmente il Circo Maſſimo: Nardini l. cit. pag. 82. 162. 190. 193. 330. 350. 487. 489. e 420. Nè minore fù il fanatiſmo dei Greci per queſti ſpettacoli, come ſi dimoſtra da un paſſo chiariſſimo d' Euſtrazio commentatore della morale d' Ariſtotile nel lib. 10. cap. 15. *Quando ſi fanno le corſe equeſtri tutti gli ſpettatori ſono intenti, e neſſuno vi è che faccia altra coſa; perchè ciaſcuno fuor di modo ſi diletta della corſa dei cavalli, e della conteſa degli aurighi. Ma quando terminati i ſette giri hanno la loro conteſa finita, e che ſono col cocchio ritornati, allora poi vengono altre perſone più vili a combattere, come ſono appunto i lottatori, ed altra ſorte di ſimil gente. Allora tu vedrai gli ſpettatori, laſciata quaſi tutta l' attenzione, alcuni parlare fra di loro, altri mangiare dei dolci, perchè non molto ſi dilettano dei combattimenti dei lottatori.*

(4) I giuochi Circenſi erano ſommamente celebri nelle conteſe Olimpiche, e dalla Grecia s' introduſſero in Roma. Plinio nel lib. 7. cap. 56. dice. *Prima di tutti la Nazione dei Frigi inventò le bighe, ed Erictonio le quadrighe*, come afferma Virgilio nel lib. 3. della Georgica v. 112. Quantunque Cicerone nel lib. 3. della natura degli Dei ſia di contrario ſentimento, facendo Minerva inventrice delle quadrighe. Vedi Roſini Ant. Rom. lib. 5. cap. 5., e gl' Illuſtratori dell' Antichità di Ercolano vol. 4. pag. 276. Ma certamente ſono ſogni dei Greci, perchè fino dagli antichiſſimi tempi di Moisè i Carri o Cocchi erano in uſo appreſſo gli Egiziani, quando la Grecia era involta nella barbarie. Perchè poi ſi correſſe con le bighe, trighe, e quadrighe chiaramente lo dimoſtra Iſidoro nel lib. 18. delle Origini cap. 17. e 18. ec. Delle cagioni, perchè ſi faceſſero queſti giuochi Circenſi vedi Lattanzio Firmiano lib. 6. cap. 20. e Val. Maſſimo lib. 2. cap. 4.

(5) Mitridate Rè di Ponto (come dice nel libro degli Uomini Illuſtri Seſto Aurelio Vittore) regolava ſei cavalli di fronte; Appiano Aleſſandrino poi vol. 1. pag. 413. nella guerra di Mitridate afferma *che regolava otto cavalli di fronte*.

(6) Svet. nella vita di Nerone cap. 22. e 24. Conferma ciò una medaglia riportata dal Patino nelle note a Svetonio alla Tavola 23. n. 4. nel di cui roveſcio ſi vede l' Imperatore Nerone tirato da una quadriga di Cavalli, che hanno ornate le loro teſte con delle palme, tenendo nella deſtra una sferza, ed una corona, nella ſiniſtra la palma. In altra medaglia riferita dall' Erizzo, di quelle che ſi chiamano Medaglioni Contorniati, ſi vede ſimilmente in una quadriga Nerone, che tiene nella deſtra una sferza, nella ſiniſtra una palma con l' iſcrizione EVTHYMIVS. cioè *Eutimio*, quaſi che ſi vantaſſe (ſecondo l' erudito Antiquario, nel diſcorſo ſopra le medaglie pag. 113. e ſeq.) Nerone un nuovo Eutimio in vita Deificato, e ſempre vincitore nei giuochi Olimpici, fuori che una ſola volta vinto, come dice Plinio nel lib. 7. cap. 47. avendo conſeguito al dir di Dione Caſſio pag. 723. come vincitore dei giuochi Circenſi mille ottocent' otto corone. Molte coſe di Eutimio ſi narrano da Pauſania nel lib. 6. cap. 6. Principalmente tra le più memorabili coſe accadute nei giuochi Circenſi intendeſi da Svetonio, che un *celebre Cavaliere Romano cavalcando un Elefante correva ſopra una corda tirata*, come fanno appunto i noſtri ballerini di corda. E tra le brutali pazzie di Elagabalo ſi racconta da Lampridio nella vita di Elagabalo pag. 863. e ſeq. *che volle eſſer tirato da quattro belliſſime femmine, o da due ad un delicato cocchio, o da tre e più, e per lo più nudo, eſſendo anche elleno nude*. Inoltre. *Si fece ora guidare dai Leoni ora chiamandoſi la Dea Cibele ora dalle Tigri chiamandoſi Bacco*. Con la Mima Citeride fù tirato Marc' Antonio dai Leoni. Plinio lib. 8. cap. 16. *Fù da grandiſſimi Struzzi portato Firmo Tiranno, di maniera che pareva che volaſſe*, conforme narra Vopiſco nella vita di Firmo pag. 715.

*At in Graecia longe diverſa ratio, ubi ea celebritate ac gloria florebant Olympica potiſſimum certamina, ut qui victores coronam fuiſſent adepti, triumphalibus Romanorum laureis praeferrentur, auctore Livio. Iidem ſtatuarum honore decorabantur.* Equeſtres (*inquit Plinius* (7)) ſtatuae Romanam celebrationem habent, orto ſine dubio a Graecis exemplo. Sed illi Celetas tantum dicabant in ſacris victores: poſtea vero & qui bigis, vel quadrigis viciſſent. *Quamobrem non mirandum, quod Graecorum Reguli, principeſque viri in ea certamina deſcendere ſummae ſibi laudi ducerent, coronamque aucuparentur. Hieron Syracuſarum Rex hoc magnopere ſtudio eſt delectatus, palmarumque ſuarum praeconem invenit Pindarum, a quo non ſemel carmine celebratus eſt. Hic Pyth. 2. ita inquit,*

Grandiurbes o Syracuſae, bellicoſi delubrum Martis,
Hominum equorumque ferro gaudentium divinae
Alumnae, vobis hoc fertilibus a Thebis afferens
Carmen venio, nuntium quadrigarum quatientium
Tellurem. In quibus Hieron curru felix
Victoria potiens late ſplendentibus redimivit
Ortygiam coronis, fluvialis ſedem Dianae.
Qua non ſine, illius placidis in manibus,
Variegatis habenis ornatos domuit equos (8).

*Alcibiades vir maximi ingenii, & animi ex nobiliſſimis ac ditiſſimis Athenienſium ſtudium ſuum, divitiarumque effuſiones, atque victorias in Olympicis certaminibus ſibi & patriae glorioſas praedicat in ſua oratione apud Thucydidem* (9). *Et revera Olympionicis nihil beatius habebatur in terris; nam ut ait Pindarus Olymp. Od.* 1. Gloria eminus conſpicitur Olympicorum certaminum in curſibus Pelopis, ubi velocitas pedum certat, & vigores roboris audacis in laboribus. Qui autem vincit, reliqua in vita habet mellitam tranquillitatem.

*Sed hoc magis forte mirabitur, qui noverit & foeminas Olympiis inter curruum agitatores acreſque virorum concertationes ſpectandas ſe praebuiſſe, & arte aurigandi victoria eſſe potitas. Cur doctus*

(7) *Plin. lib.* 34. *cap.* 5. *Pauſan. in Elid. lib.* 6. *cap.* 1. 2. 12. 15.

(8) *De Hierone Syracuſano vide Pindar. Olymp. Od.* 1. *Pyth. Od.* 1. 2. 3. *& de Therone Agrigentino Olymp. Od.* 2. *Plurima Regum Macedoniae capita in numiſmatibus obſervantur, quorum in averſa parte bigae & quadrigae cum gubernatoribus. Hiſce numiſmatibus procul dubio Reges Circenſibus victores repraeſentantur. Geſner. numiſm. Regum Maced. Tab.* 4. *&* 7., *Plurima quoque ſunt Regum Siciliae numiſmata, nempe Gelonis, Hieronis, & Theronis. Conſule cit. auct. numiſm. Regum Siciliae ec.*

(9) *Thucyd. Hiſt. lib.* 6. *pag.* 267. *Vide Plutarchum in Alcibiad. vol.* 1. *pag.* 359. (*Alcibiades*) Equorum nutritione, magnam ſibi famam paravit, multitudineque curruum: nemo praeter ipſum, neque Rex, neque privatus in Olympicos ludos ſeptem currus introduxit. Vicit etiam, ut teſtatur Thucidides, & ſecundus etiam, & quartus fuit. Euripides autem tertio loco viciſſe dicens, omnem in hoc genere ſplendorem ac gloriam ab eo ſuperatam oſtendit, *Carmen Euripidis ita habet.*

Te tua dignum celebrabo laude
Cliniae fili, ſidibuſque gratis.
Curruum curſu rapido ſequentes
Vincere pulchrum eſt.
Tu rotis metam tetigiſſe primis,
Tu rotis gaudes iterum ſecundis,
Tertias gaudes tenuiſſe curſus
Solus Achivum.
Hinc tibi plauſus datus eſt ovanti,
Et Jovis feſtis oleaſter aptus,
Duplici multum merito corona
Tempora cinxit.

*Et Iſocrat. in Orationem de bigis pag.* 607., *ubi plura in laudem Alcibiadis. Attamen celeber atque prudens Lacedaemonum Rex Ageſilaus minime decorum homines privatos Circenſibus a ſe vinci exiſtimabat. Simonides illuſtris poeta cum Hierone* (*in Xenophonte de Hierone*) *verba faciens vol.* 2. *p.* 283. *inquit.* Utrum tu putas eſſe pulchrius. curcus praeſtantia vincere, an urbis, cujus es praeſes, felicitate? Equidem ne convenire quidem ajo, ut Rex cum privatis hominibus certamine congrediatur. Nam ſi vincas, non eris in admiratione, ſed invidia, veluti qui ſumptus ex re familiari multorum facias: at ſi vincaris, maxime omnium irriſioni eris expoſitus. *Vide in hanc rem Xenophon. de Ageſilao Rege vol.* 2. *pag.* 24. *e* 25.

Ma nella Grecia queſti giuochi avevano un differente oggetto, dove fiorivano principalmente le conteſe Olimpiche, che recavano fama, e gloria ai vincitori, i quali avendo conſeguito in premio delle loro vittorie una corona, la preferivano, ſecondo Livio, ai Romani trionfi. In onore dei medeſimi s'inalzavano delle ſtatue, dicendo Plinio (7). *Le ſtatue equeſtri ſono in gran riputazione appreſſo i Romani, i quali ſenza dubbio hanno preſo l'eſempio dai Greci, che le ſtatue le dedicavano ſolamente ai vincitori, che correvano a cavallo nei giuochi ſacri; ma dipoi a quelli che vincevano nelle corſe delle bighe, e quadrighe*. Perlaqualcoſa non è da maravigliarſi che i principali perſonaggi, ed i Rè della Grecia ſi eſponeſſero in queſti combattimenti, e riputaſſero a ſomma lode i plauſi, e l'eco popolare per le loro palme conſeguite. Ierone Rè di Siracuſa ſi dilettò grandemente di queſto eſercizio, e trovò Pindaro encomiatore delle ſue vittorie, il quale in molte delle ſue odi celebrò queſto Principe, così dicendo nell'ode ſeconda dei Pitii

*O Siracuſa, a cui ampio confine*
*Città grandi formaro,*
*Tempio del Dio guerriero,*
*Di popoli, e deſtrier, che all'urto fiero*
*Di ſchiere cinte di lucente acciaro*
*Godon di rimirar ſtragi, e rovine,*
*Lieta Nutrice, ad arrecarti i' vegno*
*Nuove di Tebe, e meco*
*Soave canto arreco.*
*Eſſo dirà come drizzata al ſegno*
*Fù la Quadriga, che la terra ſcoſſe,*
*In cui Geron, che sà con arte, e ingegno*
*Vincer ſul carro, al grand'onore alzoſſe:*
*E colla fronda, che da lunge ſplende,*
*Ed immortal chi la raccolſe rende,*
*Serti ad Ortigia diede,*
*U' Diana fluvial tien la ſua ſede,*
*E ſenza cui con mano agil domati*
*I deſtrier non avria di briglie ornati*. (8)

Alcibiade Perſonaggio di raro ingegno, e valore, tra i più nobili, e ricchi Atenieſi, vanta in una ſua orazione riportata da Tucidide (9) la ſua paſſione, e la profuſione delle ſue ricchezze impiegate nei giuochi Olimpici, ſiccome ancora le tante vittorie ottenute glorioſe a ſe, ed alla ſua Patria. E per vero dire neſſuno era ſtimato più felice, che di eſſere vincitore nei giuochi Olimpici; imperocchè al dir di Pindaro parlando di Ierone Olimp. od. 1.

*In folla i peregrini al grido accorſi,*
*Che fa ſentirſi lunge*
*Di Pelope, e de' Giuochi, in cui deſtrezza*
*Al valor ſi congiunge,*
*A gareggiar ſi mirano ne' corſi*
*Ardir delle conteſe, e robuſtezza;*
*E chi vince non mira nube poi*
*Che venga ad offuſcare i giorni ſuoi.*

Ma quello, che renderà maggiore ammirazione, ſi è il vedere che alcune donne conteſero nei giuochi Olimpici con i condottieri di cavalli, e riportarono nella corſa dei carri la vittoria. Non

(7) Plin. lib. 34. cap. 5. vedi Pauſania nel lib. 6. cap. 1. 2. 12. e 15.

(8) Vedi ancora di Ierone Pindaro negli Olimp. Od. 1. ne' Pit. Od. 1. 2. e 3. e di Terone Rè di Agrigento Od. 2. degli Olimp. Molte teſte dei Rè di Macedonia s'oſſervano nelle medaglie, nei di cui roveſci ſi veggono delle bighe, e quadrighe guidate dai loro condottieri; ſenza dubbio in queſte medaglie ſi rappreſentano i Rè vittorioſi dei giuochi Circenſi. Vedi Geſnero nella Tav. 4. e 7. delle medaglie dei Rè di Macedonia; ſiccome ancora in molte medaglie dei Rè di Sicilia, cioè di Gelone, Ierone, e Terone ec.

(9) Tucidide Iſt. lib. 6. pag. 267. Vedi Plutarco nella vita di Alcibiade vol. 1. pag. 359. *Alcibiade ſi acquiſtò gran fama nel mantenere dei Cavalli, e per la quantità dei cocchi. Neſſuno fuor di lui, nè Rè, nè privato introduſſe nei giuochi Olimpici ſette cocchi. Fu vittorioſo ancora, come afferma Tucidide, e fu inſieme ſecondo e quarto. Ma Euripide dice aver vinto fino alla terza volta, e che in queſto genere ſuperò ogni ſplendore, e gloria ſopra gli altri concorrenti*. Ecco i verſi d'Euripide, i quali ſon così nei Frammenti tradotti dal P. Carmeli Tomo XX. pag. 17.

*Io te di Clinia o figlio,*
*Celebrerònne; bella*
*E' la vittoria sì;*
*Ma molto bello è più*
*Ciò, che non feo de' Greci*
*Alcun altro, correndo*
*In ſu del cocchio, vincere*
*Il primo, ed il ſecondo,*
*E il terzo aringo; e gire*
*Per ben due volte, ſenza*
*Fatica coronato*
*D'Uliva, e dar cagione*
*Al Banditor di fare*
*Paleſe la vittoria.*

Ed Iſocrate nell'Orazione delle bighe pag. 607. dove parla delle lodi d'Alcibiade. Contuttociò il famoſo, e prudente Rè de Lacedemoni Ageſilao non riputava a gloria il contendere nelle corſe cogli uomini privati. Simonide Poeta illuſtre parlando con Jerone in Senofonte vol. 2. p. 283. dice, *che coſa credi tu che ſia più onorevole eſſer vincitore nelle corſe Olimpiche, o nella felicità delle genti che tu governi? Certamente che neppure mi par convenevole che un Rè concorra cogli Uomini privati. Imperocchè ſe rimarrai vincitore non ſolamente non ſarai ammirato, ma piutoſto invidiato; come quegli che fai molte ſpeſe con le facoltà di molti altri. E ſe reſterai vinto ſarai più di ogni altro ſottopoſto ad eſſer beffato*. Vedi a queſto propoſito Senofonte del Rè Ageſilao vol. 2. p. 24. e 25.

*doctus Abbas Gedoyn* (10) *hoc in dubium revocaverit plane non intelligo. Is mavult foeminas ad Olympicos agonas aluiſſe equos, & illuc miſiſſe, non vero ipſas per ſe agitaviſſe currus; fortaſſis in eam opinionem adductus, quod illud non modo a praeſentibus moribus, ſed & a molli foeminarum genio prorſus abhorreat. Sed hic judicandi canon longe eſt fallaciſſimus. Vis enim inſtitutionis a teneris unguiculis ſuſceptae multo major erat, quae diverſos mores ac ſtudia ingerere valeret. Puellae Lacedaemoniae Lycurgi legibus obtemperantes, non ſecus ac pueri, exercitatione & labore corpora quotidie durabant. De Laconicis* (11) *virginibus ita Propertius. De foeminis arte aurigandi illuſtribus diſerte teſtatur Pauſanias* (12). Habuit Archidamus & filiam Cyniſcam nomine, quae ad Olympicas victorias virili propedum animo aſpiravit. Prima haec foeminarum omnium equos aluit, prima Olympicam palmam tulit. Poſt eam enim & aliae, in primis vero e Macedonia nonnullae ſunt victrices in Olympicis renunciatae, quibus tamen illa longe gloria praeſtitit. *Quod clare confirmat in Ageſilai vita Plutarchus* (13). Quum ( *Ageſilaus* ) cerneret, nonnullos cives, quod equos ad ſacra certamina haberent, in pretio haberi, & ſibi placere, quo ſubjiceret Graecorum oculis, nullius virtutis eſſe, ſed opum, ac ſumptus illam victoriam, ſororem ſuam impulit Cyniſcam, ut currum conſcenderet, & Olympiis certaret. *Praeclare inquit Cornelius Nepos in proaemio* non eadem omnibus eſſe honeſta atque turpia, ſed omnia majorum inſtitutis judicari.

*Quamvis ita Romani Imperatores inſanirent, Romae tamen Circenſes haudquaquam eo florebant honore, quo in Grecia Olympici caeterique agones. In his viri ingenui gymnicis certaminibus apprime exercitati ſpecimen dabant animi invicti, ac ſtrenuitatis eximiae, nihil praeter laudem appetentes. Romae autem infimae ſortis homines Circenſibus ſe ludis immiſcebant, ut populo placerent, muneraque captarent. Quandoque tamen nobiliſſimi Juvenes ſe hiſce exercitationibus in Circo addicebant* (14), *equoſque Deſultorios praecipue agitabant* (15). *Eveniebat itidem aliquando, ut foeminae in*

(10) *Gedoyn recherches ſur les courſes des chevaux ec. vol. XIII des memoires des Inſcriptions ec. pag.* 573.

(11) *Propertius lib.* 3. *Eleg.* 14.

Multa tuae, Sparte, miramur jura paleſtrae,
  Sed mage virginei tot bona Gymnaſii;
Quod non infames exercet corpore ludos
  Inter luctantes nuda puella viros;
Cum pila veloci fallit per brachia jactu,
  Increpat & verſi clavis adunca trochi;
Pulverulentaque ad extremas ſtat foemina metas,
  Et patitur duro vulnera pancratio;
Nunc ligat ad caeſtum gaudentia brachia loris,
  Miſſile nunc diſci pondus in orbe rotat;
Gyrum pulſat equis, niveum latus enſe revincit,
  Virgineumque cavo protegit aere caput.

*Et Ovidius in epiſt. Paridis ad Helenam verſ.* 149.

More tuae gentis nitida cum nuda paleſtra
  Ludis, & es nudis mixta puella viris.

(12) *Pauſan. in Lacon. lib.* 3. *cap.* 8. & 15. *Celebres fuere arte aurigandi Eurylconida atque Beliſtiche: Pauſan. loc. cit. cap.* 17. *& in lib. Elid. cap.* 8. *Vide plura appoſite ad hanc rem apud Clar. Caylus vol.* 2. *Antiq. pag.* 210. *qui refert inſcriptionem Cyzicenam, ubi demonſtratur Julia Aurelia Olympico curſu celebris.*

(13) *Plutarch. in Ageſ. vita pag.* 606.

(14) *Suetonius in Caeſ. cap.* 39. *in Aug. cap.* 43.

(15) *De equis Deſultoriis nonnulla adnotabimus. Antiquitatem hujus ſpectaculi demonſtrat Homerus Iliad. lib.* 15. *verſ.* 679. *& ſeq.*

Ut vero quum vir equis deſultoriis uti peritus,
Qui poſtquam ex multis quatuor ſelegit equos,
Agitans ex campo magnam ad urbem incitat
Publicam per viam, multique cum admirantes ſpectant
Viri & mulieres; ipſe autem firmiter ſine lapſu aſſidue
Subſiliens alias in alium alternat; illique interim volant:
Sic Ajax ec.

*Gorius in Muſ. Florent. exhibet gemmam Tab.* 81. *vol.* 2. *pag.* 128. *in qua quatuor equi ſpectantur cum Deſultore. In Graeca ( inquit ) inſcriptione ab Edmundo Chishullo edita inter Antiquit. Aſiat. apparet*, Pylemenem Regis Amintae filium populo epulum ac ter ſpectacula dediſſe ΑΓΩΝΑ ΓΥΜΝΙΚΟΝ ΑΡΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΚΕΛΗΤΩΝ, Certamen Gymnicum, Curruum, & Equorum Deſultorum. In hoc ludo fuere apprime periti Lybes teſte Strabone, qui plures equos ſine froeno currentes ſola virga continerent, & moderarentur. *Luc. Florus lib.* 3. *de Theutobocho ait*. Certe Rex ipſe Theutobochus

Non ſo certamente comprendere, come l'eruditiſſimo Abate Gedoin (10) abbia di ciò dubitato. Egli crede che le femmine manteneſſero i cavalli per uſo delle Olimpiche conteſe, e che non correſſero in perſona. Facilmente fù indotto in queſta oppinione, per eſſere totalmente adeſſo diverſi i coſtumi, e il molle genio delle femmine. Certamente queſta regola di giudicare è fallaciſſima, e la forza dell'educazione, che ſi riceveva nella prima fanciullezza, era incomparabilmente maggiore, e capace d'inſinuare diverſi coſtumi, ed eſercizii. Le Ragazze Spartane, egualmente che i fanciulli ſeguaci delle leggi di Licurgo, induravano quotidianamente i loro corpi all'eſercizio, ed alla fatica, come delle Spartane cantò elegantemente Properzio (11). Delle femmine illuſtri nell'arte di guidare i cavalli chiaramente l'atteſta Pauſania (12). *Ciniſca figlia di Archidamo inſigne per l'animo ſuo virile di contendere il premio nei giuochi Olimpici. Queſta è la prima donna, la quale abbia mantenuti i cavalli, e la prima che abbia l'Olimpiche palme riportato. Molte femmine dipoi, e tra l'altre alcune della Macedonia, ſono ſtate in queſti giuochi vittorioſe; ma Ciniſca le ha di gran lunga ſuperate.* Plutarco nella vita di Ageſilao (13) evidemente lo conferma. *Vedendo Ageſilao, che alcuni ſuoi Cittadini ſi ſtimavano, ed erano orgoglioſi, perchè mantenevano dei Cavalli per uſo dei giuochi Olimpici; per far vedere ai Greci, che la vittoria che ſi riportava in queſti giuochi, non era frutto di virtù, ma delle ricchezze, e delle ſpeſe, coſtrinſe la ſua ſorella Ciniſca di montare ſopra un carro, e di andare a contendere il premio nei giuochi Olimpici.* Dice eccellentemente Cornelio Nipote nel Proemio: *Non eſſere l'iſteſſe coſe oneſte e vergognoſe a tutti; ma tutte le coſe eſſer giudicate dall'uſanze de' noſtri antichi.*

Quantunque i Romani Imperatori foſſero fanatici di queſti ſpettacoli, contuttociò i giuochi Circenſi non erano in tanta riputazione in Roma, come i giuochi Olimpici nella Grecia. In queſti ſi eſercitavano le perſone libere per dar ſaggio del loro valore, non ricercando per premio che la lode; ma in Roma la plebe più infima faceva queſto eſercizio dei giuochi Circenſi per piacere al popolo, e riceverne dei donativi. Alle volte però alcuni nobiliſſimi giovani (14) ſi adattarono a queſti eſercizii, e principalmente alla corſa dei cavalli Deſultorii (15). Alle volte



(10) Gedoyn recherches ſur les courſes de chevaux vol. XIII. des memoires des inſcriptions pag. 573. in 8.

(11) Propert. Eleg. 14. lib. 3.

*Molte delle tue leggi, ammiro, o Sparta*
*Nelle tue lotte; ma fra tutte ammiro*
*Quella, che reca pur tanto vantaggio*
*Nella Paleſtra puerile, in cui*
*Nuda co' maſchi lottatori eſpoſta*
*Vien la fanciulla al gioco; allor che tratta*
*Velociſſima ſcorre dalle mani*
*Quella volubil palla, e che l'adunca*
*Clave del Trocho raggirato, e ſcoſſo*
*Strepita, e ſtride, e la fanciulla lorda*
*Della commoſſa polve alfin ſi arreſta,*
*Giunta all'ultima meta, ove le piaghe*
*Del faticoſo ſoffre aſpro Pancrazio;*
*Ora liete le mani al Ceſto annoda*
*Colle bride impiombate; or torce, e aggira*
*In alto il peſo del vibrato Diſco:*
*Sprona in giro i Cavalli, al niveo fianco*
*La ſpada adatta, e la virginea fronte*
*Nel cimiero di bronzo orna, e circonda.*

E Ovidio nell'Epiſtola di Paride ad Elena v. 149.

*Mentre vergine ancor n' andavi a ſchiera*
*Tra i valoroſi lottatori, e forti,*
*A prova far delle virginee membra.*

(12) Pauſania nel lib. 3. cap. 8. e 15. Celebri furono ancora nell'arte di guidare i Cavalli Eurileonida, e Beliſtica, e per averne riportato il premio nelle corſe Olimpiche. Pauſania nel luogo cit. cap. 17. e lib. 5. cap. 8.

(13) Plutarch. nella vita d'Ageſilao pag. 606. Vedi a queſto propoſito il Chiar. Sig. Caylus nel vol. 2. dell'Antichità Egiziane ec. pag. 210. il quale riferiſce una iſcrizione ſpettante alla Città di Cizico, dove è dimoſtrato Giulia Aurelia eſſere ſtata celebre nelle corſe Olimpiche.

(14) Svet. nella vita di Ceſare cap. 39. e nella vita di Auguſto cap. 43.

(15) Faremo alcune oſſervazioni ſopra i cavalli Deſultorii. Omero nell'Iliade lib. 15. v. 679. atteſta l'antichità di queſto ſpettacolo.

*Come quando uom, che cavalcar ben ſappia,*
*Che da poi che da molti avrà traſcelti*
*Quattro deſtrier, dal piano maneggiando*
*Alla grande cittade per la via*
*Comunale, e battuta gli ſoſpinge,*
*Molti a veder lo ſtanno uomini, e donne;*
*Egli ſaldo, e ſicuro ognor ſaltando*
*Cavalca a cambiatura, e quegli volano.*
*Così Aiace ec.*

Gori nel Muſeo Fiorentino nel vol. 2. tav. 81. pag. 128. riferiſce una gemma, nella quale ſi veggono quattro cavalli col Deſultore dicendo. *In una Greca iſcrizione pubblicata da Edmondo Chisbul nel libro dell'Antichità Aſiatiche apparisce aver Pilamene figlio del Rè Aminta dato al Popolo un Convito, e tre differenti ſpettacoli* ΑΓΩΝΑ ΓΥΜΝΙΚΟΝ ΑΡΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΚΕΛΗΤΩΝ (cioè). Combattimenti Ginnaſtici, de' Cocchi e dei cavalli Deſultorii. *In queſto giuoco furono ſecondo Strabone peritiſſimi quelli della Libia, i quali con una ſola sferza regolavano molti cavalli, che ſenza freno correvano.* Lucio Floro nel lib. 3. cap. 3. parlando di Teutoboco dice. *Certamente il Re Teutoboco era ſolito di ſaltare ſopra quattro e*

*ſei*

*in Circenſibus ludis ſui ſpectaculum facerent* (16) *at perraro, & in amphiteatro potius, quam in Circo. Jure Stomachatur Juvenalis* (17) *cum*

. . . . . . . . . . . . . . . Maevia thuſcum
Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma.

*Foeminam quoque celebrat Martialis* (18) *cujus nomini parcit, quae cum Leone depugnavit, eumque interfecit. Domitianus inter illaudatos Principes rejiciendus non modo virorum pugnas commiſit, ſed etiam foeminarum* (19). *Aurigarum, qui & Agitatores vocati ſunt, quatuor fuere greges, ſeu factiones, colorum varietate diſtinctae: Veneta, Praſina, Ruſſata, & Albata. Sidonius Apollinar. Carm.* 23. *verſ.* 323.

. . . . . . . . . . . . . . . . Micant colores
Albus, vel Venetus, Virens, Rubenſque (20)

*Qua-*

chus quaternos ſenoſque equos tranſilire ſolitus. *Viri Deſultorii ſunt illi, qui duos equos (quamvis ab Homero quatuor nuncupantur & quatuor ac ſex a Floro) abſque ephippiis trahentes ex altero in alterum, in actu curſus mira pernicitate deſiliebant, & haec ſpectacula agebantur in Circo. Hoc deſultorum ſpectaculum nuper Angli nobis mirandum exhibuerunt. Caſſiodorus, lib.* 3. *Ep* 51. *inquit*. Equi Deſultorii, perquos Circenſium Miniſtri miſſus denuntiant exituros, luciferi praecurſorias velocitates imitantur. *His Caſſiodori verbis ſignificari videtur, quod Equites Deſultorii inprimis currebant, & Nuncii erant Circenſium. A Svetonio loc. cit. & Iſidoro clare demonſtratur ſeparatim currere equos deſultorios. Livius id confirmat Dec.* 5. *lib.* 4. *cap.* 7. ſemel quadrigis, ſemel Deſultore miſſo. *Deſultorii curſus, ut facile credo, bigas, quadrigaſque praeibant. Hoc modo forſan Caſſiodori ſenſus explicari poteſt, quod equi Deſultorii ludis Circenſibus anteibant. Hallucinati ſunt Patinus, Vaillant, atque Morellius in illis, quos de Romanis familiis conſcripſerunt, commentariis, cum in omnibus familiae Liciniae & Calpurniae numiſmatibus, in quibus Eques unico equo decurrens cernitur, equorum deſultoriorum curſus effingi credidere. Eorum opinio corruit, inſtituta cum duobus numiſmatibus comparatione, quorum unum familiae Marciae eſt, alterum Sepuliae. Prioris recta pars Numae Pompilii, & Anci Martii capita jugata, averſa Equitem Deſultorem exhibet, qui ſcutica equos duos propellit, alteri ex iiſdem inſidens. In alterius nummi parte recta juxta Morellii ſententiam Marci Antonii caput eſt, in averſa Deſultor in equo, laeva manu alterum ducens equum, dextra flagrum tenens. Montfaucon vol.* 3. *Antiq. pag.* 287. *in alium errorem, ubi de equis deſultoriis loquitur, incidit*. Equi hujuſmodi Deſultorii (*inquit*) Equiteſque Deſultores appellabantur, quia poſt curſum ſepties repetitum ab alio in alium equum expedite ſolerterque inſiliebant. *Nititur facile clar. Scriptor verbis Iſidori, qui ait lib.* 18. *cap.* 39. *pag.* 363. Deſultores nominati, quod olim, prout quiſque ad finem curſus venerat, deſiliebat, ſive quod de equo in equum tranſiliebat. *Quae neceſſitas (ajo equidem) in Deſultore erat, ut poſt curſum ſepties repetitum (qui curſus ſeptem millia Italica in Circo maximo continebat) alterum equum, quem ducebat, tranſiliret, quique prae longo curſu feſſus eſſe debebat; quum ſi ad ſeptimi curſus calcem denuo currere ſtatim debuiſſet, alter equus recens illi parari potuiſſet? Neque me legiſſe memini poſt finem curſus Deſultores curſum ſubito renovaſſe. Locus Iſidori mihi ſane videtur vel valde obſcurus, vel vitioſus, vel deficiens; ille enim ita:* Poſtquam Deſultor ad finem curſus venerat deſiliebat, ſive quod de equo in equum tranſiliebat. *In medium meam conjecturam proponam, qua Iſidori verba explicari poſſunt. Quum Deſultor ad finem non ſeptimi curſus, ſed cujuſcumque gyri venerat, tunc expedite ac dextere alterum equum inſiliebat, & in unoquoque gyro equum curſorem mutabat, & ſic ſepties tranſiliebat. Hujus ludi utilitatem patefecit Hiſtoricus Patavinus Dec.* 3. *lib.* 3. *cap.* 20. *dum de Numidis loquens:* Deſultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam ſaepe pugnam in recentem equum ex feſſo armatis tranſultare mos eſt. *Et Ovid. Amor. lib.* 1. *Eleg.* 3. *verſ.* 15. *tranſlata venuſtate cecinit*.

Non mihi mille placent, non ſum Deſultor Amoris,
Tu mihi, ſi qua fides, cura perennis eris.

(16) *Tacit. lib.* 15. *ann. cap.* 32.

(17) *Juven. Sat.* 1. *verſ.* 22.

(18) *Mart. lib.* 1. *Spect. Ep.* 6.

(19) *Suet. in Domit. cap.* 4. *Etiam virgines curſu certaverunt, ut inquit Xiphilinus in vita Domitiani vol.* 2. *pag.* 1107. Edidit & ſumptuoſum ſpectaculum, de quo nihil dignum hiſtoria accepimus, praeterquam quod virgines curſu certaverunt. *Videtur etiam Reipublicae temporibus aurigandi ſtudium viguiſſe, dum inquit Aſconius in Orat. Cicer. pag.* 148. In victoria quadrigarum; quod cum Sylla poſt victoriam Circenſes faceret, ita ut honeſti homines quadrigas agitarent, fuit inter eos C. Antonius.

(20) *Haec inſignia, quibus diſcriminabantur, Panni vocabantur. Vide Sueton. in Domit. cap.* 7. *& Juvenal. Sat.* 11. *verſ.* 196. *Hiſce quatuor factionibus duas Domitianus adjecit, prout inquit Sueton. loc. cit.* Duas Circenſibus gregum factiones Aurati purpureique Panni ad quatuor priſtinas addidit. *Sed his cito exauctoratis, veteres quatuor manſere. Horum colorum rationes, caeterorumque ad Circenſes ſpectantium, explicatas magis ingenioſe, quam veriſimiliter reperies apud Caſſiodorum lib.* 3. *Epiſt.* 51. *ubi plura quoad Circenſes ludos digna legi. De his factionibus vide Cauſ. Muſ. Romanum Sect.* 2. *Tab.* 24. *pag.* 17. *vol.* 2. *Monf. in ſuppl. Antiquit. vol.* 3. *pag.* 179. *Hae factiones in urbe aemulationes, ſponſiones, turbaſque nonnumquam concitarunt, ut inquit Virgil. lib.* 2. *Aen. verſ.* 39.

ancora le femmine ſono ſtate il ſoggetto di queſti ſpettacoli (16), benchè aſſai di rado, e più nell'anfiteatro, che nel Circo. Ha gran ragione di nauſearſi di ciò Giovenale (17) dicendo

*Se Mevia ſcorgo, che lo ſpiedo afferra,* *E il Toſco cinghiale ardita atterra.*

Marziale (18) altresì celebra una femmina, della quale tace il nome, la quale combattè con un Leone, e l'ammazzò. Domiziano (19) iniquiſſimo Principe ordinò non ſolamente i combattimenti degli uomini, ma ancora quelli delle femmine. Quattro furono le fazioni degli Aurighi, diſtinte dalla varietà dei colori, Celeſte, Verde, Roſſa, e Bianca conforme ci narra Sidonio Apollinare Carmen. 23. verſ. 323. *riſplendono i colori, Celeſte, Verde, Bianco, e Roſſo* (20). Ciaſcuno dei quattro Aurighi delle fazioni ſaliva ſul carro, ed apparecchiato al



*ſei Cavalli*. Gli uomini Deſultorii ſono quelli, i quali conducendo due Cavalli ſenza ſelle ( benchè quattro ne nomini Omero, e Floro quattro, e ſei ) nell'atto della corſa con maraviglioſa velocità ſaltavano dall'uno ſopra all'altro cavallo, e queſta ſorte di ſpettacoli ſi faceva nel Circo. Tale ſpettacolo de' Deſultori l'abbiamo ammirato in queſti ultimi tempi dalla Nazione Ingleſe. Caſſiodoro nel lib. 3. Epiſtola 51. dice. *I Cavalli Deſultorii, per cui i Miniſtri del Circo avviſano, che vi ſaranno le corſe, imitano i veloci forieri della Stella di Venere apportatrice di luce*. Caſſiodoro pare che voglia indicare con queſte parole, che i Cavalli Deſultorii correſſero da principio, e foſſero i Meſſaggeri delle corſe Circenſi. Svetonio, ed Iſidoro chiaramente dimoſtrano, che ſeparatamente corrono i cavalli Deſultorii: confermando ciò Livio nella deca quinta del lib. 4. cap. 7. *Una volta la corſa delle quadrighe, una volta quella dei cavalli Deſultorii*. Onde credo, che le corſe dei cavalli Deſultorii ſi faceſſero prima della corſa delle bighe e quadrighe, ed in queſta maniera può interpetrarſi facilmente il ſentimento di Caſſiodoro, che dice, che i cavalli Deſultorii precedevano nei giuochi Circenſi. Patino, Vaillant e Morelli ſono incorſi in uno non piccolo errore, nelle ſpiegazioni delle famiglie Romane: perchè in tutte le medaglie della famiglia Licinia, e Calpurnia, nelle quali ſi vede un uomo che corre con un ſolo Cavallo, hanno creduto corſe di Cavalli Deſultorii. L'oppinione di queſti Antiquarii cade ſubitamente colla comparazione di due medaglie, una della famiglia Marcia, l'altra della Sepulia. Nel dritto della prima ſi veggono le Teſte unite inſieme di Numa Pompilio, ed Anco Marzio, nel roveſcio un Deſultore cavalcando uno dei due cavalli, i quali va sferzando. Nel dritto dell'altra ſecondo il ſentimento del Morelli è la teſta di Marc'Antonio. Nel roveſcio un Deſultore a cavallo conducendo con la ſiniſtra mano un altro cavallo, tenendo nella deſtra la sferza. Montfaucon nel vol. 3. dell'Antichità pag. 287. è caduto in altro errore, dove parla dei cavalli Deſultorii. *Queſti cavalli* ( egli dice ) *ſi chiamavano Deſultorii, ed i Cavalieri Deſultori, perchè dopo aver fatto il giro della corſa ſette volte ſaltavano ſpeditamente, e con deſtrezza da uno in un' altro cavallo*. Facilmente ſi fonda queſto illuſtre Scrittore ſopra le parole d'Iſidoro che dice, nel lib. 18. cap. 39. *Sono nominati Deſultori, perchè una volta che ciaſcuno arrivava alla fine della corſa diſcendeva col ſalto, o perchè da un Cavallo ſaltava ſopra in un altro*. Che neceſſità dico io aveva il Deſultore, dopo aver fatto i ſette giri della corſa ( la qual corſa nel Circo Maſſimo ſi può computare ſette miglia Italiane ) di ſaltare ſopra l'altro cavallo, che conduceva, il quale per sì grande gita doveva eſſere ſtanco, quando potevaſi alla fine della ſettima corſa, ſe aveſſe di nuovo ſubitamente dovuto correre, prepararſeli un altro freſco cavallo? Io non mi ricordo di aver mai letto, che dopo la fine della corſa i Deſultori immediatamente correſſero un' altra volta. Il paſſo d'Iſidoro mi pare molto oſcuro, o mancante, o ſcorretto: imperocchè Iſidoro dice. *Dopo che il Deſultore era arrivato alla fine della corſa diſcendeva col ſalto, o perchè da un cavallo in un' altro ſaltava ſopra*. Io azzarderò una mia congettura, con la quale ſi poſſono interpetrare le parole d'Iſidoro. Quando il Deſultore era arrivato alla fine non della ſettima corſa, ma alla fine di ciaſcun giro, allora ſpeditamente, e con deſtrezza ſaltava ſopra un' altro cavallo, ed in ciaſcuno giro mutava un cavallo corridore, e così ſette volte ſaltava nel correre da uno in un' altro cavallo. Tito Livio nella Dec. 3. del lib. 3. cap. 20. dimoſtra il gran vantaggio di queſto eſercizio dei Deſultori parlando dei Numidi, e dicendo. *Alla maniera dei Deſultori, conducevano due cavalli: eſſendo coſtume ſpeſſo nel mezzo di un acerrimo conflitto di ſaltare armati da uno ſtanco cavallo ſopra un freſco*. Ed Ovidio con metaforica venuſtà dice nel lib. 1. degli Amori Eleg. 3. v. 15.

*. . . . . . . . . . . . . non piace*
*L'aver di molti Amanti,*
*Ed in amor non ſono*
*Qual ſaltator dall'un deſtrier nell'altro,*
*E tu dolce mia cura*
*( Credimi pur, mio ben ) ſempre ſarai.*

(16) Tacit. lib. 15. Ann. cap. 32.

(17) Juven. ſat. 1. v. 22.

(18) Mar. lib. 1. Spect. Epigr. 6.

(19) Svet. in Domit. cap. 4. Ancora le donzelle Romane conteſero nel correre, come dice Sifilino nella vita di Domiziano vol. 2. pag. 1107. *Egli diede un magnifico ſpettacolo, che non fu degno d'iſtoria, eccettuato che le vergini contraſtarono nella corſa*. Si vede ancora che ne' tempi della Repubblica era in vigore la paſſione di guidare i cocchi, mentre narra Aſconio pag. 148. Orat. Cicer. *Che nei giuochi Circenſi dati da Silla dopo la vittoria, anche le perſone onorate guidavano le quadrighe, tra i quali Caio Antonio*.

(20) Queſte diviſe di colori ſi chiamavano in latino panni. Vedi Svet. in Domiziano, e Giovenale ſat. 11. verſ. 196. A queſte quattro fazioni due n'aggiunſe Domiziano, conforme dice Svetonio nel luogo citato. *Aggiunſe alle quattro antiche fazioni dei giuochi Circenſi due, quella di color di oro, e quella di color di porpora*: Ma preſto furono levate, e reſtarono le quattro antiche. Caſſiodoro nel lib. 3. epiſt. 51. ſpiega più ingegnoſamente, che veriſimilmente le ragioni di queſti colori, e di tutte l'altre coſe ſpettanti ai giuochi Circenſi, tra le quali vi ſono molte coſe degne di eſſer lette. Di queſte fazioni vedi la Chauſſe nel Muſeo Romano vol. 2. tav. 24. pag. 17. Siccome ancora Montfaucon nel ſuppl. dell'Antichità vol. 3. pag. 179. Queſte fazioni alle volte cagionarono grandi emulazioni, ſcommeſſe, e turbolenze, conforme dice Virgil. nel lib. 2. dell'En. v. 39.

*Quatuor Aurigae e ſingulis factionibus ſinguli, cum aſcendiſſent currus, ad curſum parati in carceribus ſignum expectabant, quod antiquitus tuba dabatur; ad quem morem reſpicit Sophocles* ( *in Electr. verſ.* 712.) Ad aereae tubae cantum proſiluerunt, *& Sidonius Apollinaris Carm.* 23. *verſ.* 339.

Tandem murmure buccinae ſtrepentis,
Suſpenſas tubicen vocans quadrigas,
Effundit celeres in arva currus ec.

*Et Ennius lib.* 1. *Annal. verſ.* 91. *pag.* 1459.

. . . . . . . . Veluti Conſol quom mittere ſignum
Volt omnes avidei ſpectant ad carceris oras ec.

*Sed poſtmodum mappa ſignum dari coeptum eſt, quod dicebatur mappam mittere. Miſſa mappa, protinus Agitatores maxima vi e carceribus ſe proripiebant, equoſque validiſſime in curſum dabant* (21). *Septem circa metam utramque peragebantur circuitus, quos ſpatia veteres vocant, & gyros* (22). *Victoria penes illius factionis aurigam, qui prior hos circuitus confeciſſet, erat. Haec ſepties repetita circuitio* Miſſus (23) *dicebatur. Priore abſoluto, quatuor novi currus emittebantur, & ſecundus inſti-* tue-

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

*Imperatores ipſi communis hujuſce morbi non fuerunt exortes; Caligula, & Nero Praſinae ſtuduerunt. Ita Juvenalis, ut vidimus, Sat.* 11. *verſ.* 195. *Praſinam factionem innuit, cui maxima pars urbis plaudebat, & victoriam gratulabatur:*

. . . . . . . . . . Fragor aurem
Percutit, eventum viridis quo colligo panni

*Cuperus in Apoth. Homeri pag.* 59. *inquit*, in antiquis hiſtoriarum collectaneis codicis Vaticani 96. Oenomaus dicitur inveniſſe Circenſium ludorum colores, illoſque, qui terram repraeſentabant, agitatores exornaſſe viridi, qui mare Κυανίω vel caerulea veſte: *Quod ſi color viridis viciſſet, terrae fertilitatem omnes ſperabant, ſi caeruleus, tranquillam & felicem maris navigationem. Quare agricolae optabant victoriam viridi colori, nautae caeruleo.*

(21) *Miram Circenſium certaminum deſcriptionem Marone dignam prope piaculum eſſet praeterire. Ea ita rem oculis ſubjicit, ut non animo, ſed oculis uſurpare ſibi lector videatur: ſic Georg. lib.* 3. *verſ.* 103.

Nonne vides, cum praecipiti certamine campum
Corripuere, ruuntque effuſi carcere currus,
Cum ſpes arrectae juvenum, exultantiaque haurit
Corda pavor pulſans; illi inſtant verbere torto,
Et proni dant lora; volat vi fervidus axis.
Jamque humiles, jamque elati ſublime videntur.
Aera per vacuum ferri, atque adſurgere in auras.
Nec mora, nec requies; at fulvae nimbus arenae
Tollitur, humeſcunt ſpumis, flatuque ſequentum,
Tantus amor laudum, tantae eſt victoria curae.

*Accuratiſſimam quoque hujuſmodi certaminis deſcriptionem legere eſt apud Sophoclem in Electra verſ.* 699. *apud Sidonium Apollin. Carm.* 23. *verſ.* 310. *& ſeq.*

(22) *Sidonius Apoll. Carm.* 23. *verſ.* 371. *inquit*

Stringis quadrijugos, & arte ſumma
In gyrum bene ſeptimum reſervas.

*Id confirmatur ab Auſonio Epitaph.* 35. *& eleganti Propertio lib.* 2. *Eleg.* 25. *verſ.* 25.

Aut prius infecto depoſcit praemia curſu,
Septima quam metam triverit ante rota?

*Et Ovidius Halieuticon verſ.* 66. *inquit.*

Seu ſeptem ſpatiis Circo meruere coronam.

*Montf. Antiq. expl. vol.* 3. *pag.* 288. *de gyrorum numero inquit;* Graeci non videntur ſemper unam, eamdemque rationem habuiſſe circa numerum gyrorum, qui currendo perſolverentur. Homerus unum gyrum curſumque ponit, ſed praelongum; *Pindarus* ( *Olymp. Od.* 2. *& Pyth. Od.* 5.) quadrigarum duodecim curſus conficientium. *Sophocles autem in Electra verſ.* 727. ſeptem, *inquit*, *Seneca Epiſt.* 30. *pag.* 440. Quomodo manifeſtior notari ſolet agitatorum laetitia, cum ſeptimo ſpatio palmae appropinquant. *Vide Arnobium adverſus Gentes lib.* 7. *pag.* 308. *Lactantium lib.* 7. *Xiphilinum in Commodo, & Iſidorum Etymol. lib.* 18. *Gyri vero etiam vocantur cirumitus a Divo Hieronymo in vita Hilarionis pag.* 22. *vol.* 2. *Metas figurate dixit Caſſiodorus loc. cit.* Septem metis certamen omne peragitur. *Ad metarum flexum arte ſumma opus erat, in qua maximum ad victoriam aſſequendam momentum; nam ſedulo metam evitare oportebat, & quam maxime poſſet currum circumagere, ne alter intervallum intercipiendo praeverteret; ideo Horatius lib.* 1. *Od.* 1. Metaque fervidis evitata rotis. *Vide etiam Homerum Iliad. lib.* 23. *verſ.* 306. *& ſeq.*

(23) *Hinc quid ſibi velit illud Virgilii lib.* 3. *Georg. verſ.* 18. *dignoſcitur*

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.

*Servius hoc carmen explicat, inquiens.* Ideſt unius diei exhibebo Circenſes ludos, ut Varro dicit de rebus populi Romani, olim XXV. miſſi exhibebant. *Crederem profecto hallucinatum eſſe Clar. Gedoyn in hujus verſus explicatione* ( *Memoir. des Inſcr. vol.* 13. *pag.* 561.), *dum affirmavit viginti quinque currus ſimul cucurriſſe, his verbis.* A Rome dans le grand Cirque on donnoit en un jour le ſpectacle de cent quadriges. *Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus*, dit Virgile, & l'on faiſoit partir de la Barriere juſqu'a vingt-cinq a la fois: C'eſt ce que les Latins appelloient *miſſus, emiſſio*, & les Grecs ἀφεσις. Nous ignorons combien des chars a quatre chevaux l'on aſſembloit a la Barriere d'Olympie; j'ai peine a croire que le nombre en fut auſſi grand qu'a Rome, car on ne peut comparer l'etat de la Grece a la ſplendeur de Rome, ſurtout ſous les premiers Empereurs. *Quaenam confuſio fuiſſet, ſi XXV. currus ſimul cucurriſſent? Sane Domitianus in ludis ſaecularibus, qui omnium ſpectaculorum genere celebrabantur in Urbe, praeter morem in tanta celebritate curules ludos multiplicandos cenſuit. Suetonius in Domit. cap.* 4. *inquit.* Circenſium die, quo facilius centum miſſus peragerentur, ſingulos a ſe-

corſo aſpettava il ſegno alla ſcappata, il quale anticamente ſi dava con la tromba; avendo in mira tal coſtumanza Sofocle (nell' Electra v. 712.) *Al ſuono della tromba ſcapparono*, e Sidonio Apollinare Carm. 23. v. 339. *Finalmente con lo ſtrepito d' una ſonora tromba il trombettiere chiama le quadrighe anſioſe a correre*. Ed Ennio nel I. degli An. v. 91. p. 1459.

*A guiſa di Conſol, quando vuole Il ſegno dare, avidi tutti aſpettano Circa le moſſe.*

Ma dipoi fù cominciato a darſi queſto ſegno con la mappa, (cioè un piccolo panno ſimile ad un fazzoletto), che ſi diceva gettare la mappa. Gettata la mappa ſubito gli Aurighi con grand' impeto ſcappavano dalle moſſe, e ſpingevano fortemente i cavalli al corſo (21). Si facevano intorno all' una, ed all' altra Meta ſette giri (22). Conſeguiva la vittoria quell' Auriga, il quale era il primo a terminarli. Tutti queſti ſette giri ſi chiamavano *miſſus*, cioè una corſa (23). Fatta la prima corſa, eſcivano fuori

*In fazion contrarie il volgo incerto*
*Ecco partito.*

Gl' iſteſſi Imperatori non furono eſenti da queſto comune fanatiſmo; Caligola, e Nerone furono per la Fazione Praſina, ed a queſto propoſito, come abbiamo veduto, dice Giovenale ſat. 11. v. 195.

*Da gran rumor di gente acclamatrice*
*Poichè l' orecchio mio reſta colpito,*
*Chiaro comprendo, evento aver ſortito*
*Praſina fazion molto felice.*

accennando la fazione Praſina, alla quale la maggior parte della Città applaudiva, e ſi congratulava della ſua vittoria. Il celebre Cupero dice nell' Apoth. Homeri pag. 59. *nelle antiche raccolte dell' iſtorie del Codice Vaticano 96. ſi dice che Enomao inventò i colori delle fazioni dei giuochi Circenſi, e quelli Aurighi, che rappreſentavano la Terra, erano ornati di color verde, quelli del Mare erano veſtiti di color celeſte. Se il color verde vinceva tutti, ſperavano una buona raccolta, ſe il celeſte una felice navigazione; perciò gli Agricoltori deſideravano, che vinceſſe il color verde, i Nocchieri il celeſte ec.*

(21) Sarebbe quaſi un delitto di tralaſciare la deſcrizione in vero maraviglioſa delle conteſe dei giuochi Circenſi degna del gran Virgilio. Talmente il celebre poeta rappreſenta la coſa, che pare, che il lettore non la concepiſca con l'anima, ma la vegga coi propri occhi: Così s' eſprime nella Georg. lib. 3. verſ. 103.

*Forſe nol vedi, allora che laſciate*
*Le moſſe, i cocchi per l' aperto campo*
*Corron precipitoſi, e ſi riſveglia*
*De' giovani la ſpeme, e loro balza*
*Per timor di eſſer vinti il core in petto;*
*Non vedi, io ti dicea, come ſcuotendo*
*Vanno la torta sferza, e curvi, e chini*
*Allentano le briglie? al ratto moto*
*Volan le ruote, ed il volar le ſcalda?*
*Ed or più baſſi, or più ſublimi in alto*
*Par che ſorgano all' aure, e ſien portati*
*Per lo vano del Ciel. Non v' è dimora*
*E ripoſo non v' è. D' arida polve*
*Levaſi un foſco nembo; umido il dorſo*
*Han pel proprio ſudore, e pel reſpiro*
*De' ſeguenti Corſier: tanta è la brama*
*Della vittoria, ed il deſio di lode.*

E' degna ancora di eſſer letta l' accuratiſſima deſcrizione di queſte conteſe in Sofocle nell' Electra v. 699. ed in Sidonio Apollinare Carm. 23. v. 310. e ſeg.

(22) Sidonio Apollinare Carm. 23. v. 371. dice. *Ritieni da primo le quadrighe, e bene tu arriverai al ſettimo giro.* Venendo ciò confermato da Auſonio Epitap. 35. e dall' elegante Properzio nell' Eleg. 25. v. 25.

*Evvi qualcun, che non compiuto il corſo,*
*Eſigga la mercè, pria che alla meta*
*Fra i ſette ſpazj egli non giunga?*

Ed Ovidio Halieuticon v. 66.

*Eſulta del trionfo allor che i ſette*
*Giri varcati già toccò le mete.*

Montfaucon nel vol. 3. dell' Ant. pag. 288. dice intorno al numero delle corſe. *Pare che i Greci non ſiano ſtati ſempre uniformi nel numero delle corſe. Omero ne pone una ſolamente, ma che era molto lunga. Pindaro (Olimp. od. 2. & Pyt. od. 5.) in più di un luogo ne ammette dodici.* Sofocle nell' Electra v. 727. ſette. Seneca ſimilmente dice Epiſt. 30. pag. 440. *Come ſuol manifeſtarſi più l' allegrezza degli Aurighi, quando s' avvicinano al ſettimo ſpazio per conſeguirè la Vittoria.* Vedi Arnob. adverſus gentes lib. 7. pag. 308. Lactant. lib. 7. Xiphil. in Commod. e Iſid. Etymol. lib. 18. Queſti giri da S. Girolamo nella vita d' Ilarione pag. 22. vol. 2. ſono chiamati *Circumitus*. Caſſiodoro nel luog. cit. li nomina figuratamente mete. *Ogni conteſa ſi termina con ſette mete.* Faceva di biſogno d' un' arte ſomma degli Aurighi nel voltare attorno alle mete per conſeguire la vittoria: imperocchè biſognava con accortezza evitarle, e girare ſtrettamente col carro, acciocchè un' altro non paſſaſſe avanti: perciò diſſe Orazio lib. 1. Od. 1.

*Quinci da fervide Rote sfuggeſi la meta.*

Vedi ancora a queſto propoſito Omero lib. 23. v. 306. e ſeg.

(23) Da queſto ſi conoſce quello che ha voluto dire Virgilio nel lib. 3. della Georgica v. 18.

*In oſſequio di lui cento quadrighe*
*Agiterò dell' alto fiume in riva.*

Servio ſpiega queſto verſo dicendo. *Cioè in un giorno darò al pubblico i giuochi Circenſi, come Varrone dice delle coſe del Popolo Romano: Una volta ſi davano al pubblico venticinque corſe.* Io credo certamente, che l' illuſtre Gedoyn (Memoir. des Inſcr. vol. 13. pag. 561.) abbia sbagliato nella ſpiegazione di queſto verſo, mentre affermò che correſſero inſieme venticinque cocchi, così eſprimendoſi. *A Rome dans le grand Cirque on donnoit en un jour le ſpectacle de cent quadriges.* Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus *dit Virgile; & l'on faiſoit partir de la Barriere juſqu'a vingt-cinq a la fois: c'eſt que les Latins appelloient* miſſus, emiſſio, *& les Grecs* ἄφεσιν. *Nous ignorons combien des chars a quatre chevaux l'on aſſembloit a la Barriere d' Olympie; j'ai peine a croire que le nombre en fut auſſi grand qu'a Rome, car on ne peut comparer l'etat de la Grece a la ſplendeur de Rome, ſur tout ſous les premiers Empereurs.* Qual confuſione ſarebbe ſtata ſe aveſſero corſo venticinque carri inſieme? Domiziano nei giuochi Secolari, i quali di tutti gli ſpettacoli con maggior magnificenza ſi celebravano in Roma, determinò fuori del coſtume, che in tali feſte ſi moltiplicaſſero i giuochi della corſa dei carri. Svetonio in Domiziano cap. 4. dice. *Nel giorno dei Circenſi, acciocchè più facilmente faceſſero cento corſe,* riſor-

*ſuebatur* Miſſus, *& deinceps eadem ratione uſque ad quintum & vigeſimum. Tot miſſibus Circenſes unius diei conſtabant. Non modo victores aurigae varia praemia, ut aureos, coronas, palmas conſequebantur, quae etiam petere ab Agonothetis conſueverant, ſed quoque his victoribus & ſtatuae, & tituli, & elogia victoriarum indicia decernebantur, ut ex vetuſtis ſcriptoribus, atque inſcriptionibus colligitur* (24).

*Coronidis loco minus pervulgata quaedam attingemus. Rariſſimam carneolam* (*) *videre mihi contigit penes ampliſſimum Dominum Cecchi cohortis praefectum Romae in Hadriani arce* (*hodie Caſtello S. Angelo*) *opificii non adamuſſim exacti. Ea inſculptum habet duodecimjugem* (25) *currum equis currentibus, ſtante viro cum lorica faſciis ſeu loris compacta, dextra coronam geſtante. Siniſtrorſum Victoria adſtat alata, laeva palmam gerens, dextra coronam, veluti coronatura Victorem. Hae circum litterae exaratae leguntur STESTVS. Hoc mihi nomen tam ignotum, quam quod ignotiſſimum. Fortaſſe ad aliquem ex proceribus referendum eſt curru victorem, praeſertim propter veſtitum, in quo aliquid ornatius quam in communibus Aurigis obſervatur. Antiquariorum praeclariſſimus Philippus Buonarroti in veterum vitreorum* (26) *laudatiſſimo commentario vitreum vas profert, in quo aurigae figura quadriga invecti loricati perquamſimilis noſtrae gemmae viſitur. Lorica faſciis, ſeu loris compacta eſt. Praeclare Galenus de faſciis cap.* 106. *obſervat ad conſtringendas coſtas aurigis* in

ſeptenis ſpatiis ad quina corripuit. *Nempe ſingulos miſſus ſeptem circuitibus perfici ſolitos contraxit, & quinos tantum circuitus ſingulis adtribuit, alioquin nimis in longum res abiiſſet. Xiphilinus in Calig. pag.* 908. Natalis erat Caji; vicies quatuor interdum miſſus, interdum viginti dedit. *Svetonius in Claudio cap.* 21. Circenſes frequenter etiam in Vaticano commiſit, nonnumquam interjecta per quinos miſſus venatione. *Idem in Nero. cap.* 22. Neque diſſimulabat velle ſe palmarum numerum ampliare; quare ſpectaculum multiplicatis miſſibus in ſerum protrahebatur, ne dominis quidem jam factionum dignantibus, niſi ad totius diei curſum, greges ducere. *Xiphilinus in Commod. pag.* 1213 Ludis Circenſibus, equis ſeptimo loco certamen curſus inituris magna multitudo puerorum accurrit. *Caſſiodorus* (*vol.* 1. *lib.* 3. *Epiſt.* 51. *pag.* 223.) Nec vacat quod viginti quatuor miſſibus conditio hujus certaminis expeditur, ut profecto diei noctiſque horae tali numero clauderentur. *Idem* (*in Chron. vol.* 2. *pag.* 1352.) *de Philippo Imperatore ſcribit*. Quadraginta etiam miſſus natali Romanae urbis concurrerunt. *Quare ab his auctoribus clare demonſtratur, verbum miſſus idem eſſe ac curſus. Nec audiendus celeberr. Comment. de la Cerda ad illum Virgilii verſum, qui miſſus perperam apud Svetonium pro quadrigis interpetratur; nam ait* In Romano Circo ſinguli miſſus fiebant pro diverſitate colorum. Miſſus vero erant vigintiquinque, qui perinde continebant centum currus. Varro apud Servium *Olim vigintiquinque miſſus fiebant*. Sunt autem miſſus ἀφέσεις ipſae, & emiſſiones equorum e carceribus. Neque contra hoc eſt Svetonium in Domitiano cap. 4. nominare miſſus centum. Ille enim procul dubio reſpexit ad numerum curruum, non ad miſſiones. Fieri enim nequiret, ut uno die centum miſſus peragerentur, ſi accipiantur pro equorum emiſſione e carceribus. Sed ſciendum in hac re variatum aliquando, neque ſemper datos vigintiquinque miſſus, ac perinde neque currus centum. Poeta autem attigit, quod communius factum in Circo. Quae dixi, vera puto; ſed poſſit quiſpiam ſentire cum Turnebo centum currus accipi a poeta pro multis ex conſuetudine poetarum.

(24) *Xiphilinus lib.* 77. *pag.* 1295. *vol.* 2. *de Caracalla narrat*. Agitabat currus ornatu Veneto; praeficiebat autem certaminibus unum ex libertis, caeteriſve locupletibus, ut in ea magnos ſumptus facerent, eoſque venerabatur ex inferiore loco, atque aureos ab iis quaſi homo abjectiſſimus petebat, dicebatque ſe in agitandis curribus ſolem imitari, eaque in re maxime gloriabatur. *Eo proceſſerat Circenſium inſania, ut in agitatores favori, praemiiſque nullus eſſet modus. De hac ſuorum temporum profuſione queritur in Aureliani vita Vopiſcus pag.* 452. Vidimus proxime Conſulatum Furii Placidi tanto ambitu in Circo editum, ut non praemia dari aurigis, ſed patrimonia viderentur, quum darentur tunicae ſubſericae, lineae paragaudae, darentur etiam equi, ingemiſcentibus frugi hominibus. *Maxima vero praemia fuiſſe propoſita iis, qui viciſſent, aurigis, argumento eſt marmorea tabula apud Panvinium pag.* 103. *& ſeq. & pag.* 170. *& ſeq. in qua celeberrimorum aurigarum leguntur nomina, & quot victorias retuliſſent. Epitaphium Scorpi Aurigae nobiliſſimi in Martiale obſervatur lib.* 10. *Epigr.* 53. Ille ego ſum Scorpus clamoſi gloria Circi ec. *Quare non immerito Juvenalis Sat.* 7. *verſ.* 114. *ait de celebris ea tempeſtate Lacertae aurigae divitiis*.

. . . . Hinc centum patrimonia Cauſſidicorum,
Parte alia ſolum ruſſati pone Lacertae.

(*) *Tab. XVIII. N. I.*

(25) *Quamplurima aurigarum nomina a Clar. Montf. Antiq. expl. vol.* 3. *pag.* 286. *relata ſunt*.

(26) *Vide Buonarroti* Oſſervazioni ſopra alcuni frammenti di vaſi antichi di vetro *Tab.* 27. *fig.* 1. *pag.* 179.

fuori quattro carri, e ſi faceva la ſeconda corſa, e così nel medeſimo modo ſeguitando fino alla vigeſima quinta. I giuochi Circenſi di un giorno erano compoſti di tante corſe. Non ſolamente gli Aurighi vincitori conſeguivano varii premii, come di oro, corone, e palme, i quali premii erano ſoliti domandarli ai diſpenſatori di tali doni, ma ancora erano decretati a queſti vincitori e ſtatue, e titoli, ed elogii, indizj delle loro vittorie, come ſi raccoglie dagli antichi Scrittori, e dalle Iſcrizioni (24).

Accenneremo con brevità alcune coſe non del tutto comuni. Ho veduto una rariſſima gemma (*) inciſa in Corniola di mediocre lavoro, eſiſtente appreſſo l'Illuſtriſs. Sig. Maggiore Cecchi Maggiore del Caſtello S. Angelo, nella quale vi è il vincitore in piedi tirato da dodici cavalli di fronte che corrono, veſtito con la lorica formata di faſcie, tenendo nella deſtra una corona. Dalla ſiniſtra parte vi è una Vittoria alata, che colla ſiniſtra tiene una palma, e nella deſtra una corona, come ſe foſſe in atto di coronare il vincitore. Attorno di queſta gemma ſi legge l'iſcrizione STESTVS cioè *Steſto* (25). Queſto nome di Steſto mi è del tutto ignoto. Probabilmente queſto Steſto è il vincitore, ed è qualche perſonaggio diſtinto, come può oſſervarſi dall' ornamento dell' abito, che eſce dal comune totalmente degli abiti degli Aurighi. Il celeberrimo tra gli Antiquarii Filippo Buonarroti nel ſuo pregiatiſſimo libro dei vaſi antichi di vetro (26) riporta un vaſo di vetro, nel quale ſi vede in una quadriga la figura di un' Auriga veſtito della lorica, ſimiliſſima alla noſtra gemma. La lorica è compoſta di faſcie, o correggie. Galeno nel libro delle faſciature cap. 106. egregiamente oſſerva eſſer ſoliti i Cocchieri ſervirſi di queſte faſciature della lorica per tener ſtrette le coſtole, ed aver ciò ſavia-

*riformò che ciaſcuna corſa, che ſi faceva col girare ſette volte, ſi faceſſe ſolamente cinque volte*. Cioè riduſſe ciaſcuna corſa, che era ſolita farſi con ſette giri, a ſoli cinque giri, altrimenti troppo in lungo ſarebbero andati queſti ſpettacoli. Sifilino in Caligola pag. 908. *Nel giorno natalizio di Cajo qualche volta ventiquattro corſe, qualche volta venti*. Svetonio in Claudio cap. 21. *Fece frequentemente ancora i giuochi Circenſi, alle volte interpoſta la caccia delle Fiere, per cinque corſe*. Il medeſimo in Nerone cap. 22. *Nè diſſimulava di volere ampliare il numero delle palme; perlaqualcoſa ſi tirava alla ſera lo ſpettacolo moltiplicate le corſe, neppure già giudicando degno i Signori delle Fazioni, che gli Aurighi conduceſſero i cavalli, ſe non dovevano correre in tutte le corſe in tutta la giornata*. Sifilino in Commodo pag. 1213. *Nei giuochi Circenſi, quando era per farſi la ſettima corſa, accorſe una gran moltitudine di giovinetti*. Caſſiodoro (vol. 1. lib. 3. Epiſt. 51. pag. 223.) *Nè importa che ſi faccino ventiquattro corſe, condizione di queſto combattimento: acciocchè l'ore del giorno, e della notte con tal numero ſiano terminate*. Il medeſimo (nella Cronica vol. 2. pag. 1352.) ſcrive dell' Imperator Filippo. *Che nel ricorrere il giorno della fondazione di Roma furon fatte quaranta corſe*. Perlaqualcoſa da queſti autori è chiaramente dimoſtrato, che la parola *miſſus* è la medeſima che *curſus*, cioè corſa. Nè ſi deve aſcoltare in queſta coſa il molto celebre commentatore di Virgilio Padre de la Cerda a quel verſo di Virgilio, che *miſſus* (cioè corſa) in Svetonio interpetra male per le quadrighe; imperocchè egli dice. *Nel Circo Romano ciaſcune corſe ſi facevano per la diverſità dei colori. Le corſe erano venticinque, che contenevano cento cocchi. Varrone appreſſo Servio*. Una volta ſi facevano venticinque corſe. *Sono le corſe le ſcappate dei cavalli dalle moſſe. Nè contro a queſto fa il nominare Svetonio in Domiziano cap.* 4. cento corſe. *Egli certamente riguardò al numero dei carri, non alle corſe. Imperocchè non poteva farſi che in un giorno ſi faceſſero cento corſe, ſe ſi prendano per la ſcappata dei cavalli dalle moſſe. Ma biſogna ſapere eſſer queſte coſe alle volte variate, nè ſempre date venticinque corſe, nè ſempre cento carri. Il Poeta dice ciò che il più delle volte fù fatto nel Circo. Quelle coſe che io ho dette le giudico vere; ma potrebbe ciaſcuno intendere con Turnebo prenderſi dal poeta cento cocchi per molti, ſecondo l'uſo e linguaggio dei Poeti*.

(24) Sifilino nel lib. 77. pag. 1295. narra di Caracalla. *Che egli guidava i carri con la diviſa celeſte -- faceva preſiedere alle conteſe uno dei liberti, o altre perſone ricche, acciocchè in queſti giuochi faceſſero grandi ſpeſe, e come inferiore di grado gli onorava, e come uomo viliſſimo domandava da loro de' denari. Diceva nel guidare i cocchi d' imitare il Sole; per queſto motivo ſommamente ſi gloriava*. A tal ſegno era arrivato il fanatiſmo di queſti giuochi, ed il favore verſo gli Aurighi, che non ci era veruna miſura nella profuſione dei premi verſo queſta gente. Di queſta prodigalità dei tempi ſuoi ſi lamenta giuſtamente Vopiſco nella vita di Aureliano p. 452. *Noi vedemmo vicino al Conſolato di Furio Placido tanti favori riſguardanti i giuochi Circenſi, che non ſolamente ſi davano premii agli Aurighi, ma quaſi patrimonii, mentre ſi regalavano tuniche di mezza ſeta, e veſti con faſcie ornate di oro, e di ſeta. Si donavano ancora cavalli, con rincreſcimento degli uomini probi*. I premii però maggiori ſi davano a quegli Aurighi, che aveſſero vinto. Una riprova è l'iſcrizione appreſſo Panvinio, nella quale ſi leggono ſcritti i nomi dei famoſi Aurighi, e quante vittorie aveſſero riportate. L'Epitafio di Scorpo, Auriga nobiliſſimo ſi oſſerva in Marziale l. 10. Epigr. 53.

*Io ſono quello Scorpo Gloria del Circo clamoroſo*

Perlaqualcoſa ha gran ragione Giovenale nella Sat. 7. v. 114. di eſclamare in quel tempo contro le ricchezze dell' Auriga Lacerta.

*. . . . . . . . . . Pon da una parte*
*D' un centinajo d' Avvocati il cenſo;*
*Dall' altra quello di Lacerta immenſo,*
*Che d' Auriga il veſtir profeſſa e l' arte.*

(*) Tav. XVIII. N. I.

(25) Moltiſſimi nomi di Aurighi ſono riferiti da Montfaucon nel vol. 3. pag. 286. delle Antichità ſpiegate.

(26) Buonarroti ſopra i vaſi antichi di vetro Tav. 27. fig. 1. pag. 179.

*in more fuiſſe loricas induere. Ita ſapienter proviſum, ne pectus agitatione, & anhelitu fatigatum fatiſceret. Comes Caylus Camaeum evulgavit* (27) *quod Neronem repraeſentat quadriga ſublimem, altera manu tenente ſceptrum, altera mappam, in Circenſibus mitti ſolitam, capite radiato, circa quod rudibus litteris & exiſtentibus legas* NERON ΑΓΟΥCΤΕ, *quae inſcitiam opificis arguunt. Apud eumdem videre eſt aliam gemmam figura potius quam artificio ſpectandam, quae victorem in ludis exhibet curru viginti equis inſtructo inſidentem* (28). *Videtur hic, quiſquis ille fuerit, Neroni ipſi anteſtare voluiſſe, qui tantum decemjuge curru Olympiis aurigavit. De hac Com. Caylus gemma ita inquit Winkelmann* (29). Le Chevalier avec vingt chevaux de front, ſur une pierre de Monſ. le Comte Caylus (30) ne ſemble pas etre ſur un char, mais plutot monté ſur un des chevaux, quoiqu'il paroiſſe un peu trop elevè pour etre bien a cheval. *Clar. Caylus in additionibus & correctionibus vol.* 4. *pag.* 10. *e* 11. *ſe defendit, & ita de Vinkelmann loquitur.* Il ſe trompe aſſurement, car les chevaux ſont non ſeulement attelès a un char; mais celui qui les conduit tient un fouet d'une main, & de l'autre une palme ec. *Circenſium quaedam ſpecies Florentiae adhuc viget, ubi ante magnificum templum Coenobiumque Dominicanorum Sodalium Metae Circo in medio exſurgunt, circa quas in pervigilio celebritatis S. Io. Baptiſtae quatuor bigae ab aurigis diverſo panno diſtinctis impelluntur, treſque circuitus ſeu gyri perſiciuntur. Victori bravium eſt conſtitutum.*

*EQUES*

(27) *Caylus Antiquites Egyptiennes ec. vol.* 1. *pag.* 215.

(28) *Loc. cit. pag.* 165. *& ſeq.*

(29) *Deſcription des Pierres ec. de Stoſch pag.* 468.

(30) *Rec. d'Ant. T.* 1. *pl. LX. num.* 4.

ſaviamente penſato, acciocchè il petto non reſtaſſe offeſo dalla violenza del correre, o dalla agitazione, e difficoltà di reſpirare. Il ſempre celebre Conte di Caylus pubblicò un Cammeo (27) che rappreſenta Nerone in un carro tirato da quattro cavalli, tenendo da una mano lo ſcettro, dall' altra la Mappa, ſolito contraſegno dei giuochi Circenſi. La ſua teſta è radiata, attorno la quale in rozze lettere di rilievo vi ſi legge NERON ΑΓΟΥϹΤΕ cioè *Nerone Auguſto*; queſta iſcrizione autentica l'ignoranza dell' artefice. E' degna di vederſi appreſſo il medeſimo illuſtre Antiquario un' altra gemma ſingolare (28), pregiabile più per il ſoggetto, che per il lavoro, la quale rappreſenta un vincitore dei giuochi Circenſi in un carro tirato da venti cavalli. Chiunque foſſe coſtui ſi vede che volle ſuperar l'iſteſſo Nerone, che corſe con dieci cavalli di fronte. Di queſta gemma del Conte Caylus, così parla Vinkelmann (29). *Le Chevalier avec vingt chevaux de front, ſur une pierre de M. le Comte Caylus* (30) *ne ſemble pas etre ſur un char, mais plutot monté ſur un des chevaux, quoiqu'il paroiſſe un peu trop elevé pour etre bien a cheval.* Il celebre Sig. Caylus nelle ſue aggiunte e correzioni vol. 4. pag. 10. e 11. ſi difende da Vinkelmann, così eſprimendoſi. *Il ſe trompe aſſurement, car les chevaux ſont non ſeulement attelés a un char, mais celui qui les conduit tient un fouet d'une main, & de l'autre une palme &c.* Una ſpecie di queſti giuochi Circenſi eſiſte ancora in Firenze, dove è una piazza avanti il magnifico tempio de' Padri Domenicani, nel mezzo della quale vi ſono due piccoli Obeliſchi, che ſervono di Mete, intorno alle quali nella vigilia della ſolennità di S. Gio. Battiſta ſi fanno correre in giro tre volte quattro bighe guidate dai Cocchieri diſtinti di diverſo colore, ed è aſſegnato un palio per premio al vincitore.



(27) Conte di Caylus Antiquités Egiptiennes ec. Paris 1752. vol. 1. pag. 215.

(28) Luog. cit. pag. 165.

(29) Deſcriptions des Pierres &c. de Stoſch.

(30) Rec. d' Ant. T. 1. Pl. 60. n. 4.

## XXXVIII.

# *EQUES DECURRENS.*

## AULI OPUS,

*Carneolae inciſum.*

EX MUSEO OLIM MEDICEO NUNC S. C. M.

Q*Uid ſibi velit Equeſtris haec figura incertum eſt, nec facili opera lis componi poteſt. Hanc gemmam primus evulgavit Baro de Stoſch* (1), *ſuamque de ea ſententiam equitem Graecum eſſe pronunciavit biſce verbis.* Eques galea tectus pernici equo citato curſu vehitur, miſſile telum jaculans, ſagulo ſuperindutus, ſcutoque ad ephippiorum latus appenſo, in quo Meduſae caput inciſum eſt. Graecus eſſe ex armatura videtur, quod armorum genus in uſum ſuum tranſtulere Romani, cum tutius, ac utilius id obſervaſſent, uti ait Polybius (2). *Quare* (Romani) *cum magiſtra experientia reprobarent* (ſuum armaturae genus) *Graecanicam armorum ſtructuram ſuae loco facile uſurparunt.* Romanos Equites Graeco more ornatos affabre deſcribit Joſephus (3). *Equitibus gladius eſt ad dexteram oblongus, & contus item longus in manu, ſcutum ad latus equi tranſverſum, & in pharetra portantur tria, aut plura jacula, cuſpide lata, & haſtis magnitudine non cedentia, galeas, & loricas peditibus ſimiles omnes habent. Ejus veſtigiis inſiſtit Gorius* (4) *Equitem Graecum ibi ſcalptum arbitratus equo celeri vectum, jaculum in hoſtes intorquentem; adjecitque Clypeos, quibus Etruſci* (5), *Graeci* (6), *ac Romani milites utebantur, praegrandes ac rotundos fuiſſe. Neuter vero, quid ſingillatim Eques ille notaret, patefecit. Ego aliquid eorum diligentiae adjicere conabor; in re parvi momenti, & obſcura & voluiſſe ſat erit, nec non aliquas adjicere conjecturas.*

*Decurſionem ſeu Trojae ludum, qui magno apud Romanos in pretio, uſuque fuit, nemo non novit. Hoc ſpectaculi genus vehementer Jul. Caeſar adamavit, populoque exhibuit, ut ait Svet.* (7). Trojam luſit turma duplex majorum minorumque puerorum, *ſed eo impenſius delectatus eſt Auguſtus, teſte eod. Svetonio* (8). Trojae ludum edidit frequentiſſime majorum minorumque puerorum delectu, priſci, decorique moris exiſtimans clarae ſtirpis indolem ſic noteſcere. *Graphice hunc ludum deſcriptum ſuſpicimus apud V. Maronem, in quo nobilis Juventus Equorum curſu exercebatur: Hi galea & haſtis armati pugnant, eo modo, ut veriſimilia praelia fingant, ac belli ſpecimina praebeant* (9). *Inde conjiciendi anſam arripere in proclivi eſt, Equitem, de quo agimus, unum ex iis, qui huic ludo operam navarent, referri, ſeu Principem Juventutis, quo nomine ſtante republica*

(1) *Stoſch Gem. Ant. pag.* 21. *Conſimilem noſtrae gemmae Equitem in Monumentis Herculaneis in Catalogo pag.* 159. *memoratum legimus.*

(2) *Polyb. Hiſt. lib.* 6. *pag.* 471.

(3) *Joſeph. de bello Judaico lib.* 3. *pag.* 836.

(4) *Gori Muſeo Flor. vol.* 2. *Tab.* 2. *pag.* 10.

(5) *Vide Th. Dempſterium de Etruria Regali Tab.* 21. 48. 51. 53. 54. *& Clariſſ. Senat. Phil. Buonarroti ad eadem monumenta addita Operi Dempſteriano pag.* 45.

(6) *Petri Victorii Var. Lection. lib.* 19. *cap.* 15.

(7) *Svet. in Caeſ. cap.* 39.

(8) *Svet. in Aug. cap.* 43. *& Dio. Caſſ. lib.* 51. *Delectati ſunt eo ludo alii Imperatores, Vide Svet. in Tiber. cap.* 6. *Calig. cap.* 18. *Claud. cap.* 21. *Ner. cap.* 7. *Aſcanius Trojae ludi morem renovavit, veluti inquit Virgilius lib.* 5. *Aen. verſ.* 598.

Et priſcos docuit celebrare Latinos:
Quo puer ipſe modo, ſecum quo Troia pubes,
Albani docuere ſuos; hinc maxima porro
Accepit Roma, & patrium ſervavit honorem:
Trojaque nunc, pueri Trojanum dicitur agmen.

(9) *Hic ludi, de quo agitur, teſte Virg. Aeneid. lib.* 5. *verſ.* 560. *& ſeq. ordo erat.*

Tres Equitum numero turmae, ternique vagantur
Ductores; pueri bis ſeni quemque ſequuti
Agmine partito fulgent, paribuſque magiſtris ec.

*Deinde*

Olli diſcurrere pares, atque agmina terni
Diductis ſolvere choris, rurſuſque vocati
Convertere vias, infeſtaque tela tulere:
Inde alios ineunt curſus, alioſque recurſus
Adverſis ſpatiis; alternoſque orbibus orbes
Impediunt, pugnaeque cient ſimulacra ſub armis.

*Vide Roſin. Antiq. Rom. Paralip. cap.* 25. *pag.* 371. *& ſeq.*

## XXXVIII.

# UN CAVALIERE CHE CORRE.

## *OPERA D' AULO,*

### Inciſa in Corniola.

*DEL MUSEO GIA' MEDICEO ORA DI S. M. C.*

NOn è facile a mio credere il decidere quello, che rappreſenta queſta figura equeſtre. Il Baron Stoſch (1) che prima di tutti ha pubblicato queſta gemma, è di ſentimento, che ſia un Cavalier Greco: ecco come s' eſprime. *Queſta figura rappreſenta un Cavaliere, con un elmo in teſta ſopra un cavallo, che velocemente corre, in atto di ſcagliare un dardo, che tiene nella mano deſtra; egli è di ſopra veſtito col ſago, avendo uno ſcudo attaccato accanto alla ſella, nel quale è inciſa la teſta di Meduſa. Queſto Cavaliere ſi riconoſce dall' armatura eſſere Greco, la quale i Romani in appreſſo adottarono, avendola trovata più ſicura, e più utile che la loro, conforme dice Polibio* (2). I Romani avendo conoſciuto per eſperienza l' incommodità della loro armatura, in vece di eſſa preſero quella dei Greci. *Queſt' armatura alla Greca, della quale ſi ſervivano i Cavalieri Romani, egregiamente deſcriſſe Giuſeppe Iſtorico in queſti termini* (3). Hanno una ſpada aſſai lunga dalla parte dritta, e una lancia lunga ſimilmente in mano, con uno ſcudo a traverſo al fianco del cavallo, e nella faretra portano tre, o più dardi con punta larga, i quali non ſono minori della grandezza delle picche, ed hanno tutti de' morioni, e delle corazze, ſimili a quelle dei ſoldati a piedi. Gori (4) ha ſeguitato le pedate di Stoſch, giudicandolo un Cavalier Greco a cavallo, che corre velocemente, vibrando un dardo contro i nemici, aggiungendo, che gli ſcudi, dei quali ſi ſervivano gli Etruſchi (5), i Greci (6), ed i Romani ſoldati, erano molto grandi, e rotondi. Queſti due Antiquarii non hanno deciſo particolarmente coſa ſignifichi queſto Cavaliere a cavallo. Trattandoſi di una materia di poco momento, ed inſieme oſcura, baſterà che io aggiunga alla diligenza loro alcune mie congetture.

E' nota a chi ſi ſia la decurſione, o il giuoco di Troia, il quale fù in uſo, ed in gran pregio appreſſo i Romani. Di queſta ſorte di ſpettacolo fu amantiſſimo Giulio Ceſare, e come dice Svetonio (7) *diede al Popolo due ſquadre di maggiori, e minori giovinetti, che rappreſentarono il giuoco di Troia*. Ma più appaſſionatamente ſe ne dilettò Auguſto, dicendo Svetonio (8). *Speſſiſſimo diede al pubblico lo ſpettacolo di Troia, con la ſcelta dei maggiori, e minori giovinetti, giudicando di render noto così, all' antica e decoroſa uſanza, l' indole delle illuſtri famiglie*. Virgilio ha deſcritto elegantemente queſto giuoco, nel quale la gioventù ſi eſercitava colla corſa dei cavalli. Queſti armati di aſta, e morione combattono in guiſa di rappreſentare ſembianze vere di finta battaglia, e danno dei ſaggi del loro guerreggiare (9). Perlaqualcoſa ſi può da queſto prender motivo di congetturare, che il Cavaliere a cavallo, del quale trattiamo, poſſa rappre-

 ſen-

(1) Stoſch Gem. pag. 21. Nel Catalogo pag. 159. dei Monumenti di Ercolano troviam mentovato un Cavaliere ſimile alla noſtra gemma.

(2) Polib. Hiſt. lib. 6. pag. 471.

(3) Ioſeph de Bello Iudaico lib. 3. pag. 836.

(4) Gori Muſ. Flor. vol. 2. T. 2. pag. 10.

(5) Vedi Dempſtero de Etruria Regali T. 21. 48. 51. 53. 54. ed il Chiariſſimo Senator Buonarroti nell' aggiunte ai monumenti della detta Opera pag. 45.

(6) Petri Victorii var. Lect. pag. 19. cap. 15.

(7) Svet. in Caeſ. cap. 39.

(8) Svet. in Aug. cap. 43. Dione Caſſio lib. 51. Altri Imperadori pure ſe ne dilettarono; ved. Svet. Tib. c. 6. Cal. c. 18. Claud. cap. 21. Ner. cap. 7. Aſcanio rinnuovò il giuoco di Troia, come dice appunto Virgilio nel 5. dell' En. v. 598.

*Inſegnò celebrare ai primi antichi,*
*E nel modo, ch' ei putto, e ſeco ſeo*
*La Teucra gioventù, gli Albani appreſſo*
*Inſtruirono i ſuoi, quindi gli accolſe*
*L' alta Roma dopoi, e 'l patrio onore*
*Mantenne, e Troia hora la gioſtra è detta,*
*E i giovani di lei Troian drappello.*

(9) Queſto è l' ordine del giuoco, del quale parla Virg. lib. 5. En. v. 560. e ſeg.

*Tre ſe ne van de' Cavalier le truppe,*
*Tre i condottier vagando, e ſei le coppie*
*Sono dei putti a ſeguitar ciaſcuno,*
*E ſotto pari guide, in pari ſchiere*
*Partiti vanſi, e riſplendenti al pari.*

Dipoi

*Coppia con coppia pria, ſciolti ſi poi*
*Diviſero le ſchiere e ſi partiro*
*In tre quadriglie, e rigirar chiamati*
*Di nuovo a le lor vie tutti, e ad urtarſi*
*Portar contro l' un l' altro i dardi infeſti:*
*Indi altri a ripigliar corſi, e ricorſi*
*Spiccan da ſpazii oppoſti ad intricare*
*Alterni giri, & a formar ſotto armi*
*Di finto battagliar ſembianze vere.*

Vedi Roſin. Ant. Rom. Paralip. cap. 25. pag. 371.

*blica donabantur nobiliſſimi adoleſcentes equeſtris ordinis, poſtmodum ea collapſa Caeſarum liberi imperio deſtinati, qui ludo praeeſſe conſueverant* (10). *Itaque aliquem juventutis Principem Imperio deſignatum haeredem in hac gemma exhiberi conjicimus. Ideo cum caeteris commilitonibus dignitate antecelleret, armorum quoque ornatu praeſtabat, ut in noſtro Equite videre eſt. Eadem de cauſa minus negotii faceſſere debet, quod caput galeatum gerat, cum & apud Panvinium* (11) *in Circenſibus nonnullos ex equitibus galeatos prodiiſſe imagines adlatae commonſtrent.*

*Abs re non erit, quae Baſilius Kennet in Romae antiquae notitia Anglice ſcripſit, ea hic latine verſa referre.* Opinatur Latius in ſuis de Rep. Romana commentariis, ludos, qui Juſtra & Torneamenta barbare vocata ſunt, duobus, tribuſque ab hinc ſaeculis uſitata, a Trojae ludo originem traxiſſe, ac Torneamenta dicta eſſe parum immutato vocabulo, ac deflexo a Trojamentis. Idem alios quoque ſenſiſſe teſtatur nobilis aeque ac eruditus Du Freſne in Gloſſario. Ea tamen vox deducenda videtur a Gallico verbo *Tourner*, nempe a circumeundo cum agilitate. Caeterum inter haſce exercitationes ea intercedit ſimilitudo, ut altera alterius imitatio eſſe videatur.

*EQUUS*

(10) *Maximi moduli nummum edidit Montfauconius Antiq. ſupplem vol.* 3. *pag.* 182. *in quo decurſio ſpectanda venit, Quae vir ſummus ad eam illuſtrandam commentatur, operae pretium eſt noſſe.* Juvenes ſunt (tres) Equites currentes cum Inſcriptione PRINCIPI IVVENTVTIS. Quae inſcriptio in nummis perſaepe occurrit, ut hac ſignificentur Imperatorum filii. Verum in poſtica ſimilium nummorum facie numquam videram tres juvenes Equites currentes. Decurſionum porro hujuſmodi origo petebatur, ut ajebant, a ludo Trojae ab Aenea in Sicilia inſtituto, ut Aſcanius, aliique Juvenes Trojani ſic exercerentur. Ut autem hic ipſe ludus in memoriam revocaretur, juvenes Senatorum aut Equitum filii in Circo currebant ludentes. Qui vero dux erat inſtitutus Princeps Juventutis appellabatur, iſque Aſcanium repraeſentabat. Hic ludus, qui jam pene obſoleverat, quando Julius Caeſar Dictator fuit, ab eo reſtitutus fuit, ut qui ortum ſuum referret ad Julum ſive Aſcanium: *Julius a Magno demiſſum nomen Julo. Aeneid. libr.* 1. *verſ.* 292. Hinc eſt quod Imperatorum filii hoc ſe nomine decoraverunt. Pueri autem illi ſic currentes in turmas ſe ſe diſtribuebant, pugnantium inter ſe ſpeciem praeferebant; turma aliqua alteri cedebat, haec vero fugientes inſequebatur; deinde pax ſtatuebatur. Veriſimile autem eſt, ſic rem temperatam fuiſſe, ut turma illa, in qua Princeps erat, victrix eſſet. *Hactenus Montſ. qui quare ibi tres ſimul figurae Equeſtres inducantur explicare detrectat. ſed, id facile intelligemus ex loco Lampridii, qui de Commodo narrat cap.* 2. Cooptatus inter tres ſolos Principes Juventutis, quum togam ſumpſit. *Hanc lectionem validiſſime contra Lipſium, Salmaſium, alioſqe tuetur rei antiquariae callentiſſimus Spanhemius in lib. de Praeſt, & Uſu numiſm. pag.* 664. *& ſeq. inquiens.* Commodus, cum togam virilem ſumeret, inter Principes Juventutis cooptatus, qui non plures quam tres exſtitiſſe dicuntur. Neque inſolitum hinc numerum colligas, praeſertim ex praeclaro Getae nummo, in quo tres figurae Equeſtres occurrunt cum inſcriptione PRINC. JVVENT. Immo haud incommode rationem illius numeri eruere mihi videor. Seviri nempe, quod vel nomen arguit, ſex numero totidem turmis Equitum Romanorum Praefecti. Diſtincti vero iidem juxta lapides antiquos in Seniores, & Juniores; adeo ut tres e junioribus conſtarent, qui vulgo tradito e veteri Rep. titulo ac more *Principes Juventutis* dicti. In eo autem ſeu plurium, ſeu trium Collegio facile credimus primas obtinuiſſe, ſeu quaſi Principum Principem extitiſſe filium, & ſucceſſorem Auguſti. *Quidquid ſit de tribus hiſce Juventutis Principibus, quod ad decurſionem attinet, tres in ea fuiſſe turmas, treſque Duces turmarum conſtat.*

Tres Equitum numero turmae, ternique vagantur
Ductores ec.

*Id Virgilius lib.* 5. *Aeneid. verſ.* 560. *finxiſſe cenſendus eſt, quod ante oculos haberet conſuetudinem, qua Romae peragi decurſio ſolebat. Tres ergo qui in Monfauconii nummo Equites conſpiciuntur, tres ſunt turmarum Duces, qui ludrico huic certamini praeerant. Haec Certamina Equeſtria in Campo Martio agebantur, ut ait Strabo lib.* 5. *pag.* 361. *vol.* 1., Nam & magnitudo ejus mirabilis eſt, & curruum, equorumque decurſionibus libere patet, *& a Platone in lib.* 8. *de legibus, & a Xenophonte lib. de magiſterio Equitum laudantur. Pompeius uſque ad Annum quinquageſimum octavum, militaris diſciplinae perutili cauſa ſe exercuit, ut in Pompeji vita a Plutarcho obſervatur.*

(11) *Panvin. de Ludis Circenſibus lib.* 2. *cap.* 2. *pag.* 8. *Vaillantius in numiſm. Colon. pag.* 12. *Auguſti nummum Coloniae Bilbilis Urbis Celtiberorum (nunc Calatajud urbis Arragoniae) refert, in cujus nummi averſa parte extat figura Equeſtris, capite galeato decurrens, haſta directa, prout in noſtra gemma cum Inſcriptione BILBILIS. Alium ſimiliter refert nummum cum Auguſti capite, & in averſa parte Inſcriptione ITALICA, eademque figura Equeſtri. Ita vero Bilbilis numiſma Cl. Antiquarius explicat.* Eques decurrens ſolitum Urbis eſt inſigne, quod plurimae Hiſpaniae urbes ob Equorum abundantiam ſibi vindicant. *Equos quidem feros Hiſpaniam nutrire tradit Strabo lib.* 3. *pag.* 163. *Et Mart. lib.* 1. *Epig.* 50.

Videbis altam Liciniane Bilbilim
Equis & armis nobilem.

*Vide ſis de hoc numiſmate Cl. Henr. Flores Medallas de las Colonias pag.* 170. *vol.* 1. *exiſtimarem hanc figuram potius juvenem Equeſtrem, quum in Trojae ludo exercitaretur, repraeſentaſſe. Confer Vegetium de Re Mil. lib.* 1. *cap.* 18.

ſentare uno di quei giovani Cavalieri, i quali ſi eſercitavano in queſto giuoco, o pure il Principe della gioventù, del qual nome nei tempi della Republica erano decorati i più nobili giovinetti dell'ordine equeſtre, e dopo la ſua caduta furono i figli degli Imperatori deſtinati all'Impero, i quali erano ſoliti preſiedere a queſto ſpettacolo (10). Congetturiamo adunque eſſer rappreſentato in queſta gemma qualche Principe della gioventù deſtinato ſucceſſore dell'Impero: perciò precedendo in dignità a tutto il reſtante dei compagni di guerra era decorato ancora di più nobile armatura, come ſi può vedere nel noſtro Cavaliere. Per il medeſimo motivo non deve farſi caſo, che abbia il morione in teſta, perchè Panvinio ha pubblicato a queſto propoſito alcune figure equeſtri coll'elmo in teſta (11).

Non ſarà fuor di propoſito di riferire ciò che Baſilio Kennet ſcriſſe in Ingleſe nella notizia di Roma antica. *Giudica Lazio nei ſuoi commentarii della Republica Romana, che i giuochi, i quali barbaramente ſono chiamati gioſtre, e tornei, praticati da due in tre ſecoli addietro, foſſero originati dal giuoco di Troia, e foſſer detti torneamenta a troiamentis. Il nobile ed inſieme erudito du Freſne nel ſuo Gloſſario atteſta, che ancora altri furono di queſto ſentimento. Contuttociò queſta voce pare doverſi dedurre dalla parola Franceſe* tourner, *cioè dal girare a torno con velocità. Del rimanente tra queſti eſercizii vi è tal ſomiglianza, che pare, che l'uno ſia imitazione dell'altro.*

UN

(10) Il Chiariſſimo Montfaucon nel ſupplemento dell'Antichità vol. 3. pag. 182. pubblicò un Medaglione, nel quale ſi vede una Decurſione. Fa d'uopo d'intendere da queſto celebre Letterato l'illuſtrazione di queſto monumento; dice egli. *Sono tre giovani a Cavallo, che corrono, con l'iſcrizione:* PRINCIPI IVVENTVTIS· *la quale iſcrizione frequentemente s'oſſerva nelle medaglie, per ſignificare i figli degli Imperatori; ma nel roveſcio di ſimili medaglie non avevo mai veduto correre tre giovani Cavalieri a cavallo. L'origine di queſte Decurſioni derivava, come dicevano, dal giuoco di Troia iſtituito nella Sicilia da Enea, così eſercitandoſi Aſcanio, ed altri giovani Troiani. Perchè poi ſi rinnuovaſſe la memoria di un tal giuoco i giovani figli dei Senatori, e Cavalieri correvano a Cavallo nel Circo. Quelli poi, che era iſtituito per capo, chiamavaſi il Principe della Gioventù, e queſto rappreſentava Aſcanio. Queſto giuoco, che già era quaſi andato in diſuſo, quando Giulio Ceſare fù Dittatore lo reſtituì, poichè ſi credeva oriundo da Giulo, o pure da Aſcanio. Virgilio nel lib. 1. dell'Eneidi verſ. 292.* E Giulio il nome avrà dal grande Iulo. *Di quì è che i figli degli Imperatori furono con queſto nome decorati. Quelli giovinetti così correndo ſi diſtribuivano in truppe rappreſentando una ſpecie di combattenti, cedendo una truppa all'altra; queſta poi inſeguiva i fuggitivi, dipoi ſi faceva la pace. Ma è molto veriſimile, che la coſa foſſe ordinata in maniera, che foſſe vincitrice la truppa, nella quale era il Principe.* Fin quì Montfaucon, il quale tralaſcia di ſpiegare quelle tre figure equeſtri, ma ciò ſi può chiaramente comprendere da Lampridio parlando di Commodo al cap. 2. *Quando preſe la Toga, fù aſcritto tra i tre ſoli Principi della gioventù.* Queſta lezione valoroſamente contro Lipſio, Salmaſio, ed altri è difeſa dal dottiſſimo Spanemio nel libro de Praeſt. & Uſu Numiſm. pag. 664. e ſeg. dicendo. *Commodo quando preſe la toga virile fù aſcritto tra i Principi della gioventù, i quali non erano più di tre, nè queſto numero prenderai per inſolito, ſecondo una inſigne medaglia di Geta, nella quale s'incontrano tre figure equeſtri con l'iſcrizione* · PRINC · IVVEN · *Anzi a me pare di ricavarne opportunamente la ragione di quel numero; imperocchè i Seviri, come lo porta il nome, erano ſei di numero Prefetti delle truppe dei Cavalieri Romani, ed i medeſimi ſecondo le iſcrizioni antiche, erano diſtinti in Seniori, e Giuniori, dimanierachè tre erano dei più giovani, i quali volgarmente detti* Principi della gioventù, *e veniva loro conferito queſto titolo dall'antica Repubblica. Ma in queſto Collegio di tre, o di più, facilmente poſſiamo credere avere ottenuto il primo poſto il figlio, e ſucceſſore di Auguſto, come Principe de' Principi.* Comunque ſia di queſti tre Principi della gioventù, per quello che appartiene alla Decurſione, è chiaro eſſere ſtate in quella tre truppe, e tre condottieri.

*Tre ſe ne van de' Cavalier le truppe.*
*Tre i Condottier vagando.*

Si può giudicare averci ciò inſegnato Virgilio nel lib. 5. dell'En. v. 560., perchè aveva preſente la conſuetudine della decurſione, che ſoleva farſi in Roma. I tre Cavalieri, che ſi veggono nella medaglia di Montfaucon, ſono i tre Condottieri delle truppe, i quali preſiedevano a queſto ſpettacolo. Queſti combattimenti ſi facevano in Campo Marzo, come dice Strabone lib. 5. pag. 371. vol. 1. *Imperocchè la ſua maraviglioſa grandezza da libero ſpazio alla corſa dei carri, ed alle Decurſioni dei Cavalieri a cavallo.* Sono lodati queſti combattimenti equeſtri dal divin Platone nel lib. 8. delle leggi per diſciplina della gioventù, ſiccome da Xenofonte nel trattato dell'Officio del General di Cavalleria. Plutarco nella vita di Pompeio dice che Pompeio ſi eſercitò in queſti giuochi fino all'età di 58. anni.

(11) Panvinio nel lib. dei giuochi Circenſi lib. 2. cap. 2. pag. 8. Vaillant nelle medaglie di Colonia pag. 12. riporta una medaglia di Auguſto della Colonia Bilbili città dei Celtiberi (preſentemente ſi chiama Calatajud città di Aragona) nel di cui roveſcio ſi vede una figura equeſtre, che corre coll'elmo in teſta, con l'aſta in mano (quale appunto è nella noſtra gemma) con l'iſcrizione BILBILIS, e riporta un'altra medaglia colla teſta d'Auguſto, coll'iſcrizione nel roveſcio ITALICA; e la medeſima figura equeſtre. Il Chiariſſimo Autore così ſpiega la medaglia di Bilbili. *La figura equeſtre che corre è la ſolita inſegna della città, che molte città della Spagna prendono per l'abbondanza de' loro cavalli.* Strabone riferiſce nel lib. 3. pag. 163. che *la Spagna nutriſce certamente Cavalli fieri*, e Marziale lib. 1. Ep. 50.

*O Licinian vedrai l'eccelſa Bilbili*
*Per i Cavalli, e per l'armi coſpicua.*

Vedi ſopra queſta medaglia il libro del Chiariſſimo Enrico Flores intitolato. *Medallas de las Colonias &c.* vol. 1. p. 170. Io però giudicherei, che queſta figura col morione in teſta rappreſenti un giovine Cavaliere a cavallo, che ſi eſerciti nel giuoco di Troia. Vedi Vegezio de re militari lib. 1. cap. 18.

XXXIX

# EQUUS.

## AULI OPUS,

*Granato inciſum.*

EX MUSEO DOM. COMITIS CAYLUS PARISIIS.

*EQui forma inter caetera animantia preſtantiſſima ſumma ingenia ſemper exercuit. Poeta maximus Virgilius eum nobis Equum ſuis carminibus expreſſit, quo perfectiorem nec natura ipſa effingere valeat. Sed haec longe ampliſſima materies, latiſſimeque patens Pictoribus, caeteriſque artificibus fuit, qui aera & marmora ad aemulanda naturae opera tractarunt. Ageladae, Strongylionis, Antiphanis, Nealcis, Pauſonis, Lyſippi, Apellis ec.* (1) *induſtria, & artificium in formandis Equis ſummopere commendatum eſt. Sed Calamidis virtus omnium gloriam fere obſcuravit, ut a variis authoribus comprobatur. Plin. lib.* 34. *cap.* 8. Equos ſemper ſine aemulo expreſſos fecit Calamis.

Exactis Calamis ſe mihi jactat equis.

*Propert. lib.* 3. *Eleg.* 9. *verſ.* 10. *Ovid. de Pont. lib.* 4. *Eleg.* 1. *verſ.* 33.

Vendicat ut Calamis laudem, quos fecit, Equorum.

*Quantum hac in parte & Aulus valeret ipſe documentum dare voluit clariſſimum, ac non vulgarem, tritumque, & ubique obvium, Equi ſtatum exprimere ſatis habuit, ſed difficillimum delegit, ut artis ſuae gloria rei difficultate augeſceret. Equum igitur gemmae inſculpſit in poſteriores erectum pedes, ut anteriora luculenter oſtendunt, ubi vim omnem conſummatiſſimi opificii exeruit.*

*Primus hanc gemmam emiſit in lucem Cl. Caylus* (2), *qui ait*. On eſt d'abord portè a croire que c'eſt ici un Cheval victorieux, que ſon Maitre a fait graver par reconnoiſſance. Cette idée eſt appuiée ſur un uſage commun aux Grecs, & ſur le temoignage de Pauſanias, (3) qui cite entre autres le Cheval de bronze que Crocon d'Eretrie conſacra comme un Monument de ſa victoire a la courſe des Chevaux. Mais la reflexion detruit cette brillante conjetture. En effet, cet animal n'eſt point dans l'attitude allongée, & abbandonée, que la courſe exige; on pourroit plutot le regarder comme un Cheval qui ſe cabre, mais le defaut de croupe empeche abſolument de decider. Quoi qu'il en ſoit, il eſt plus ſimple d'imaginer qu'Aulus, frappè de la beautè de l'avant-main d'un Cheval réel, ou executè en ſculpture par quelque Artiſte celebre, aura voulu le rendre immortel par ſont Art.

*Si celeberrimum equorum Bucephalum dixeris tredecim Talentis emptum ab Alexandro, qui urbem condidit, atque in honorem equi Bucephalon appellavit* (4), *non adverſabor. Lis parvi momenti eſt, illamque ſub judice relinquere parum antiquitatis ſtudioſos movere poteſt.*

*ABDO-*

(1) *Conſule Franc. Junium in Catal. Operum quae ab antiquis Artificibus elaborata fuere in verbo Equus.*

(2) *Recueil d'Antiquités Aegyptiennes, Etruſques, Grecques & Rom. T.* 2. *pag.* 155.

(3) *Pauſan. in Elid. lib.* 6. *cap.* 14. *Mihi tamen cum veriſimilitudine haud pugnare videretur is quis Auli Equum putaret Circenſibus in ludis adhibitum, & palmis nobilem. Hi quidem ſummo erant in honore apud veteres Romanos, qui horum ludorum amore ita inſaniebant, ut victorum equorum nomina vel marmori mandarent. In veſtibulo Muſei Medicei ſervantur adhuc parieti adfixae marmorae tabulae, in quibus Curulium Equorum nomina referuntur, & quot victorias in Circenſibus quiſque eorum retulerit, notatum legimus. Jul. Capitolinus in Lucii Veri vita cap.* 6. *&* 10. *haec habet*. Volucri Equo Praſino aureum ſimulacrum fecerat, quod ſecum portabat. *Illud Equi nomen fuit, maximumque fuit in eum inſipientis Imperatoris ſtudium. Caeteras inter animantes Equi tantummodo certaminum coronarumque ſunt participes, ut a Plutarcho in Conviv. quaeſt. lib.* 2. *quaeſt.* 5. *obſervatur. Ideo ab Homero Iliad. lib.* 22. ἀεθλοφόροι *qui praemia ex certamine reportarent, & a Teocrito Id.* 16. *v.* 47. στεφανοφόροι *qui coronas geſtant, dicuntur. Conſule eruditiſſ. Buonarroti* (Oſſervazioni ſopra alcuni vaſi di vetro) *pag.* 181 *& ſeq. ubi celeberrimorum Equorum nomina recenſentur.*

(4) *Conſule Strab. lib.* 15. *pag.* 433. *Plin. Hiſt. lib.* 8. *cap.* 42. *Aul. Gell. lib.* 5. *cap.* 2. *Q. Curt. lib.* 9. *cap.* 3. *& Plutar. in vita Alexandri.*

# XXXIX.

# UN CAVALLO

## *OPERA D' AULO*,

### Inciſa in un Granato.

### *DEL MUSEO DEL SIG. CONTE CAYLUS DI PARIGI.*

LA bellezza del Cavallo tra tutti gli animali il più pregiabile diede ſempre materia di eſercitare i grandi ingegni. Il ſublime Poeta Virgilio eſpreſſe nei ſuoi verſi il Cavallo in tal modo, che la natura iſteſſa più perfetto non lo poteva formare. Ma più di gran lunga ſomminiſtrò queſto ſoggetto un ampio, e vaſtiſſimo campo ai pittori, ed a tutto il reſtante degli artefici, i quali travagliarono nei bronzi, e nei marmi per gareggiare con l'opere della natura. Nel formare i Cavalli fù grandemente commendata l'induſtria, e l'artificio di Agelade, Strongilione, Antifane, Nealce, Pauſone, Liſippo, Apelle ec. (1) ma oſcurò la gloria di tutti gli altri Calamide, conforme ſi ricava da varii Autori. *Calamide eſpreſſe i Cavalli ſenza paragone:* Plinio lib. 34. cap. 8.

*Calami pei Deſtrier molto ſi eſalta* *Scolti al vivo e perfetti*

Proper. lib. 3. eleg. 8. Ovid. de Ponto lib. 4. eleg. 1. v. 33.

. . . . . . . *Come ancor ſi loda* *Calami fabbro degli Elei Cavalli;*

Di quanto in queſta parte Aulo foſſe eccellente, ne volle dare un chiariſſimo documento, non coll'eſprimere la volgare, ed ovvia poſitura del Cavallo, ma ſcegliendola difficiliſſima, acciò con queſta difficoltà ſi accreſceſſe gloria all'arte ſua. Scolpì adunque in queſta gemma un Cavallo, che ſi ſoſtiene coi piedi di dietro, dimoſtrandolo chiaramente la parte davanti, nella quale fece riſplendere la virtù di un opera perfettiſſima.

Il primo a pubblicare queſta gemma fù il Chiariſſimo Sig. Caylus (2), il quale così dice. *On eſt d'abord portè a croire que c'eſt ici un Cheval victorieux, que ſon Maitre a fait graver par reconnoiſſance. Cette idee eſt appuiée ſur un uſage commun aux Grecs, & ſur le temoignage de Pauſanias* (3), *qui cite entre autres le Cheval de bronze que Crocon d'Eretrie conſacra comme un monument de ſa victorie a la courſe des Chevaux. Mais la reflexion detruit cette brillante conjetture. En effet, cet animal n'eſt point dans l'attitude allongée, & abandonnée, que la courſe exige; on pourroit plutot le regarder comme un Cheval qui ſe cabre, mais le defaut de croupe empeche abſolument de decider. Quoi qu'il en ſoit, il eſt plus ſimple d'imaginer qu'Aulus, frappè de la beautè de l'avant-main d'un Cheval réel, ou executè en ſculpture par quelque Artiſte celebre, aura voulu le rendre immortel par ſon Art.*

Se taluno diceſſe rappreſentare il famoſiſſimo tra i Cavalli Bucefalo, comprato tredici talenti da Aleſſandro, il quale fabbricò una Città, e in onor del ſuo Cavallo la chiamò Bucefalo; non mi opporrò (4). La queſtione è di sì piccol momento, che non intereſſa gli Amanti dell'Antichità, quando anche reſti indeciſa.

ABDO-

(1) Vedi Franceſco Giunio nel Catalogo dell'Opere fatte dagli antichi Artefici alla parola Equus.

(2) Recueil d'Antiquitès, Aegyptiennes, Etruſques, Grecques, & Rom. vol. 2. pag. 155.

(3) Pauſan. lib. 6. cap. 14. A me non parrebbe contuttociò inveriſimile, ſe qualcheduno foſſe di opinione, che il Cavallo d'Aulo ſi foſſe reſo celebre per le vittorie riportate nei giuochi Circenſi. Queſti ſpettacoli certamente erano in ſommo pregio appreſſo gli antichi Romani, i quali erano sì fanatici, che facevano ſcolpire nei marmi i nomi dei Cavalli vincitori. Nel veſtibulo del Muſeo Mediceo ſi conſervano incaſtrate nelle pareti dell'iſcrizioni, nelle quali ſon riferiti i nomi dei Cavalli, ed il numero delle vittorie riportate da ciaſcuno di loro nei ſpettacoli Circenſi. Giulio Capitolino nella vita di Lucio Vero cap. 6. e 10. dice, che aveva fatto ſcolpire in oro il Cavallo Uccello della fazione Praſina. Queſto fù il nome del Cavallo, del quale fù sì appaſſionato queſto ſtravagante Imperatore. Plutarco oſſerva nelle queſtioni Conv. lib. 2. queſt. 5. che ſoli i Cavalli tra tutti gli animali ſon partecipi dei combattimenti, e delle corone: perciò da Omero nel lib. 22. dell' Iliade ſono detti ἀεθλοφόροι, cioè riportatori di premii nei combattimenti, e da Teocrito Id. 16. v. 47. detti στεφανοφόροι, cioè riportatori di corone. Vedi l'eruditiſſimo Buonarroti (Oſſervazioni ſopra alcuni vaſi di vetro pag. 181.) dove ſi celebrano i nomi dei più famoſi Cavalli.

(4) Vedi a queſto propoſito Strabone lib. 15. pag. 433. Plinio lib. 8. cap. 42. Aul. Gellio lib. 5. cap. 2. Quinto Curzio lib. 9. cap. 3. e Plutarco nella vita di Aleſſandro.

## XL.

# *ABDOLOMINUS SIDONIS REX*·

## AULI OPUS,

*Sardonychi inciſum*.

EX MUSEO GALLIARUM REGIS.

*Fidenter admodum Baro Stoſchius* (1) *hanc Auli gemmam ad Ptolomaeum Philopatorem refert, in hanc opinionem impulſus a nummo quodam illius Regis, quem in Hiſtoria Ptolom. Vaillantius* (2) *exhibuit. Huic ſententiae obſtare videtur vultus diſſimilitudo, nec non capitis diverſa directio, utramque iconem diſcernens.*

*Auli gemma, de qua ſermonem inſtituimus, virum cogitabundum oculis ſubjicit, coelum ſuſpicientem, quemadmodum eam aere inciſam conſpicimus in praeclara Gemmarum collectione Muſei Criſtianiſſimi Galliarum Regis* (3). *Nec vituli ambulantis, nec illa figura viri baculo innixi ullam affinitatem habet cum Ptolomaei Philopat. hiſtoria, quam de eo Clar. Vaillantius pertexuit. Stoſchius quidem vitulum ad Apim Aegyptiorum Deum hiſce verbis detorquet* (4) *adnotans*, ita expreſſum fuiſſe juſſu gemmae poſſeſſoris, unius forſan ex Aegyptorum ſacerdotum adjutoribus, de quibus Kirkerus (5), ut indicaret Apim a ſe una cum aliis inventum, Ptolomaeo illo regnante, cunctis poſt luctum in laetitiam effuſis, de qua re audiendus Plinius (6). Bos in Aegypto etiam numinis vice colitur; Apim vocant. Inſigne ei in dextero latere candicans macula, cornibus Lunae creſcere incipientis. Nodus ſub lingua, quem cantharum appellant. Non eſt fas, eum certos vitae excedere annos, merſumque in ſacerdotum fonte enecant, quaeſituri luctu alium, quem ſubſtituant, & donec invenerint moerent, deraſis etiam capitibus. *Quae vero Apis ille, quem putat Stoſchius, indicia prae ſe fert? Neſcio. Neque enim Lunae corniculantis imago dextero lateri inſcripta apparet, quae in Hadriani, & Antinoi nummis, aliiſque in monumentis inſpicitur, ubi vere Apim Aegyptium repraeſentari voluerunt. Cum haec minime probarem, in aliam pedibus ire ſententiam conſtitui magis probabilem, magiſque noſtrae gemmae conſentaneam: quod ſi quis rectius excogitarit aliquid, hoc libenter amplectar, palinodiam canere paratus. Conjicerem igitur hac gemma nobis innui virum illum in Alexandri hiſtoria celebrem, de cujus nomine auctores, codiceſque variant, & quem alii Abdolominum, alii Abdalominum, Ballonymum alii indigitant. Hic veluti fortunae ludus repente Rex ex olitore prodiit, & ejus hiſtoria a Diodoro, Quinto Curtio, Juſtino traditur* (7). *Uberius rem totam Curtius explicat inquiens.*

Regnabat in ea (*ideſt Sidone*) Strato, Darii opibus adjutus, ſed quia deditionem magis popularium, quam ſua ſponte fecerat, regno viſus indignus, Hepheſtionique permiſſum, ut, quem eo faſtigio Sydones digniſſimum arbitrarentur, conſtitueret Regem. Erant Hepheſtioni hoſpites clari inter ſuos juvenes, qui facta ipſis poteſtate regnandi negaverunt, quemquam patrio more in id faſtigium recipi, niſi regia ſtirpe ortum. Admiratus Hepheſtio magnitudinem animi ſpernentis, quod alii per ignes, ferrumque peterent; Vos quidem macti virtute, in-

(1) *B. Stoſch Gemmae Ant. pag.* 24.

(2) *Vaillant Hiſtor. Ptolom. pag.* 54. *& ſeq.*

(3) *Recueil de Pierres gravées du Cabinet du Roy vol.* 2. *Tabula* 87.

(4) *Stoſch Gemmae Ant. pag.* 24.

(5) *Tom. I. Oedipi Aegypt. Synt.* 3. *pag.* 200.

(6) *Plin. Hiſt. lib.* 8. *cap.* 46.

(7) *Diod. Sicul. lib.* 17. *cap.* 47. *pag.* 196. *vol.* 2. *Ballonymum vocat, non Sidoniae, ſed Tyri Regem conſtitutum. Juſtin. Hiſto. lib. XI. cap.* 10. *Quint. Curt. de Reb geſtis Alex. M. lib.* 4. *cap.* 1. *pag.* 223.

# XL.

# ABDOLOMINO RÈ DI SIDONIA.

## *OPERA D' AULO,*

### Intagliata in una Sardonica.

### *DEL MUSEO DEL RE' DI FRANCIA.*

IL Baron Stoſch (1) ha aſſerito con gran franchezza, che queſta gemma di Aulo rappreſenti Tolomeo Filopatore, appoggiando la ſua oppinione ad una Medaglia riferita dal Vaillant nell'Iſtoria de' Tolomei (2); quando queſta Medaglia non ha niente di raſſomiglianza col volto della noſtra gemma, ed è notabilmente diverſa la moſſa della teſta.

La gemma di Aulo, della quale parliamo, ci rappreſenta un'uomo penſieroſo, che rimira il Cielo, tale appunto come l'oſſerviamo inciſa in rame nella famoſa raccolta del Muſeo del Rè di Francia (3). Il Vitello che cammina, e la figura appoggiata ad un baſtone, non hanno veruna relazione con l'Iſtoria di Tolomeo Filopatore, deſcrittaci dal dottiſſimo Vaillant. Stoſch interpetra eſſer queſto Vitello Api Dio degli Egiziani, dicendo (4) *eſſere ſtato così eſpreſſo per ordine del poſſeſſore della gemma, forſe uno dei miniſtri dei Sacerdoti Egiziani, dei quali parla Kircher* (5), *per dimoſtrare che egli era di quelli che avevano trovato il Dio Api ſotto il regno di Tolomeo, la qual coſa gli aveva, dopo il pianto, ricolmati di allegrezza, ſopra di che è da aſcoltarſi Plinio* (6). *Un Bue ancora in Egitto ſi adora in luogo di Deità, e chiamanlo Api. Ha nel deſtro lato per ſegno una macchia bianca, e le corna, come la Luna creſcente. Ha un nodo ſotto la lingua, il quale chiamano* Cantharo. *Non è lecito di laſciarlo vivere di più di un certo numero di anni, e l'ammazzano tuffandolo nel fonte de' Sacerdoti, e con pianto ne ricercano dipoi un'altro, per ſoſtituirlo in ſua vece, e fintanto che non l'hanno trovato ſtanno meſti, e col capo raſo.* Io non ſo con quali indizii il Baron Stoſch lo giudichi un Api. Non appariſce in queſto vitello la figura della Luna creſcente ſcolpita nel deſtro lato, come ſi vede nelle medaglie dell'Imperatore Adriano, e di Antinoo, ed in altri monumenti, quando hanno voluto rappreſentarcelo per Api Dio degli Egiziani. Io non convengo col di lui ſentimento, e perciò proporrò una mia oppinione più probabile, e più coerente colla noſtra gemma. E ſe mai qualche erudito ne troverà una migliore, ben volentieri mi ritratterò. Io congetturo adunque eſſere eſpreſſo in queſta gemma quell'Eroe celebre nell'iſtoria di Aleſſandro, ſul di cui nome variano gli Autori, ed i Codici, alcuni chiamandolo Abdolomino, altri Abdalomino, altri Ballonimo. Queſti ſcherzo della fortuna da Ortolano fù fatto immantinente Rè. L'Iſtoria di queſto Principe è riferita da Diodoro Siculo, Quinto Curzio, e Giuſtino Iſtorico (7). Narra più copioſamente queſta Iſtoria Quinto Curzio dicendo:

*Regnava in Sidone Stratone dalle ricchezze di Dario aſſiſtito, ma perchè ſi era arreſo più alla volontà del popolo, che ſua, fù creduto che foſſe indegno del regno; e fù permeſſo ad Efeſtione, che creaſſe un Rè, il quale i Sidonii giudicaſſero il più meritevole di tanta dignità. Fra i ſuoi oſpiti Efeſtione aveva giovani illuſtri, che avendo avuta la poteſtà di regnare, diſſero, che ſecondo l'uſanza della patria, neſſuno poteſſe aſcendere a quella dignità, ſe non foſſe nato di regia ſtirpe. Maravigliatoſi Efeſtione della loro grandezza di animo, che diſprezzava ciò, che altri col ferro, e col fuoco procurano*



(1) Stoſch Gem. pag. 24.

(2) Vaillant Hiſt. Ptolom. pag. 54.

(3) Recueil des Pierres Gravées du Cabinet du Roy vol. 2. ſeconda parte T. 87.

(4) Stoſch Gem. pag. 24.

(5) Tom. 1. Oedipi Aegipt. Synt. 3. pag. 200.

(6) Plin. Hiſt. lib. 8. cap. 46.

(7) Diod. lib. 17. cap. 47. pag. 196. vol. 2. lo chiama Ballonimo, e Rè di Tiro, non di Sidonia, Giuſtino lib. 11. cap. 10. Quinto Curzio dell'Impreſe di Aleſſandro lib. 4. cap. 1. pag. 223.

inquit, eſtote, qui primi intellexiſtis, quanto majus eſſet regnum faſtidire, quam accipere. Caeterum date aliquem regiae ſtirpis, qui meminerit, a vobis acceptum habere ſe regnum. At illi, quum multos imminere tantae ſpei cernerent, ſingulis amicorum Alexandri ob nimiam regni cupiditatem adulantes, ſtatuunt, neminem eſſe potiorem, quam Abdolominum quemdam longa quidem cognatione ſtirpi regiae adnexum, ſed ob inopiam ſuburbanum hortum exigua colentem ſtipe. Cauſa ei paupertatis, ſicut plerisque, probitas erat, intentuſque operi diurno ſtrepitum armorum, qui totam Aſiam concuſſerat, non exaudiebat. Subito deinde, de quibus ante dictum eſt, cum Regiae veſtis inſignibus hortum intrant, quem forte ſteriles herbas eligens Abdolominus repurgabat. Tunc Rege eo ſalutato, alter ex his: habitus, inquit, hic, quem cernis in meis manibus, cum iſto ſqualore permutandus tibi eſt. Ablue corpus illuvie, aeterniſque ſordibus ſqualidum, cape Regis animum, & in eam fortunam, qua dignus es, iſtam continentiam profer. Et quum in Regali ſolio reſidebis, vitae, neciſque omnium civium dominus, cave obliviſcaris hujus ſtatus, in quo accipis regnum, immo Hercule propter quem. Somnio ſimilis res Abdolomino videbatur. Interdum ſatiſne ſani eſſent, qui tam proterve ſibi illuderent, percontabatur. Sed ut cunctanti ſqualor ablutus eſt; & injecta veſtis purpura, auroque diſtincta; & fides a jurantibus facta; Serio jam Rex iiſdem comitantibus in Regiam pervenit. Fama, ut ſolet, ſtrenue tot urbes diſcurrit; aliorum ſtudium, aliorum indignatio eminebat; ditiſſimus quiſque humilitatem inopiamque ejus apud amicos Alexandri criminabatur. Admitti eum Rex protinus juſſit, diuque contemplatus, corporis, inquit, habitus famae generis non repugnat; Sed libet ſcire, inopiam, qua patientia tuleris? Tum ille: utinam, inquit, eodem animo regnum pati poſſim! Hae manus ſuffecere deſiderio meo; nihil habenti nihil defuit. Magnae indolis ſpecimen ex hoc ſermone Abdolomini coepit. Itaque non Stratonis modo regiam ſupellectilem attribui ei juſſit; ſed pleraque etiam ex Perſica praeda, regionem quoque urbi appoſitam ditioni ejus adjecit. *Huic hiſtoriae finem imponam cum Diodoro Siculo libr. 17. loc. cit.* Sic ille amiciſſimus deinceps Alexandro regnum obtinuit, exemplum his evidentiſſimum, qui ſubitam fortunae variationem nondum cognoverunt. *Haec de Abdolomino relata legimus, in quibus ſumma viri coſtantia, & virtus elucet, res adverſas fortiter perferentis, in ſecundis modeſtiam demonſtrantis ſingularem.*

*Quamvis autem nulla de Abdolomino numiſmata ſuperſint, Aulum tamen ſibi eum animo propoſuiſſe, non obſcura quaedam indicia nobis perſuadent. Nam caput diademate Regibus Syriae uſitato redimitum intuemur, ſpecie hominis in cogitatione defixi, Coelum ſuſpicientis, hianti ore ſtuporem animi teſtante. Talis corporis habitus eſſe debuit, cum viri Sidonii hominem convenerunt in hortulo morantem, herbaſque ſeligentem, quem regem ſuum ſalutarunt, regioque cultu, & inſigni decorarunt. Vitulus tandem pariter, ac agricola baculo innixus dextera, priorem Abdolomini conditionem notat, antequam Rex deſignaretur. Vitulo, ſeu bove nihil magis appoſitum ad indicandam vitae ruſticae ſortem, cum bos ipſe arator, & agricola a veteribus vocitetur. Ex his igitur conjecturis Abdolominum Sidonis Regem in hac perrara gemma repraeſentari, arguere licet.*

CAPUT

*di acquiſtarſi. Voi certamente (diſſe) ſiete virtuoſi, che ſubito avete compreſo, quanto meglio ſia di rifiutare, che prendere un regno. Tuttavìa datemi qualcuno di regia ſtirpe, il quale ſi ricordi di avere da voi il regno ricevuto. Ma eſſi vedendo, che molti ſtavano in grande ſperanza adulando tutti gli amici di Aleſſandro per la troppa cupidigia di regnare, deliberarono, neſſuno eſſere migliore di un certo Abdolomino per lungo ordine di parentela alla reale ſtirpe congiunto, ma che per la miſeria ſtava coltivando un orticello vicino alla città. La cagione della ſua povertà, come a molti ſuole accadere, era la probità, ed intento al ſuo giornaliere lavoro non ſentiva lo ſtrepito dell' armi, che aveva meſſo a ſoqquadro tutta l' Aſia. Subito quelli di ſopra nominati con l' inſegne della veſte reale entrano nell' orto, e trovano per avventura Abdolomino, che lo ripuliva dall' erbe ſterili. Avendolo allora ſalutato Rè, diſſe uno di loro: Queſta veſte, che tu vedi nelle mie mani, ſi deve mutare con codeſta ſordida, che hai indoſſo. Lavati il corpo da perpetua immondezza imbrattato: Prendi l' animo reale, e dimoſtra un contegno in queſta fortuna, della quale ſeì degno, e quando riſederai nel regio ſoglio padrone della vita, e della morte di tutti i cittadini, guardati di non ti dimenticare dello ſtato preſente, nel quale tu ricevi il regno, anzi non ti ſcordare per chi lo ricevi. Parea tal novità ad Abdolomino quaſi un ſogno. Pertanto gl' interrogò con grande iſtanza, ſe foſſero ſani di mente, poichè tanto sfacciatamente lo burlaſſero. Ma mentre dubitava, fù dalla ſua immondezza ripulito, e meſſali la veſte, di porpora, e d' oro ornata, e preſtatogli il giuramento di fedeltà, già vero Rè fù dai medeſimi accompagnato alla reggia. La fama, come ſuole accadere, ſi ſparſe velocemente per tutte le città. In alcuni compariva l' amore, in altri lo ſdegno. I ricchiſſimi biaſimavano la di lui baſſezza, e miſeria appreſſo gli amici di Aleſſandro. Il Rè comandò ſubito, che veniſſe alla ſua preſenza, ed avendolo molto tempo conſiderato, diſſe, l' aſpetto della tua perſona non ripugna alla fama della tua famiglia; ma ho deſiderio d' intendere, con quale animo, e pazienza hai tollerato la tua miſeria. Piaccia al Cielo, allora egli riſpoſe, che io poſſa con il medeſimo animo ſoſtenere un regno. Queſte mani hanno ſupplito al mio deſiderio, e non avendo coſa alcuna, nulla mi è mancato. Con queſta riſpoſta Abdolomino diede ſaggio di un grande ingegno. Per la qual coſa comandò Aleſſandro, che li foſſe data non ſolo la regia ſuppellettile di Stratone, ma altresì la maggior parte della preda dei Perſi, ed aggiunſe ancora al di lui impero un paeſe proſſimo alla città.* Terminerò queſt' Iſtoria con Diodoro Siculo lib. 17. loc. cit. *Così Abdolomino ottenne il regno, mantenendoſi ſempre l' amicizia di Aleſſandro: coſa in vero di manifeſtiſſimo eſempio a tutti, i quali non per anche compreſero quanto ſia facile a variar la Fortuna.* Da queſti fatti ſi può dedurre la coſtanza e virtù del noſtro Eroe, tollerante nell' avverſa ſorte, e ſingolarmente modeſto nella favorevole.

Quantunque non eſiſtano di queſto Rè Abdolomino medaglie alcune, nondimeno il ſagace Artefice Aulo ne ha indicate nella ſua gemma baſtanti congetture per crederlo tale. Primieramente veggiamo la teſta cinta di faſcia reale propria dei Rè della Siria, con aria penſoſa guardando il Cielo, e con la bocca un poco aperta in ſegno di ammirazione. Si può certamente credere, che in tale atto di maraviglia reſtaſſe, quando quei nobili di Sidonia entrarono nell' orto, e lo trovarono, che ſceglieva l' erbe; ed allora lo decorarono dell' inſegne e veſti reali, e lo ſalutarono per loro Rè. Finalmente il vitello, e la figura di un lavorante di campagna, appoggiato ad un baſtone, manifeſta la prima condizione di Abdolomino avanti che foſſe dichiarato Rè, e niente è più a propoſito per indicare lo ſtato della vita ruſtica che il Bove, mentre l' iſteſſo è chiamato dagli Antichi aratore, ed agricoltore. Da queſte congetture ſi può argumentare eſſere rappreſentato in queſta rariſſima gemma Abdolomino Rè di Sidonia.

## XLI.

# *CAPUT IGNOTUM.*

## AULI OPUS,

*Onychi excalptum.*

### EX MUSEO COLLEGII ROMANI.

*CUm peritiſſimi Antiquitatum ingenue fateantur ſe ignorare, quiſnam hac in gemma ab Aulo fuerit excalptus, ac nihilominus cuique proprias conjecturas proferre liceat, & nos quid ſentiamus, aperiemus. Caracalla fortaſſe excalptus hic eſt: vultus enim, nec non capitis lineamenta valde cum Caracallae nummis prima juventute cuſis conveniunt, nec diſſimilia ſunt a pictura, quam exhibet Spartianus* (1) Hujus igitur pueritia blanda, ingenioſa, parentibus affabilis, amicis parentum jucunda, populo accepta, grata ſenatui ec. Egreſſus vero pueritiam, reſtrictior, gravior, vultu etiam truculentior factus eſt, prorſus ut eum, quem puerum ſcirent, multi eſſe non crederent. *De hoc Imperatore plura afferre ſupervacaneum eſt: notae enim immanes ejus crudelitates ſunt, animuſque in fratrem Getam averſiſſimus, quo ſublato, illius nomen a publicis monumentis abolendum curavit; de quo fidem facit Septimii Severi ad radices Capitolii arcus addita inſcriptio, in qua ſexta linea Getae nomen eraſum, &* Optimis Fortiſſimiſque Principibus *repoſitum. Idem teſtatur Septimii Severi in foro Boario arcus, ubi Getae nomen abraſum eſt, & in illius ornamentis, ab altera arcus parte, Severus, & Julia Pia Uxor, ab altera Caracalla tantum viſitur, abſque Getae figura, quae abſciſſa fuiſſe omnino videtur. Obſervari etiam poteſt marmor Severo dicatum, in quo Getae nomen deletum apparet. Monumentum hoc a nobis optimo Amico, & Clar. Viro Antonio Cocchio triginta ab hinc annis dono miſſum. Haec inſcriptio in marmoreo Cippo habet* (2).

*FORTVNAE · AVG . . . .*
*PRO · SALVTE · ET · REDITV.*
*DOMINORVM · N̄ · N̄ · **
*SEVERI · PII · ET.*
*ANTONINI · PII · AVG.*
*. . . . . . . . . . . . . . . **.*
*ET · IVLIAE · AVG. MATRIS.*
*AVG. . . . . . . . . . . .*
*ANTONINVS · LIB.*
*PROXIMVS · A · LIBELLIS.*
*VOTO · SVSCEPTO.*
*D. D.*

* *In tertia linea deſideratur altera litera N, ut exprimerentur nomina Severi, amborumque ejus filiorum.*

** *Poſt quintam lineam integra alia deleta eſt, in qua Getae nomen fuiſſe, nemo dubitabit.*

*Quamplurima monumenta, in quibus Getae nomen abraſum fuit, in lib. P. Scarſo referuntur pag.* 73. (3) *neque mihi ſubit admiratio de tam immani Caracallae in fratrem Getam barbarie, dum habemus a Xiphilino* (4). Si quis vel ſolum nomen Getae ſcripſiſſet, aut pronunciaſſet, ſtatim morte mulctabatur: adeo ut ne poetae quidem in Comoediis eo nomine deinceps uterentur; fuereque proſcripta bona eorum omnium, in quorum teſtamentis id nomen inventum eſt ſcriptum.

CAPUT

(1) *Spartian. pag.* 706. *&* 707.

(2) *Monumentum hoc a Fabretto corrupta forma pag.* 689. *Inſcrip. exhibetur.*

(3) *Lettera del Padre Scarſo pag.* 72. *In hanc rem conſule Hannib. Olivieri marmora Piſaurenſia pag.* 35. *& Cl. Scip. Maffei Artis Lapid. pag.* 296.

(4) *Xiphil in vita Caracallae pag.* 385.

## XLI.

# TESTA IGNOTA.

## *OPERA D'AULO,*

### Scolpita in un Onice.

### *DEL MUSEO DEL COLLEGIO ROMANO.*

COnfeſſando ſinceramente Uomini verſatiſſimi nell' Antichità di non ſapere chi ſia ſtato in queſta gemma ſcolpito da Aulo, ed eſſendo tuttavìa lecito a ciaſcuno di azzardare le proprie congetture, noi proferiremo il noſtro ſentimento. Forſe è ſcolpito Caracalla nella ſua giovinetta età; imperocchè i lineamenti del ſuo volto ſono moltiſſimo conformi alle di lui medaglie battute nella ſua prima giovinezza, nè ſono diſſimili dalla pittura, che ne fa Sparziano (1). *La ſua fanciullezza adunque fù piacevole, ingegnoſa, affabile ai genitori, piacevole agli amici dei genitori, accetta al popolo, e grata al Senato ec. Eſcito dalla ſua puerizia, ſi fece più rigido, più grave, e più truce nel volto; di maniera tale che molti onninamente non credevano eſſere quello, che da giovinetto avevano conoſciuto*. Non fa di meſtiere di parlare di queſto Imperatore; imperocchè ſono note le di lui crudeltà, e l'animo perverſo contro il fratello Geta, barbaramente ſtato da lui ucciſo, avendo ancor voluto, che il di lui nome foſſe dai pubblici monumenti ſcancellato, come ne fa teſtimonianza l'iſcrizione aggiunta all'Arco di Settimio Severo alle radici del Campidoglio, nella quale alla ſeſta linea è raſato il nome di Geta, e poſto in ſua vece *Optimis, fortiſſimiſque Principibus*, e l'arco ſimilmente di Settimio Severo nel foro Boario, dove è ſtato caſſato il nome di Geta; e negli ornati ſotto la volta dell'arco, da una parte ſi vede Severo con la ſua moglie Giulia Pia, dall'altra parte ſolamente Caracalla ſenza la figura di Geta, la quale ſi conoſce eſſere ſtata levata via. Finalmente è degniſſima di ammirazione l'iſcrizione dedicata a Severo, nella quale appariſce il nome di Geta ſcancellato. Queſto monumento ſarà circa a trenta anni che ne feci un dono all'ottimo mio amico, e chiariſſimo letterato Dottore Antonio Cocchi. Queſto è il tenore dell'iſcrizione in queſto Cippo (2)

FORTVNAE · AVG · · ·
PRO SALVTE · ET · REDITV ·
DOMINORVM · N · N · *
SEVERI · PII · ET ·
ANTONINI · PII · AVG ·
· · · · · · · · · · · **
ET · IVLIAE · AVG · MATRIS ·
AVG · · · · · · · · ·
ANTONINVS · LIB ·
PROXIMVS A LIBELLIS ·
VOTO · SVSCEPTO ·
D · D ·

* Nella terza linea manca l'altra lettera N. per eſprimere i tre nomi, cioè di Severo, e dei ſuoi due figli.

** Doppo la quinta linea, è un verſo tutto caſſato, nel quale neſſuno dubiterà eſſervi ſtato inciſo il nome di Geta.

Molti monumenti ſi riferiſcono dal P. Scarfo (3) nei quali è cancellato il nome di Geta. Nè reſto ſorpreſo di tante barbarie di Caracalla contro il ſuo fratello Geta, mentre leggeſi in Sifilino (4), *che ſe alcuno aveſſe ſolamente ſcritto, o pronunciato il nome di Geta, ſubito era punito di morte, di maniera tale che neppure i Poeti nelle Commedie ſi ſervivano in avvenire di queſto nome. Furono ancora proſcritti tutti i beni di quelli, nei teſtamenti dei quali fù trovato ſcritto queſto nome.*

UNA

(1) Spart. pag. 706. e 707.

(2) Queſta Iſcrizione è ſtata pubblicata poco eſattamente da Fabbretti nel lib. dell' Iſcrizioni pag. 689.

(3) Scarfo lettera ec. pag. 72. Vedi a queſto propoſito Annibale Olivieri Marmora Piſaurenſia pag. 35. ed il Chiar. Maffei Artis Lapid. pag. 296.

(4) Xiphilinus in vita Caracallae pag. 385.

XLII

# CAPUT IGNOTUM.

## AULI OPUS,

*Hyacintho inciſum.* (1)

EX MUSEO PRINCIPIS LUDOVISI BONCOMPAGNI ROMAE.

O*Portet ſane cenſere Cl. B. de Stoſch hanc non vidiſſe gemmam, cum in illa Dianam repraeſentari poſſe conjecturam fecit. A mamma ſiniſtra hujus Divae turgida ſuam ſententiam deducit, dum inquit* (2) Foemina vultu oblique inſculpto, vitta religatis capillis, ſiniſtram pectoris partem nudam habet, turgida mamma; dextera vero pellita veſte tegitur depreſſiori, ut videatur mammilla, ſi haec revera Dianae imago, mammoſa plus, quam virginem deceat; illa forſan eſt quam Παιδοτρόφον *puerorum nutricem* Graeci vocavere, affirmante Pauſania (3), delubrum ei dedicatum fuiſſe in urbé Boeotiae Coronea.

*Fruſtra quaeretur hac in gemma mamma dextera turgiditate prominens: ſed potius depreſſa, Virgini conveniens, apparet: quare ejus opinio infirma & fallax exiſtit; quamvis eam confirmare quoque potuiſſet ex Pauſaniae auctoritate, qui ait* (4). Diana cervina pelle velata, pendente ex humeris pharetra, altera manu lampadem, dracones duos altera geſtat.

*Nonnullas de hac gemma conjecturas & ipſe in medium proferam. Primum a pelle, hujus foeminae humeros cooperiente, unam ex Bacchantibus eſſe deduci licet, cum pellis ſit unum ex praecipuis horum numinum ſymbolis* (5). *Etſi antiquis in monumentis haec numina laxis capillis, hedera redimita ſaepiſſime obſervantur; attamen Bacchae nonnullae, capillis vitta religatis, & eodem modo ut in noſtra gemma concinnatis reperiuntur, veluti cuique in Muſ. Flor. vol. 1. Tab. 84. num. 10. Tab. 85. num. 10. videre licebit, & in Gem. Agoſtini vol. 1. Tab. 31. De his Bacchantibus inquit Cl. vir Gori* (6) Complures Baccharum imagines egregio artificio ſcalptae exhibentur in Tab. 84. & 85., quae vero non hedera, ſed diademate caput inſigne habent, forte vel Reginae, vel foeminae ſunt cultrices Bacchi, e quarum numero fuiſſe Olympiadem Alexandri Regis Macedonum matrem, (7) & Meſſalinam (8) Auguſtam compertum eſt, ut paucis utar exemplis.

*Nec inveriſimilem conjecturam produceret, qui unam ex Amazonibus Reginam Pentheſileam hac in gemma expreſſam eſſe crederet; Etenim non ſolum capitis concinnitas huic Reginae apprime convenit, ſed etiam ejus humeros pellis tegens, de qua loquitur Pauſanias* (9); Virginis in morem

(1) *Non in Carneola haec gemma ſcalpta eſt, prout Stoſch Gem. Ant. pag. 22. affirmavit.*

(2) *Loc. cit.*

(3) *Pauſ. lib. 4. cap. 34.*

(4) *Pauſ. lib. 8. cap. 37. pag. 676.*

(5) *Variis pellium generibus, ſcilicet Haeduli, Hinnulei, Pantherae, Tigridis ec. Bacchantes ornari ſolebant, veluti etiam Vulpis pellibus, a Thracibus Baſſares nuncupatis: ideo Bacchae Baſſarides dictae, prout nos docet Perſii Scholiaſtes Sat. 1. verſ. 100.*

Et raptum vitulo caput ablatura ſuperbo
Baſſaris, & Lyncem Maenas flexura corymbis.

Baſſarides (*inquit*) Bacchae, quibuſdam videntur a genere veſtis, qua Liber Pater utitur, demiſſa ad talos, quam Thraces Baſſarin. Quidam a vulpibus, quarum pellibus Bacchae ſuccingebantur. Vulpes Thraces Baſſares dicunt. *Vide Phornutum c. 30. p. 217., & Euripid. Bacch. v. 695.*

(6) *Gori Muſ. Fl. vol. 1. pag. 173.*

(7) *Teſte Plutarcho in vita Alex. Magni.*

(8) *Ex Tacito Annal. lib. 11. cap. 31. pag. 722.*

(9) *Pauſ. lib. 10. cap. 31.*

# XLII.

# UNA TESTA INCOGNITA.

## *OPERA D' AULO,*

### Inciſa in un Giacinto (1).

*DEL MUSEO DEL PRINCIPE LODOVISI BONCOMPAGNI DI ROMA.*

Biſogna certamente credere, che il chiariſſimo Baron Stoſch non vedeſſe queſta gemma, della quale congetturò potere rappreſentare una Diana. Fonda la ſua congettura ſull' avere queſta Dea la mammella ſiniſtra turgida, così dicendo (2). *Queſta femmina inciſa in profilo ha i capelli legati con una faſcia, ha nuda la parte ſiniſtra del petto, con una turgida mammella, la deſtra poi è più depreſſa, acciò compariſca l' altra mammella. Se queſta è veramente l' immagine di Diana eſpreſſa con delle mammelle più groſſe, che non ſono decenti ad una vergine, forſe è quella, che i Greci ſecondo Pauſania* (3) *hanno chiamata* Nutrice dei fanciulli, *ed a cui era ſtato conſacrato un tempio nella città Coronea della Beozia.*

Invano ſi cerca in queſta gemma la mammella deſtra turgida, eſſendo piuttoſto depreſſa, come conviene ad una vergine; onde non ſuſſiſte la di lui oppinione, debole, e falſa; benchè l' avrebbe ancora potuta avvalorare con l' autorità di Pauſania (4), il quale dice. *Diana è veſtita con una pelle di cervo, con la faretra pendente dagli omeri, tenendo con una mano una facella, con l' altra due Serpenti.*

Io produrrò ſopra queſta gemma alcune mie congetture. Primieramente dalla pelle, che copre gli omeri di queſta femmina, ſi potrebbe dedurre eſſere una delle Bacchanti, eſſendo la pelle uno de' principali caratteri di queſte Deità (5). Quantunque negli antichi monumenti ſi oſſervino queſte Deità coronate di ellera, e con capelli ſciolti, contuttociò ſi trovano alcune Baccanti con i capelli legati con una faſcia, e nell' iſteſſa maniera accomodati, appunto come nella noſtra gemma, conforme ciaſcuno può vedere nel Muſeo Fiorentino vol. 1. T. 84. n. 10., e T. 85. num. 10., e nelle Gemme dell' Agoſtini vol. 1. T. 31. Di queſte Baccanti dice il chiariſſimo Dottor Gori (6). *Molte Baccanti con ſingolare lavoro inciſe ſono pubblicate nella* T. 84. e 85. *le quali non hanno coronata la teſta di ellera, ma di una faſcia: forſe o ſono Regine, o femmine ſeguaci di Bacco, tra le quali fù Olimpiade madre di Aleſſandro Rè dei Macedoni* (7), *e Meſſalina* (8) *Imperatrice, per ſervirmi di pochi eſempii.*

Nè ſarebbe inveriſimile la congettura di chi credeſſe eſſere in queſta gemma eſpreſſa la Regina Penteſilea una delle Amazzoni, perchè non ſolo l' accomodamento della teſta le conviene egregiamente come a Regina, ma la pelle ancora, che le ſcopre le ſpalle, della quale così parla Pauſania (9). *Ella è ornata a guiſa di una vergine, portando un arco tutto ſimile a quello degli Sciti, ed*

(1) Queſta gemma non è ſtata inciſa in Corniola come ha affermato Stoſch Gem. Ant. pag. 22.

(2) Loc. cit.

(3) Pauſ. lib. 4. cap. 34.

(4) Pauſan. lib. 8. cap. 37. pag. 676.

(5) Di varie ſorti di pelli erano ſolite ornarſi le Baccanti, come di pelle di Capretti, Cervi, Pantere, Tigri ec. ſiccome ancora di pelli di Volpi, chiamate dai Traci Baſſare. Perciò furono dette le Bacchanti Baſſaridi, come ci inſegna l' antico Scoliaſte di Perſio nella Sat. 1. v. 100.

*. . . . . e la Baſſaride, che il capo*
*Sta per troncare a quel vitel ſuperbo,*
*E la Menade, a cui regger le Linci*
*Conviene coi corimbi, Evio ripete.*

*Da alcuni le Baccanti ſon dette Baſſaridi da una ſorte di veſte, che ſcende fino ai talloni, della quale ſi ſerve Bacco, che i Traci chiamano Baſſari, da altri dalle Volpi, con le pelli delle quali s'ornavano le Baccanti. Imperocchè i Traci nominano le Volpi Baſſare.* Vedi Phornut. cap. 30. pag. 217. ed Euripide Bacchae v. 695.

(6) Gori Muſ. Flor. vol. 1. pag. 173.

(7) Secondo Plutarco nella vita di Aleſſandro Magno.

(8) Tacito negli Annali lib. 11. cap. 31.

(9) Pauſ. lib. 10. cap. 31.

rem ornata eſt, arcum gerit Scythicis perſimilem, pardi pelle ab humeris demiſſa. *Id confirmatur etiam a ſiniſtra mammilla nuda, qualiter a Virgilio egregie deſcribitur* (10)

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Pentheſilea furens, mediiſque in millibus ardet,
Aurea ſubnectens exertae cingula mammae
Bellatrix, audetque viris concurrere virgo,

*Praeterea hanc opinionem fulciret animadverſio, quod in hoc vultu imago pateſit bellatrix. Ideo cum Gorio gemmam ex Amazonibus unam repraeſentantem deſcribente dicam* (11) Si eam dixeris Myrinnam Amazonum praeſtantiſſimam, cujus meminit Homerus (12), vel ex iis, quas inclytus Bellorophontes occidit, primis aliquam, ut idem Homerus cecinit (13), per me licet, ſi cui vero videatur imago fortis Menalippes Amazonum Reginae, quam Hercules devicit, & pretium arma ejus accepit; vel Hippolyten, quam Theſeus in praemium victoriae obtinuit captivam, & ex eadem in matrimonium accepta genuit Hippolytum (14); vel ipſam Hippolyten, quam Hercules necavit, atque ejus baltheum abſtulit, non adverſabor. *In Amazonibus excalpendis notiſſimi fuere Ariſtocles, Cteſilas, Cteſilaus, Cydon, Phradmon, Strongylion, Polycletus, & Phidias* (15).

*FAU-*

(10) *Virgil. lib.* 1. *Aene. verſ.* 494. *Antiquis in monumentis ſane Amazonidum ſtatuae, mamma dextera tecta, ut in noſtra gemma, ſiniſtra vero nuda, obſervantur, quamvis aliter ſentiat Apollodorus lib.* 1. *pag.* 277. Haec gens erat bello gerendo praeſtantiſſima, quippe quae viriliter fortitudinem exercebant, ac ſi quando viris admixtae pepererint, partus femineos educabant. Dextras ad haec mammas, ne jaculis emittendis impedimento forent, in nihilum redigebant, laevas autem alendorum filiorum gratia ſuccreſcere patiebantur.

(11) *Gori Muſ. Flor. vol.* 2. *pag.* 79.

(12) *Homer. Ili. lib.* 2. *& Diod. Sic. lib.* 3.

(13) *Hom. lib.* 6. *verſ.* 186.

(14) *Juſtinus Hiſt. lib.* 2. *cap.* 4. *pag.* 77. *Et Apollod. in biblioth. lib.* 2. *pag.* 277. *De Thaleſtri Amazonum Regina inquit Q. Curt. lib.* 6. *cap.* 5. *pag.* 32. Veſtis non toto Amazonum corpore obducitur; nam laeva pars ad pectus eſt nuda, caetera deinde velantur.

(15) *Vide Plin. lib.* 34. *cap.* 8. *& lib.* 36. *cap.* 5.

*ed una pelle di Pardo le ricopre le ſpalle*. Siccome ancora ciò confermaſi dalla ſiniſtra mammella nuda, conforme è deſcritta elegantemente da Virgilio (10)

*Guida delle ſue Amazzoni le torme*
*Dei dardi armate, e di lunate targhe*
*Pentelisfea tutta furore, et arde*
*In mezzo a le migliaja, aurato il cinto*
*Sotto allacciando alla reciſa poppa,*
*E ardiſce la gran vergine Guerriera*
*Concorrere in tenzone con gli Eroi.*

Inoltre l' immagine guerriera, che ſi dimoſtra in queſto volto, avvalora la mia oppinione. Perciò dirò col Gori (11) deſcrivendo una gemma rappreſentante un' Amazzone. *Se tu dirai eſſere la valoroſiſſima Amazzone Mirinna, mentovata da Omero* (12), *o pure una di quelle, che uccise Bellorofonte, come cantò il medeſimo Omero* (13), *io l' accorderò. Ma ſe parrà ad alcuno l' immagine della forte Menalippe Regina delle Amazzoni, la quale fù vinta da Ercole, e n' ebbe in premio le di lei armi, o Ippolita, che Teſeo in premio della ſua vittoria fece prigioniera, e ſpoſatala ebbe dalla medeſima Ippolito; o l' iſteſſa Ippolita* (14) *che da Ercole fù ammazzata, togliendole il balteo, io non contrarierò*. Furono famoſi nello ſcolpire l' Amazzoni Ariſtocle, Cteſila, Cteſilao, Cidone, Fradmone, Strongilione, Policleto, e Fidia (15).



(10) Virg. nel lib. 1. En. v. 494. Negli antichi monumenti ſi oſſervano le ſtatue dell' Amazoni con la mammella deſtra coperta, e la ſiniſtra nuda, come nella noſtra gemma. Quantunque ſia di diverſo parere Apollodoro nel lib. 1. pag. 277 dicendo, *Queſta Nazione delle Amazoni era eccellentiſſima nel guerreggiare, come che ſi eſercitavano coraggioſamente, e ſi congiungevano cogli uomini, e quando partorivano, allevavano ſolamente le femmine. Annichilavano le deſtre mammelle, acciò non foſſero d' impedimento nello ſcagliare i dardi, e laſciavano creſcere le ſiniſtre a motivo di alimentare i loro figli*.

(11) Gori Muſ. F. vol. 2. pag. 79.

(12) Homer. Il. lib. 2. e Diod. lib. 3.

(13) Hom. lib. 6. v. 186.

(14) Giuſtino Iſtorico lib. 2. cap. 4. e Apollodoro lib. 2. pag. 277. Quinto Curzio nel lib. 6. cap. 5. parlando di Taleſtri Regina dell' Amazzoni dice: *Il veſtire dell' Amazzoni non copre loro tutto il corpo, perchè la parte ſiniſtra del petto è nuda, e l' altre parti ſono coperte*.

(15) Plin. lib. 34. cap. 8. e lib. 36. cap. 5.

## XLIII.

# *FAUNUS BACCHANS.*

## AXEOCHI OPUS,

*Gemmae inciſum.*

EX MUSEI STROZZIANI ECTYPIS ROMAE.

*QUum gemma iſta una cum pretioſiſſimis aliis a Strotiano Muſeo fuerit ſubtracta, nec illius apoſphragiſma ſuperſit, de illius artifice verba non eſt quod faciam. Hoc unum Axeochi ſupereſt opus a B. Stoſch* (1) *publici juris effectum, qui altum de opifice ſervat ſilentium.*

*Faunus hac in gemma nudus exprimitur, lyram pulſans, pantherino cudone caput tectus. Pellis per dorſum deſcendit; hunc prope adſtat pinguis puerulus ſuper humili baſi thyrſum ſiniſtra tenens, dextera lyram indicans; hos inter media cornuta aſpicitur Luna.*

*Omnibus compertum eſt, Faunos Bacchi comites fuiſſe. Melampus Amiteonis filius primus ab Aegyptiis* (2) *Bacchi feſta edoctus, in ipſis Graecos erudivit. Haec dein a Graeculo neſcio quo in Etruriam translata: Romani hinc ab Etruſcis corrupti ſunt, qui quidem eo impudentiae, luxuriaeque proceſſerunt, ut ſanctiſſima pudoris caeterarumque nobiliſſimarum virtutum jura peſſumdare his in feſtis non erubuerint. Et licet antiquiſſimis temporibus apud omnes gentes feſta iſthaec omnium ſcelerum ſeminarium* (3) *ſemper habita ſint, nullibi tamen, quod ſciam, ſui ipſorum pejora quam Romae dederunt indicia* (4).

*Feſta iſthaec Lyrae, Tibiae, Tympanorum, omniumque muſicorum inſtrumentorum ſtrepitu celebrabantur. Certis ſtatiſque capitis corporiſque motibus Thyrſos, faceſque quatientes, ululantes homines mulieresque promiſcue gerebant* (5).

*Quum populi omnes licentiae ſemper fuerint cupidiſſimi, quaeque ad vivendi libertatem pertinerent libenter fuerint amplexati, mirum non eſt ſi tot, tantiſque gemmis, anaglyphis, ſtatuis, omniumque generum Bacchanalia reſpicientibus monumentis Orbis Univerſus abundet.*

*Haec*

(1) *Stoſch. Gem. Ant. Tab.* 20. *pag.* 24. *Extat in Dactyliotheca Com Franciſcae Cheroffini Gemma Herculis Axeochi nomine recentis Artificis manu inſignita, de qua more ſolito hallucinatus eſt Winkelmann pag* 242.

(2) *Herodot. Hiſt. lib.* 2. *cap.* 48. *& ſeq.*

(3) *In Epitome Livii lib* 39. Bacchanalia, ſacrum Graecum, & quidem nocturnum, ſcelerum omnium maximum ſeminarium.

(4) *Haec ſcelera dictu forent incredibilia, ſi a verbis prudentiſſimi Hiſtorici Titi Livii non confirmarentur, qui inquit:* Nec unum genus noxae: ſtupra promiſcua ingenuorum foeminarumque erant, ſed falſi teſtes, falſa ſigna, teſtimoniaque, & indicia ex eadem officina exibant. Venena indidem, inteſtinaeque caedes, ita ut ne corpora quidem ad ſepulturam extarent. Multa dolo: pleraque per vim audebantur. Occulebant vim, quod prae ululatibus, tympanorumque, & cymbalorum ſtrepitu nulla vox queritantium inter ſtupra & caedes exaudiri poterat. *Ita Liv. Dec.* 4. *lib.* 9. *cap.* 8.

(5) *Strabo inquit lib.* 10. *pag* 715. Ut in ſumma dicam ab omnibus furore quodam divino correpti, & Bacchantes deſcribuntur, qui armata ſaltatione, cum tumultu, & ſtrepitu, tintinnabulis, tympanis, armis, tibia, ac clamore in ſacrificiis perterreant homines ſub adminiſtrorum ſpecie. *Ovid lib.* 3. *Metamor. verſ.* 528.

Liber adeſt, feſtiſque fremunt ululatibus agri.
Turba ruit, mixtaeque viris, matreſque, nuruſque,
Et vulgus proceresque ignota ad ſacra feruntur.

*Vide Euripid. in Bacchantibus.*

## XLIII.

# FAUNO BACCANTE.

## *OPERA D' AXEOCO,*

Inciſa in gemma.

*DEL MUSEO STROZZI DI ROMA.*

Eſſendo queſta gemma con molte altre pietre prezioſiſſime ſtata rubata dal Muſeo Strozzi, nè reſtandoci alcuna impreſſione della medeſima, ciò m' inpediſce di parlare diſtintamente di queſto artefice. Eſiſte ſolamente queſt' opera d' Axeoco pubblicata dal B. Stoſch (1), il quale non parla punto di queſto artefice.

S' eſprime in queſta gemma un Fauno nudo, che ſuona la lira, colla teſta coperta d' una pelle di Pantera, la quale gli ſcende per il dorſo: preſſo v' è un piccolo fanciulletto graſſottello, ſopra una baſe, che tiene nella mano ſiniſtra un tirſo, e colla deſtra accenna la lira, e tra queſte due figure ſi vede la cornuta Luna.

I Fauni, come ben ſappiamo, ſono della comitiva di Bacco. Melampo figlio d' Amiteone (2) fù il primo che appreſe dagli Egizziani le feſte di Bacco, e le inſegnò ai Greci. Dipoi un certo Greco di vil condizione ne ammaeſtrò i Toſcani, dai quali furono corrotti i Romani, che portarono all' ecceſſo l' impudenza, e la luſſuria, non vergognandoſi in queſte feſte di conculcare le leggi ſantiſſime dell' oneſtà, e di tutte l' altre nobiliſſime virtù. E quantunque negli antichiſſimi tempi appreſſo tutte le nazioni queſte feſte ſiano ſtate il ſeminario di tutte le ſcelleraggini (3); contuttociò in neſſun luogo, per quanto io ſappia, furono tanto abominevoli, quanto in Roma (4).

Queſte feſte ſi celebravano con lo ſtrepito della Lira, della Tibia, de' Timpani, e di tutti i muſicali iſtrumenti, e con certi moti della teſta, e del corpo andavano urlando gli Uomini inſieme con le Donne portando Tirſi, e ſcotendo facelle acceſe (5).

Siccome tutti i popoli furono ſempre deſideroſi di vivere licenzioſamente, e d' abbracciare ben volentieri quelle coſe, che riſguardavano la libertà della vita; non è punto da maravigliarſi, ſe tutto l' Univerſo è ripieno di tanti monumenti di gemme, baſſirilievi, e ſtatue, che riſguardano ogni ſorte di Baccanali.



(1) Stoſch Gem. Ant. pag. 24. Tom. 20. Nella raccolta di gemme della Conteſſa Cheroffini ſi trova una gemma di Ercole col nome di Axeoco fatto da un' artefice moderno, ſulla qual gemma ſecondo il ſolito ha sbagliato Winkelmann pag. 242.

(2) Herodot. Hiſt. lib. 2. cap. 48. e ſeq.

(3) T. Livio nell' Epitome del lib. 39. così s' eſprime. *I Baccanali Feſta notturna dei Greci, Seminario maſſimo di tutte le ſcelleraggini.*

(4) Se dalle parole del prudentiſſimo Iſtorico Tito Livio non foſſero confermate queſte ſcelleraggini, ſarebbero incredibili: Egli dice. *Ne era una ſola ſorte di delitti: ſi commettevano ſtupri ſcambievoli d' uomini e di donne; Ma dall' iſteſſa fonte uſcivano falſi teſtimonii, falſi ſigilli, e teſtimonianze, ed accuſe. Quindi ſimilmente uſcivano veleni, e occulte uccisioni in sì fatto modo, che non ſi trovavano i corpi dei morti per ſeppellirli: Molte coſe ardivano far con inganni, e molte più per violenza. Naſcondevaſi la violenza, perchè pel romore degli urli, e ſtrepito dei timpani, e dei cembali non ſi poteva tra gli ſtupri e l' uccisioni intendere la voce di quelli, che gridavano.* Così Tito Livio Dec. 4. lib. 9. cap. 8.

(5) Strabone dice lib. 10. pag. 715. *Finalmente io dirò che i Baccanti ſono deſcritti da tutti, come preſi da un certo divino furore, i quali ſaltando armati con ſtrepito, e tumulto con cembali, timpani, tibie, in abito, e ſotto ſpecie di Miniſtri nei loro ſagrifizi ſpaventavano gli uomini.* Ovid. nelle Metam. lib. 3. verſ. 528.

*Bacco è venuto; i campi riſonando*
*D' urli feſtivi con devoti affetti,*
*La turba miſta già vienſi appreſſando,*
*Mariti, e Madri, e Nuore, e'l volgo inteſo*
*Al culto ignoto viene in lungo ſteſo.*

Vedi ancora Euripide nelle Baccanti

*Haec igitur gemma Faunum lyra ſonantem, puerulumque Fauno aſtantem exprimit. Fauni Varrone teſte* (6) *Dei Latinorum erant, & cantu, carminibuſque delectabantur. Unde Ennius in lib.* 1. *Annal. verſ.* 12. *pag.* 1458.

. . . . . . . . . . . Scripſere aliei rem
Vorſibu, quos olim Faunei Vateſque canebant.

*Hanc ob cauſam Fauni tibia, fiſtulaque ſonantes in Muſeo Capitolino, in Iuſtiniani Palatio, & Burgheſio rure frequentiſſimi occurrunt.*

*Gemma curioſorum animadverſione digniſſima, quae in Florentino Muſeo habetur, ita a Gorio* (7) *illuſtratur:* Alterum vero lyrae ſchema ſingulare eſt; nam anconum loco utrimque ſculpti ſunt Delphines, pro echeo vero ſculptus canis, vel ſopore, vel quiete captus, quod eximius artifex fortaſſe fecit, ut oſtenderet vel Dianae, vel potius Baccho, eamdem lyram ſacram eſſe: nam ſuperne perſona (8) ſive oſcillum eidem impoſitum eſt; vel ut deſignaret animalia muſico lyrae ſono mirifice demulceri, ut docet Clemens Alexandrinus (9). Quod vero canes mirum in modum ejus concentu delectentur, ex eo colligo, quod in pluribus gemmis iidem ſculpti ſunt comites non Heroum modo, quorum geſta lyra canuntur, verum etiam Citharoedorum, & Faunorum Lyriſtarum; cumque his prae gaudio ſaltant ad modos dithyrambicos.

*Facile crederem puerulum illum non Bacchulum eſſe, ſed unum ex his, qui in Bacchi feſtis ad ſaltus edendos adhibebantur, ut in duabus Muſ. Flor. gemmis obſervari licet* (10) *a praelaudato viro relatis.* Illud inſuper notandum eſt in his Bacchi celebritatibus puerulos quoque locum habuiſſe, qui ad jocos ſaltuſque ex altiori ſcopulo ducendos inſtituebantur, quod indicant ex his aliquae gemmae, nimirum V. Tab. 88. in qua puer praemio ( *uvae racemi* ) in altum manu ſuſpenſo ad ludum excitatur, & in VIII. Tab. 90. illud recipiens ( *a Fauno* ) cernitur.

*Inficias tamen non ierim poſſe & pro Bacchulo puerulum illum haberi, qui poſtulet lyram, prout inquit Stoſch* (11) lyram efflagitat Bacchus: eo enim ſono delectabatur, unde Calliſtratus ejuſdem numinis ſignum aereum deſcribens (12) *ſiſtebat autem* ( Bacchus ) *lyram thyrſo innixam habens* (13). Appoſita vero eſt Lunae imago, ad oſtendendum orgia ipſi Deo ſacra noctu celebrari.

. . . . . . . . . . . . . Qualis commotis excita ſacris
Thias, ubi audito ſtimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnuſque vocat clamore Cithaeron (14).

*Ad Lunae, quae heic media aſpicitur, explanationem, Cl. Bottari ſententiam referam* (15). *Tigris ideo ad Baccham refertur, quia* ( *ut quidam ajunt* ) *pellis iſtius ferae maculae coelum ſtellatum*

(6) *Varro de lingua latina lib. 6. pag.* 78. Verſus quos olim Fauni vateſque canebant. Fauni Dei Latinorum, ita ut Faunus, & Fauna ſint in verſibus quos vocant Saturnios; in ſilveſtribus loceis traditum eſt ſolitos fari, a quo fando Faunos dictos. Antiquos poetas vates appellabant a verſibus viendeis.

(7) *Gori Muſ. Flor. vol.* 2. *Tab.* 96. *num.* 5. *pag* 152.

(8) *In Palatio Ruſpoli viſitur Faunus ad arboris truncum, ex quo uvae progreditur racemus, Caprina pelle ornatus, & ſupra ſaxum Sileni larva cum paſtorali pedo.*

(9) *In admonitione ad gentes fere in principio.*

(10) *Gori Muſ. Flor. vol.* 1. *pag.* 170.

(11) *Stoſch Gem. Ant pag.* 26.

(12) *Philoſtratus pag.* 900.

(13) Fiſtulam quoque, ac Citharam a Faunis adhibitam ( *inquit Gori loc. cit* ) oſtendit gemma VI. Tab. 94. Eadem muſica inſtrumenta Baccho quoque Muſices auctori veteres tribuerunt, ac dedicarunt ec. *De Faunis cithara tibiaque ſonantibus ſic cecinit Lucret. lib.* 4. *verſ.* 584.

Haec loca Capripedes Satyros, Nymphaſque tenere
Finitimi fingunt, & Faunos eſſe loquuntur.
Quorum noctivago ſtrepitu, ludoque jocanti
Affirmant vulgo taciturna ſilentia rumpi;
Chordarumque ſonos fieri, dulceſque querelas,
Tibia quas fundit digitis pulſata canentum.

*Vide Phornut. de Nat. Deor. cap* 30. *& Lucianum vol.* 1. *de Aſtrologia cap.* 10. *pag.* 364.

(14) *Virgil. lib.* 4. *Aeneid. verſ.* 302. *Vide Ovid. lib.* 6. *Metam. verſ.* 588 *& Phornut. de Nat. Deor. cap.* 30.

(15) *Bottari Muſ. Capitol. vol.* 3. *Stat. pag.* 84. *ubi plura ec.*

Queſta gemma rappreſenta un Fauno ſonante la lira, ed un fanciulletto vicino a lui. I Fauni ſecondo Varrone (6) erano Deità dei Latini, e ſi dilettavano del canto, e della poeſia, per la qual coſa Ennio diſſe nel lib. 1. degli Annali verſ. 12. pag. 1458. *Altri ſcriſſero queſta coſa in verſi, che una volta cantavano i Fauni, ed i Poeti*. Per queſto motivo s' incontrano ſpeſſiſſimo Fauni, che ſuonano la tibia, e la zampogna; come nel Muſeo Capitolino, nel Palazzo Giuſtiniani, e in Villa Borgheſe.

Una gemma del Muſeo Fiorentino è degna dell' oſſervazione de' curioſi, così dal Chiar. Gori (7) illuſtrata. *L' altra figura della lira è ſingolare, perchè in vece dei bracci della lira vi ſono inciſi due Delfini, e in vece della baſe è ſcolpito un Cane addormentato, che facilmente l' eccellente arteſice fece per dimoſtrare eſſer dedicata la medeſima lira o a Diana, o piuttoſto a Bacco. Imperocchè di ſopra è poſta una maſchera* (8), *per dimoſtrare, come inſegna Clemente Aleſſandrino* (9), *che gli animali maraviglioſamente ſi appiacevoliſcono al ſuono della lira. Che poi i Cani mirabilmente ſi dilettino di queſto ſono lo deduco, perchè in molte gemme ſono ſcolpiti compagni non ſolamente degli Eroi, le geſta de' quali ſi cantano al ſuono della lira, ma ancora de' Citaredi, e Fauni ſonatori di lira, e con queſta comitiva per l' allegrezza ſaltano al cantare de' verſi Ditirambici*.

Io facilmente crederei, che quel fanciulletto non foſſe un Bacchetto, ma uno di quelli che nelle feſte di Bacco ſi conducevano per ſaltare, come ſi può oſſervare nelle due gemme del Muſeo Fiorentino (10), riportate dal ſopralodato Antiquario. *Oltre a ciò è da notarſi, che nelle feſte di Bacco ebbero luogo i fanciulletti, i quali da un' alto ſcoglio facevano dei giuochi, e dei ſalti, come lo indicano alcune gemme, cioè la V. della Tav. 88. nella quale un fanciullo è ſtimolato a queſto giuoco per un premio d' un grappolo d' uva, e nella Tav. 90. num. 8. riceve detto premio da un Fauno*.

Contuttociò non negherò poterſi ancor giudicare queſto fanciulletto per un Bacchetto, che domandi la lira conforme dice Stoſch (11) *Bacco domanda la lira, perchè ſi dilettava di queſto ſono, onde Calliſtrato* (12) *deſcrivendo la ſtatua di bronzo di queſta Deità*, dice ch' egli aveva la lira appoggiata ad un Tirſo (13). *Vi ſi vede la figura della Luna per manifeſtare, che l' Orgie o i Baccanali ſi celebravano ordinariamente in tempo di notte* (14).

*Quale al crollar de' ſimolacri deſta*
*La Thiade infuria, allor ch' udito ha Bacco,*
*Che Orgii triennali entro la ſpronano,*
*E 'l Citeron notturno a' gridi chiamala.*

Per la ſpiegazione della Luna poſta nel mezzo a queſte due figure riporterò il ſentimento del Chiariſſimo Monſignor Bottari (15) La Tigre perciò ſi referiſce a Bacco (come alcuni dicono) perchè le macchie della pelle di queſto animale rappreſentano il cielo ſtellato, oppure

pure

(6) Varrone de lingua latina lib. 6. pag. 78. *I verſi che una volta cantavano i Fauni ed i Poeti. I Fauni eravo Deità dei Latini, di maniera che il Fauno, e la Fauna ſi trovano rammentati nei verſi, i quali chiamano Saturnii, e vien riferito eſſer ſoliti di parlare nei luoghi ſilveſtri: e da Fando furono detti Fauni: e gli antichi chiamavano i Poeti Vati dal far verſi*.

(7) Gori Muſ. Fio. verſ. 2. Tav. 96. num 5. pag. 152.

(8) Nel veſtibolo avanti la Sala del Palazzo Ruſpoli ſi vede una ſtatua di Fauno appoggiato ad un tronco d' albero, dal quale vien fuora un grappolo d' uva, e tiene ad armacollo una pelle di Capra, e ſopra un ſaſſo è collocata una maſchera di Sileno con un pedo paſtorale.

(9) In admonitione ad gentes, quaſi nel principio.

(10) Gori Muſ. Fio. vol. 1. pag. 170.

(11) Stoſch Gem. pag. 26.

(12) Vedi Filoſtrato pag. 900.

(13) Gori nel luogo di ſopra citato dice. *La gemma VI. della Tav. 94. dimoſtra che i Fauni adopravano la Cetera; gli Antichi attribuirono, e dedicarono ſimilmente queſti muſicali iſtrumenti a Bacco, come autore della Muſica*. De' Fauni ſonatori di Cetra, e di Tibia così cantò Lucrezio lib. 4. verſ. 584.

*. . . . . . . . . . . . . . . I convicini*
*Di queſti luoghi ſolitarj han ſuto*
*Che Fauni, e Ninfe, e Satiri, e Silvani*
*Ne ſiano abitatori, e che la notte*
*Con giochi, e ſcherzi, e ſtrepitoſi balli*
*Rompan dell' aer foſco i taciturni*
*Silenzj, e della Piva, e della Cetra*
*Tocca da dotta man ſpargono all' aure*
*Dolci querele, e armonioſi pianti ec.*

Vedi Fornuto della natura degli Dei cap. 30. e Luciano vol. 2. nel Dial. dell' Aſtrologia cap. 10. pag. 364.

(14) Virgil. lib. 4. dell' Eneid. verſ. 302. Vedi Ovidio nel lib. 6. delle Metam. verſ. 588. e Fornuto della Natura degli Dei cap. 30.

(15) Bottari nel Muſ. Capitolino vol. 3. delle Statue pag. 84. dove molte coſe ec.

*tum fingunt, vel quia (ut inquit* (16) *Plinius) macula ſupra illius armum Lunae ſimilis eſt, & creſcit in orbes, parique modo cavat cornua: quae Lunares Phaſes oriuntur a Sole, cum quo Bacchum unum & idem eſſe nemo eſt qui ignoret.*

*Ad hujus tabulae ornatum binas ad Faunos ſpectantes exhibebo gemmas, quarum prima* (*) *penes utriuſque Siciliae Regem eſt Onyx duplici praeſtans colore. In hac peritiſſimus Graecus artifex ſummo ſtudio Faunum Nympham rapientem ita excellenter excalpſit, ut cum nobilioribus antiquitatis monumentis, tum propter Fauni corporis habitum, tum ob mollia veſtium lineamenta, ex quibus delicata Nymphae aſpiciuntur membra, certare poſſe videatur. Plurima a doctiſſimis, omnique eruditione peritiſſimis Herculanearum antiquitatum explanatoribus referuntur exempla V. 1. pag.* 87. (17) *Faunorum raptorum Nympharum, ubi Divi Auguſtini locum de Civitate Dei aſſerunt lib. 15. cap. 23. Tab. 2. pag. 153. ec.* Quoniam creberrima fama eſt, multique ſe expertos, vel ab eis, qui experti eſſent, de quorum fide dubitandum non eſt, audiſſe confirmant, Sylvanos, & Faunos, quos vulgo incubos vocant, improbos ſaepe extitiſſe mulieribus, & earum appetiſſe, ac peregiſſe concubitum ec.

*De hac noſtra gemma dicam cum Horatio* (18)

Faune Nympharum fugientum amator.

*Altera iaſpidi rubro inciſa* (*) *quae a Cl. litterarum amatore Kratzeſtein Haphniae poſſidetur, Priapi ſacrificium oſtendit. Viſitur enim aedicula, in qua Priapi Hermes, ſuper arboris ramus, adverſus ara accenſa, Faunuſque pedum ferens, hircumque numini ſacrificandum trahens* (16). *Ramus exprimere videtur Priapum in agris coli ſolitum, ut inquit Diodorus Siculus lib. 4. pag.* 252. Priapus: non ſolum in templis urbium cultus huic Deo exhibetur, ſed etiam in agris & villis, ubi vinearum, hortorumque cuſtodiae eſt praefectus. *Hircus immolabatur Bacco & Priapo, ut vinearum vaſtator, ſicuti inquit Phornutus* (20) Hircus Bacco immolatur. Solet enim hoc animal vineas & ficos vaſtare; *Et quia eſt luxuriae typus, ut ait Petronius* (21),

Et quandoque mihi fortunae adriſerit hora,
Non ſine honore tuum patiar decus; ibit ad aras,
Sancte, tuas hircus.

BESI-

(16) *Plin. lib. 8. cap. 17.*

(*) *Tab. XIX. N. III.*

(17) *De Faunis vide praeland. auctor. pag. 81. & ſeq.*

(18) *Horat. lib. 3. Od. 18.*

(*) *Tab. XXII. N. I.*

(19) *In veſtibulo ante atrium Palatii Mattei ſub Apollinis ſtatua, ſepulchralis eſt urna, in qua Priapi ſacrificium ab alatis Geniis celebratum exculptum eſt. Ante Priapum ſtat ara accenſa, & Genius, qui odoramentorum manu tenet acerram, alius hircum ad ſacrificium trahit, alii vindemiant ec.*

(20) *Phornut. de Nat. Deor. cap. 3. & Ovid. lib. 1. Faſt. verſ 357.*

(21) *Petronii Arb. Satyr. pag. 485.*

pure perchè, come narra Plinio (16), aveva una di queſte macchie ſituata ſopra una ſua ſpalla, che creſceva, e ſcemava, ſecondo l'apparenze della Luna, le di cui Faſi dipendono dal Sole; il quale è noto a tutti eſſer l'iſteſſa coſa che Bacco.

Per ornamento di queſta tavola riporterò due gemme ſpettanti ai Fauni. La prima è un Cammeo del Muſeo del Rè di Napoli ſcolpito (*) in una ſuperbiſſima Onice detta Niccolo di due colori, nella quale il peritiſſimo Greco artefice con ſomma arte, e maeſtria ha eccellentemente ſcolpito un Fauno rapitore d'una Ninfa, in modo che può gareggiare sì nobil lavoro con i pregievoli monumenti dell' Antichità, sì per la viva eſpreſſione, che è nel carattere del Fauno, sì ancora per l'intelligenza del panneggiamento della Ninfa, che fa traſparire tutte le ſue delicate membra. Molti eſempi di Fauni rapitori di Ninfe ſono ſtati riferiti dagli eruditiſſimi illuſtratori dell' Antichità Ercolaneſi vol. 1. pag. 87. (17) riportando un paſſo di S. Agoſtino nel lib. 15. cap. 23. vol. 2. pag. 153. della Città di Dio. *Di più che queſta è una coſa notiſſima, e che molti hanno eſperimentata, o appreſa da quelli, la cui fede è ſenza ſoſpetto, che i Silvani, e i Fauni, che ſi chiamano ordinariamente Incubi, hanno ſovente importunato le Donne, e contentate le lor paſſioni con eſſe ec.*

Dirò di queſta gemma con Orazio (18)

*O Fauno Amante delle Ninfe che fuggono.*

*Gemma profundiſſime ſupra quam dici poſſit excalpta eſt, tanta artificis dexteritate in tanta lapidis difficultate, ut mirari ſubeat Caji audaciam, qua conatus eſt Canem tetro aſpectu omnium ferociſſimum optimis pulcherrimiſque lineamentis ita ad vivum exprimere, ut illius viſus horrorem aſpicientibus injiciat. Hac igitur in gemma auriti Canis caput repraeſentatur, in quo ex oculis prominentibus, hianti ore, arrectiſque villoſis auriculis, terrifica prodit feritas; omnia ita abſoluto magiſterio, ut timorem ſimul admirationemque excitent. Circa Canis collum novem acutiſſimae parum contortae obſervantur cuſpides. Affixae ſunt Millo cuſpides illae, quas clavos capitatos vocat Varro, juxta paſtorum morem, qui ita Canes feroces, gregis cuſtodes inſtruebant, ne vulnerarentur a beſtiis, ſicuti praeſtantiſſimi auctoris clare verba demonſtrant* (1). Ne vulnerentur a beſtiis, imponuntur his collaria, quae vocantur Millum, ideſt cingulum circum collum ex corio firmo cum clavulis capitatis, quae intra capita inſuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri. Quod ſi Lupus, aliuſve quis his vulneratus eſt, reliquos quoque Canes facit, qui id non habent, ut ſint in tuto. *Non enim Cl. Natterio aſſentior, qui per illas radios exprimi, quibus Canis Sirii ſignum in coelo rutilat, autumat. De Canis Sjrii ſigno ſic inquit Hyginus* (2). Et Sjrion appellaſſe propter flammae candorem, quod ejuſmodi ſit, ut praeter caeteras lucere videatur. Itaque quo magis ea cognoſcerent, Sjrion appellaſſe. *Quid commune habet hoc ſignum cum ferociſſimo noſtro Cane?*

*De hujus gemmae pretio eximii Artificis Natter in incidendis gemmis peritiſſimi judicium adducam. Inquit enim in lib. Traitè de graver en pierres fines pag.* 27. Cette tête du Chien Sjrius de face peut ſervir ici de principal Modèle. Ainſi pour bien ſentir tout le mérite de cette gravure, il faut remarquer que les jouës ſont tellement ouvertes & étendues, que nòn ſeulement elles laiſſent appercevoir la langue, & les dents, mais même le fonds du palais. Le tout eſt fini avec la grande exactitude poſſible. La profondeur conſidérable, la netteté, & la propreté du deſſein (comme on peut le voir au deſſein fait de profil) ſont des preuves ſenſibles de la délicateſſe de la main, & de l'eſtrême habilité de cet Artiſte. Les muſcles y ſont adoucis ſi parfaitement, qu'il n'eſt pas poſſible d'y apparcevoir la moindre trace des Outils, comme dans les gravures précédentes. D'abord cette forme ſurprenante m'a fait douter qu'elle eût été gravée au tour & ſelon la méthode ordinaire; mais en la copiant avec attention j'ai trouvé le progrès des differéntes Outils, que l'on y a emploiés, & j'y ai paſſablement bien réuſſi moi-même en l'imitant. La pierre eſt un Grenat des plus nets, & des plus beaux, & à ſurface convexe, ce qui eſt tres avantageux pour graver profondement (comme je l'ai déja dit) Auſſi en réſulte-t-il une haute bordure dans l'empreinte que l'on

tire

(1) *Varro de Re Ruſtica lib. 2. cap. 9.*

(2) *Hjg. Aſtron. lib. 2. pag. 74. Vide etiam Arati Phoen. pag. 193. & 214.*

## XLV.

# UNA TESTA DI CANE.

## *OPERA DI CAIO,*

### Inciſa in un Granato.

### *APPRESSO IL VISCONTE DUNCANNON.*

DI queſto Arteſice Caio non ci è pervenuta memoria alcuna, fuorichè queſta opera veramente ammirabile; dal lavoro della quale perfettiſſimo in tutte le ſue parti, e dalle lettere ornate coi ſoliti puntini nell'eſtremità, potremo facilmente congetturare eſſere un'autore Greco fiorito nell'auero ſecolo d'Auguſto.

Chi ſa la natura del Granato, comprenderà quanta difficoltà ſi trovi nel lavorar queſta gemma sì facile a ſgranarſi, e di quanta lode ſia degno queſto peritiſſimo Arteſice.

In queſta gemma adunque è rappreſentata la teſta d'un Cane con l'orecchie molto grandi, nel quale dagli occhi che ſportano in fuori, dalla bocca ſpalancata, dall'orecchie alzate, ed irſute, ſi ſcorge una fierezza ſpaventevole. Tutto è lavorato con sì gran maeſtria che commove il timore e l'ammirazione. Intorno al collo del Cane s'oſſervano nove acutiſſime punte un poco rivolte, le quali ſono attaccate al collare. Quelle medeſime punte ſon quelle, le quali Varrone chiama chiodetti colla teſta, ſecondo il coſtume dei Paſtori, che così ammaeſtrano i Cani feroci per cuſtodia della greggia, acciochè non ſiano feriti dalle beſtie, ſiccome lo dimoſtrano chiaramente le parole dell'eccellentiſſimo Autore (1). *Acciò non ſiano feriti dalle beſtie ſi pongono i collari ai Cani, i quali ſi chiamano Millo, cioè una cintura intorno al collo fatta di cuoio maſſiccio, e forte con chiodetti colla teſta, tra le quali teſte dei chiodetti ſi cuce una pelle delicata, acciochè non faccia nocumento al collo la durezza del ferro. Che ſe un Lupo, o altra beſtia è ferita da queſti Cani, ſa ſicuri gli altri Cani, i quali non hanno queſti collari.* Io non convengo col Ch. Sig. Natter, il quale afferma eſſer quelle punte tanti raggi, coi quali riſplende in cielo la coſtellazione del Cane Sirio. Della coſtellazione del Cane Sirio così parla Igino (2): *e ſi chiama Sirio per lo ſplendore della fiamma, che ſi vede riſplendere ſopra tutte l'altre.* Nulla ha di relazione queſta coſtellazione col ferociſſimo noſtro Cane.

Del pregio di queſta gemma riferirò il ſentimento del Sig. Natter peritiſſimo Arteſice nell'incidere le gemme. Dice adunque nel libro intitolato Traitè de graver en pierres fines pag. 27. *Cette tête du chien Sjrius de face peut ſervir ici de principal Modèle. Ainſi pour bien ſentir tout le mérite de cette gravure, il faut remarquer que les joües ſont tellement ouvertes & étenduës, que non ſeulement elles laiſſent apparcevoir la langue, & les dents, mais même le fonds du palais. Le tout eſt fini avec la grande exactitude poſſible. La profondeur conſidérable, la netteté, & la propreté du deſſein ( comme on peut le voir au deſſein fait de profil ) ſont des preuves ſenſibles de la délicateſſe de la main, & de l'eſtrême habilitè de cet Artiſte. Les muſcles y ſont adoucis ſi parfaitement, qu'il n'eſt pas poſſible d'y appercevoir la moindre trace des Outils, comme dans les gravures précédentes. D'abord cette forme ſurprenante m'a fait douter qu'elle eût été gravée au tour & ſelon la méthode ordinaire; mais en la copiant avec attention j'ai trouvé le progrès des differéntes Outils, que l'on y a emploïés, & j' y ai paſſablement bien réuſſi moi-même en l'imitant. La pierre eſt un Grenat des plus nets, & des plus beaux, & à ſurface convexe, ce qui eſt tres avantageux pour graver profondément ( comme je l'ai déja dit ) Auſſi en réſulte-t-il une haute bordure dans l'empreinte que l'on tire en cire, pour conſerver l'original. Cette convexité*

*ſert*

(1) Varrò de Re Ruſtica lib. 2. cap 9.

(2) Hyg. Aſtr. lib. 2. pag. 74. Vedi ancora Arati Phoen. pag. 193. e 214.

tire en cire, pour conſerver l'original. Cette convexité ſert encore ici a relever d'avantage les extrémités des oreilles, & à les rendre plus fines, de façon qu'elles paroiſſent s'avancer juſqu'à la hauteur des yeux, Il y a toute apparence que cette Artiſte connoiſſoit le mérite de ſon ouvrage, puiſqu'il y a mis ſon nom pour qu'il paſsât á la poſtérité. On lit ſur le collier du Chien cette inſcription Gréque ΓΑΙΟϹ ΕΠΟΙΕΙ. Il faut convenir en effet que ce morceau eſt un chef-d'oeuvre incomparable, tant pour la beauté, & la perfection du deſſein, que pour la difficultè de la gravure. Car quoique les Grenats ſoient ordinairement d'une nature ſabloneuſe, & par cela même très difficile à polir, neanmoins cette gravure-ci l'eſt auſſi parfaitement qu'une cornaline, ou toute autre pierre ordinaire. Tous les Antiquaires regardent cet ouvrage comme le plus beau, & le plus curieux que l'on ait vù en ce genre.

*De hujus natura Canis in gemma expreſſi aliquid certo affirmare non audemus. Fortaſſe Canem, quem veteres Moloſſum appellabant, & de cujus ferocitate Lucretius loquitur, figuratum habemus* (3).

Inritata Canum cum primum magna Moloſſum
Mollia ricta fremunt duros nudantia dentes;
Longe alio ſonitu rabie diſtricta minantur,
Et cum jam latrant, & vocibus omnia complent.

*Conjici quoque poſſet, Cajum expreſſiſſe Canis Indici caput* (*tanquam feritatis ſingularis exemplum*) *cujus ferociam deſcribit Phile* (4).

Inter Canes eſt Indicus fortiſſimus,
Qui nec Leonem pertimeſcit cominus,
Sed opperitur hoſtis inſolentiam
Interritus ſtans mole ſua, ac rugitibus
Ejus relatrans, inſtat inſtanti ferox:
Oſque imprimentem dente ſtringit acrius,
Donec prehenſum funditus ſternat ſolo,
Morſuque divellat, & inhaerens ſtrangulet,
Quod ſi quis accurrens ei truncet pedem,
Hoſtis prementi dentibus ſuperbiam,
Vix ore fixo mortuus remiſerit.

Memorabilis eſt (*ut inquit Pollux*) Alexandri Canis cum Leonibus congrediens, genere Indico, & centum minis emptus, cui mortuo urbem Alexandrum condidiſſe Theopompus ſcribit (5).

*Non*

(3) *Lucret. de Nat. Rer lib. 5. verſ.* 1062.

(4) *Phile de Animalium propriet. in 2 vol. Poet. Graec. pag.* 222. *cap.* 33. *Conſule Q. Curtium de Rebus geſtis Alex. Magni in noni libri principio, & Freinshemii notas, & Plin. lib* 8. *cap.* 40 *de Canibus Indicis, & Aelianum de Nat. Animal. lib.* 4 *cap.* 19. *& praecipue lib.* 8. *cap.* 1. *& Strabonem vol.* 2 *lib.* 15. *pag.* 436. *& Plutarchum de Solertia Animal. vol.* 3. *pag.* 54. *& Diod. Sic vol.* 2. *lib.* 7. *pag.* 231.

(5) *Pollux Onom. ait lib* 5. *cap.* 5. Non enim ſat fuit hominum crudelitati ſaevire in homines ferro, ignique, ſed & Canum ferocitate uſi ſunt. *Narrat etiam Plinius lib.* 8. *cap.* 40. Propter bella Colophonii, itidemque Caſtabalenſes cohortes Canum habuere. Hae primae dimicabant in acie numquam detrectantes. *Cui & Poliaenus Stratagem. lib.* 7. *cap.* 2. *pag.* 474. *conſonat*. Aliattes Cimmeriis inuſitata, ac belluina corporum magnitudine praeditis ei bellum inferentibus, cum reliquis copiis robuſtiſſimos etiam Canes ad pugnam eduxit, qui barbaros, quaſi belluas, adorti, magnum eorum numerum confecerunt, & reliquos turpiter ſe fugae mandare coegerunt. *Hyrcani & Magneſii ad bella inferenda Canibus utebantur. Vid. Ael. de Nat. Animal. lib* 7. *cap.* 38. *Vide etiam Aelianum Var. Hiſt lib.* 14. *cap* 46. *De hoc immani more vide Montaigne Eſſais lib.* 2. *cap.* 12. *pag.* 105. *qui ait ad debellandos Indiae Occidentalis populos Hiſpanos cohortes quoque Canum ferociſſimas, qui omnes exercebant militares actiones, adhibuiſſe. Vide ſuper hac re quoque Bartolomaei de las Caſas librum inſcriptum de la Deſtruycion de las Yndias pag.* 131. *Lucretius clare demonſtrat lib.* 5. *verſ.* 1301. *& ſeq. veteres nationes ad bellandum Elephantibus, Tauris, Suibus* (*facile Apris*) *Leonibus uſas fuiſſe*

Inde Boves Lucas turrito corpore tetros
Anguimanos belli docuerunt volnera Poeni
Sufferre, & magnas Martis turbare catervas.
Sic alid ex alio peperit diſcordia triſtis,
Horribile humanis quod gentibus eſſet in armis;
Inque dies belli terroribus addidit agmen.
Tentarunt etiam Tauros in munera belli,
Expertique ſues ſaevos ſunt mittere in hoſtes;
Et validos Parthi prae ſe miſere Leones
Cum ductoribus armatis, ſaeviſque magiſtris,
Qui moderarier hos poſſent, vincliſque tenere &c.

*ſert encore ici a relever d'avantage les extrémités des oreilles, & à les rendre plus fines, de façon qu'elles paroiſſent s'avancer juſqu'à la hauteur des yeux. Il y a toute apparence que cette Artiſte connoiſſoit le mérite de ſon ouvrage, puiſqu'il y a mis ſon nom pour qu'il paſſât á la poſtérité. On lit ſur le collier du chien cette inſcription Gréque* ΓΑΙΟϹ ΕΠΟΙΕΙ. *Il faut convenir en effet que ce morceau eſt un chef-d'oeuvre incomparable, tant pour la beauté, & la perfection du deſſein, que pour la difficulté de la gravure; Car quoique les Grenats ſoient ordinairement d'une nature ſabloneuſe, & par cela même trés difficile à polir, neanmoins cette gravur-ci l'eſt auſſi parfaitement qu'une cornaline, ou toute autre pierre ordinaire. Tous les Antiquaires regardent cet ouvrage comme le plus beau, & le plus curieux que l'on ait vù en ce genre.*

Non ardirei affermare alcuna coſa di certo intorno alla natura del Cane epſreſſo in queſta gemma. Forſe è una razza di Cane che gli Antichi chiamavano Moloſſo, della di cui ferocità così parla Lucrezio (3)

*. . . . . . . . . . . . . . . . . . Pria ſe irritato*
*Freme il Moloſſo, e la gran bocca aprendo*
*Nude moſtra le zanne, e i duri denti.*
*Già d' inſano furor pregno, e di rabbia*
*In ſuon molto diverſo altrui minaccia*
*Da quel che ei latra, e d' urli aſſorda il mondo.*

Si potrebbe ancora giudicare che Caio abbia voluto incidere una teſta di un Cane dell' India, come per modello d'una fierezza ſingolare, eſſendomi appigliato a queſt' oppinione, perchè File nel lib. della Proprietà degli Animali vol. 2. (4) ci dipinge i Cani dell' India ſimili al noſtro. *Tra i Cani quello dell' India è fortiſſimo, il quale nè pure da vicino teme il Leone: ma imperturbabile aſpetta a piè fermo il ſuperbo nemico, e abbaiando di nuovo ai di lui ruggiti, feroce l' incalza, e lo ſtringe sì fortemente coi denti, che lo getta a terra, e lo lacera coi morſi, e ſtandogli attaccato lo ſtrangola: che ſe alcuno accorrendovi li troncaſſe il piede, mentre egli frena la ſuperbia del nemico, appena tenendovi fiſſa la bocca lo rilaſcerebbe. Famoſo* ( come dice Polluce ) *è il Cane d' Aleſſandro di razza dell' Indie, che contendeva coi Leoni, e fù comprato cento mine, e dopo che fù morto, gli fabbricò Aleſſandro una Città, conforme ſcrive Teopompo* (5). Non ſolo queſti ferociſſimi Cani combattono co' Leo-

(3) Lucr. lib. 5. verſ. 1062.

(4) Phile de Animalium proprietate nel ſec. vol. de' Poeti Greci cap. 33. pag. 222. Vedi Quinto Curzio dell' impreſe di Aleſſandro Magno nel principio del nono libro, e nelle note di Freinſemio, e Plinio lib. 8. cap. 40. De' Cani dell' India e loro iſtoria vedi Eliano de Nat. Animal. lib. 4. cap. 19., e particolarmente lib. 8. c. 1. e Strabone v. 2. lib. 15. pag. 436., e Plutarco de ſolertia Animal. vol. 3. pag 54. e Diodoro Siculo vol. 2. lib. 17. pag. 231.

(5) Polluce nell' Onom. dice lib. 5. c. 5. *L' inumanità degli uomini non fù contenta d' incrudelire contro gli uomini col ferro, e col fuoco, ma inoltre ſi ſervirono della ferocia dei Cani.* Narra ancora Plinio lib. 8. cap. 40. *che i Coloſonii, ed i Caſtabalenſi tenevano le ſchiere di Cani per uſo della guerra. Queſti erano le prime ſchiere, che combattevano ſenza ricuſare la pugna.* Pollieno ſimilmente racconta lib. 7. cap 2. pag. 474 *che i popoli Cimmerii d' una grandezza di corpo inuſitata, e beſtiale avendo intimata la guerra ad Aliatte, egli conduſſe con le ſue ſoldateſche ancora de' fortiſſimi Cani al combattimento, i quali aſſaliti i Barbari quaſi riputandoli beſtie n' uccifero un gran numero, e coſtrinſero il reſtante alla fuga.* Anche gl' Ircani ed i Magneſii facevano uſo dei Cani nella guerra conforme dice Eliano de Nat. Animal. lib. 7. cap. 38. Di queſto barbaro coſtume il Celebre Sig. de la Montaigne nel lib. 2. dei ſuoi ſaggi cap. 12. pag. 205. racconta che gli Spagnuoli per debellare i popoli dell' India Occidentale ſi ſervirono di ſchiere ferociſſime di Cani, i quali facevano tutte l' azioni militari. Vedi ancora a queſto propoſito Bartolommeo de las Caſas o Caſaus nel libro intitolato la diſtruzione dell' Indie pag. 131. Lucrezio lib. 5. verſ. 1301. dimoſtra chiaramente che l' antiche nazioni hanno fatto uſo per guerreggiare degli Elefanti, Leoni, Tori, e Cignali dicendo

*. . . . . . . . . . . . Indi a Lucani Buoi*
*Gravar di torri il vaſto orribil dorſo*
*I Peni, ed inſegnar delle battaglie*
*A ſoffrir le ferite, e in ſtrane guiſe*
*Di Marte a ſcompigliar l' ampie caterve:*
*Tal d' altro altro poteo l' empia e crudele*
*Diſcordia partorir, che all' uman germe*
*Foſſe poi ſpaventevole fra l' armi,*
*E tal ſempre viepiu di giorno in giorno*
*Della guerra al terror terrore accrebbe.*
*Tentaro i Tauri anche in battaglia, e ſpeſſo*
*Fer prova d' inviar contro i nemici*
*I crudeli Cignali, e in lor difeſa*
*I Parti vi mandar feri Leoni*
*Con ſeveri maeſtri, e con armate*
*Guide, che a moderarli, e porli a freno*
*Foſſer baſtanti ec.*

*Non ſolum iſti ferociſſimi Canes cum Leonibus, ſed etiam cum Elephantibus pugnabant, ut narrat Plin. lib.* 8. *cap.* 40. Indiam petenti Alexandro Magno Rex Albaniae dono dederat inuſitatae magnitudinis unum; cujus ſpecie delectatus, juſſit urſos, mox Apros, & deinde damas emitti contemptu immobili jacente eo. Qua ſegnitie tanti corporis offenſus Imperator generoſi ſpiritus, eum interimi juſſit. Nunciavit hoc fama Regi. Itaque alterum mittens addidit mandata, ne in parvis experiri vellet, ſed in Leone Elephantove. Duos ſibi fuiſſe: hoc interempto, praeterea nullum fore. Nec diſtulit Alexander, Leonemque fractum protinus vidit. Poſtea Elephantum juſſit induci haud alio magis ſpectaculo laetatus. Horrentibus quippe per totum corpus villis; ingenti primum latratu intonuit: mox ingruit aſſultans, contraque belluam aſſurgens hinc & illinc, artifici dimicatione, qua maxime opus eſſet, infeſtans atque evitans, donec aſſidua rotatam vertigine afflixit, ad caſum ejus tellure concuſſa (6). *Praeterea aliquo modo confirmatur Canem hunc ex Indicis eſſe, eo quod ferocitatis plenus appareat. Eſt autem plane ſimillimus illis, qui in Muſei Medicei* (7) *veſtibulo, & in Muſeo Chiſiano obſervantur. Canis caput, qualis in noſtra eſt gemma, ex argilla opere anaglypho videlicet antiquo formatum, ac mille etiam munitum, videre mihi contigit apud Cl. Antonium Pikler.*

*Non fuit ſolus artifex noſter, qui in Canibus efformandis operam inſumeret. Quamplurimos celeberrimos artifices in animalibus exprimendis, & prae aliis omnibus in Canibus, utpote qui utilitatem aliquamque voluptatem praeſtant hominibus, innotuiſſe non latet. Hos inter recenſendi Leucon* (8), *Myron & Simon ſtatuarii* (9). *Etiam Nicias Canes felici auſu expreſſit* (10). *Canibus & venatione nobilitatus Lyſippus, ut & filius ejus Euthycrates* (11), *& mire commendatus fuit Canis a Protogene factus in pereximia Jalyſi tabula, de qua Plinius* (12) Palmam habet tabularum ejus Jalyſus, qui eſt Romae dicatus in templo Pacis.

*BAC-*

(6) *Haec hiſtoria a Solino Pol. cap.* 19. *pag.* 76. *narratur & Dioniſius Alexandrinus de ſitu Orbis inquit verſ.* 709. *pag.* 133. Victorem Barrique Canem rabidique Leonis. Vide in hanc rem Cuperum de Elephantis vol. 3 pag. 46. e 47.

(7) Vide Muſei Medicei deſcriptionem Cl. Ab. Lanzi pag. 12.

(8) Antholog. lib. 6. cap. 1.

(9) Plin. lib. 34. cap. 8.

(10) Loc. cit. lib. 35. cap. 11.

(11) Loc. cit. lib. 34. cap. 8.

(12) Loc. cit. lib. 35. cap. 10.

Leoni, ma ancora cogli Elefanti, come narra Plinio (lib. 8. cap. 40.) dicendo. *Il Rè d' Albania aveva donato un Cane ad Aleſſandro Magno, che andava nell' Indie, il quale era di una inſolita grandezza. Eſſendoſi compiaciuto della ſua bellezza, comandò che gli foſſero meſſi innanzi degli Orſi, poi dei Cignali, inoltre delle Cerve, ed il Cane giaceva immobile diſprezzando tali animali. Aleſſandro di animo guerriero ſdegnatoſi, comandò che foſſe ucciſo. La fama reſe inteſo di ciò il Rè di Albania; perciò gliene mandò un altro con avviſo, che non lo voleſſe eſperimentare in piccole coſe; ma con un Leone, o con un Elefante, facendoli a ſapere, che aveva avuto due Cani di queſta razza, e che morto queſto non gliene reſtava più neſſuno. Aleſſandro gli mandò contro un Leone, e ſubito fu meſſo in pezzi dal Cane. Dipoi comandò, che foſſe condotto un Elefante, nè mai ſi rallegrò quanto di queſto ſpettacolo. Il Cane alla viſta dell' Elefante arricciò i peli per tutto il corpo, e fece uno ſtrepitoſiſſimo latrato, dipoi venne innanzi ſaltando contro l' Elefante, ed ora di quà, ora di là con artificioſo combattimento, che era d' uopo a queſto effetto, aſſaltandolo, ed ora evitandolo, finchè facendolo continuamente girare intorno, lo gettò al ſuolo, e per la di lui caduta tremò la terra* (6). Inoltre in qualche maniera ſi conferma queſto Cane eſſer dell' Indie per eſſer d' aſpetto molto feroce. Sono aſſai ſomiglianti alla noſtra gemma quelli che ſi oſſervano nel Muſeo Mediceo (7), ed in quello del Principe Chigi. Ho veduto appreſſo il celebre Sig. Antonio Pikler un baſſorilievo antico di terra cotta rappreſentante una teſta di Cane tale quale la noſtra gemma, avendo ancora il collare colle punte, o ſia il Millo al collo.

Non fu ſolo il noſtro Artefice che poneſſe ogni ſtudio nel formare i Cani; moltiſſimi inſigni Artefici ancora ſi reſero celebri nel formare gli animali, e principalmente i Cani, i quali ſono agli uomini di qualche piacere, ed utilità: tra i quali ſi poſſono annoverare Leucone (8) Mirone, e Simone (9) ſtatuarii. Nicia ſimilmente eſpreſſe con ſomma felicità i Cani (10). Si reſe inſigne Liſippo, ed il di lui figliuolo Euticrate (11), e per i Cani e per la Cacciagione. E maraviglioſo fù il Cane fatto da Protogene nella famoſa tavola di Jaliſo, della quale così dice Plinio (12) *Il capo d' opera di tutte le ſue pitture è il Jaliſo, il quale è a Roma dedicato nel tempio della Pace*.



(6) Queſto fatto è mentovato ancora da Solino Pol. cap. 19. pag. 76. Ancora Dioniſio Aleſſandrino verſ. 709. pag. 133 dice *che il Cane fù vincitore del Leone e dell' Elefante* Vedi ancora a queſto propoſito Cupero de Elephantis vol. 3 pag. 46. e 47.

(7) Vedi la deſcrizione del Muſeo Mediceo del Ch. Abate Lanzi pag. 12.

(8) Antholog. lib. 6. cap. 1.

(9) Plin. lib. 34 cap. 8.

(10) Loc. cit. lib. 35. cap. 11.

(11) Loc. cit. lib. 34. cap. 8.

(12) Loc. cit. lib. 35. cap. 10.

## XLVI.

# *BACCHUS ET ARIADNE.*

## CARPI OPUS,

*Iaſpidi rubro inciſum.*

EX THESAURO MEDICEO, NUNC ARCHIDUCIS AUSTRIAE M. DUCIS ETRURIAE.

*SI de Carpo judicium ferendum eſt una illa ex gemma, quam ejus nomine inſcriptam ſuperſtitem habemus, facile erit dignoſcere mediocris peritiae fuiſſe artificem, & ſimul conjectare circa Septimii Severi imperium vitam vixiſſe ſuam, qua quidem tempeſtate liberales artes primum declinare viſae ſunt, ac paulo poſt humi miſerrime jacuere. Si quis vero Clar. Baronis de Stoſch ſententia animum occupatum habeat, illum in meam iturum ſententiam ſpero, poſt quam ea quae propoſiturus ſum lectitaverit.* Scalptor, *inquit Stoſchius,* (1) imitandum ſibi propoſuiſſe viſus eſt Soſtratem, quo praeceptore ad artem addiſcendam fortaſſe uſus fuit, ſed longe illo inferior in imaginibus delineandis perpoliendiſque magiſtri peritiam non eſt ſatis aſſecutus. *Quae quidem tanto viro non ſatis digna videntur. Primum itaque ſomniat Carpum fuiſſe diſcipulum, atque imitatorem Soſtrati, de quo nos in altero loquemur volumine. Soſtrati enim duo tantum anaglyphica eximia opera ſuperſunt, in quorum uno Amor duas Leaenas domans repraeſentatur. Haec gemma olim eminentiſſimi Cardinalis Ottoboni erat, nunc autem in Ducis de Devonshire Muſeo aſſervari eam ferunt* (2). *In altero Victoria in bigis. De Carpo unica gemma inciſa ſupereſt. Tantum vero Carpi opus ab elegantia illorum Soſtrati abeſt, ut nulla prorſus inter ea inſtitui poſſit comparatio, niſi ab iis, qui ignorent quantum diſtent aera lupinis. Litterae enim, quibus Soſtrati nomen exprimitur, eximiae ſunt elegantiae, operis venuſtati reſpondentes: Carpi autem mediocres, opificii mediocritati conſonantes; adeo quidem ut ex hoc capite Soſtratum Carpi Magiſtrum ſtatuere non liceat: & cum duo anaglyphica opera Soſtrati ſuperſint, Carpi vero unica gemma inciſa* (3), *miror qua ductus conjectura Cl. vir ea quae ſupra enarravimus ſcripſerit, praeſertim cum tot annorum in monumentis Antiquitatis perluſtrandis experientia valeret plurimum.*

*Hoc igitur in jaſpide inſculpta eſt Panthera* (4), *corona collum redimita, ſupra quam Bacchus barbatus equitat, & Ariadne Bacco adverſa ambobus cruribus laevo belluae armo inſidens, protenſo brachio thyrſum taeniis* (5) *revinctum contemplatur. E collo Bacchi nebris* (6) *dependet; dextera forſan thyrſum ille geſtat, ſiniſtra delicium ſuum amplectitur* (7). *In gemma Bacchus, & Panthera laudabilis ſunt mediocritatis, Ariadne vero innumeris ſcatet vitiis, abſque femoribus, natibus abundans, naſo oblongo. Vultus denique Ariadnes pulchritudini, atque artis non reſpondet numeris, ſed gratia & venuſtate prorſus caret. Haec tamen vitia illuſtris Calchographus Bartolozzi me abſente ab Urbe emendavit, prout & emendata eleganter in Florentino aſpiciuntur Muſeo vol. 1. Tab. 6.*

*Ingratiſſimi Theſei narratio* (8), *tum ex decima Ovidii epiſtola prae ceteris elegantiſſima, tum ex venuſtiſſimo Catulli in Nuptias Pelei, & Thetidis epitalamio, omnibus notiſſima cum ſit hac in*

*re*

(1) *Stoſch Gem. Ant. pag.* 28. *Gorius de hoc gemma in Flor. Muſeo vol.* 1. *pag.* 19. *Stoſchii inhaeſit veſtigiis.*

(2) *Winkelmann Deſcript. pag.* 186.

(3) *In celebri Muſeo Medina Liburni obſervantur duo gemmae perelegantis opificii a Flavio Sirleto antiquo more elaboratae. cum ejuſdem artificis inſcriptione* ΚΑΡΠΟΥ *Carpi. In una Herculis figura cum Jole repraeſentatur, in altera tres milites cum eadem Carpi inſcriptione. Winkelmann loc. cit. pag.* 293. *de Carpo ſermonem habens hallucinatus eſt, nam inquit in gemma Muſei Medicei capita Herculis & Joles jugata repraeſentari.*

(4) *De Panthera vide Lucianum in dial. Bacchus vol.* 3. *pag.* 76.

(5) *De thyrſo taeniis revincto, & Baccho dicato vide Herculan. antiq. expoſitores vol.* 3. *pag.* 9. *num.* 14 & 15. *Thyrſus etiam Bacchi ſequacibus dicatus eſt, ſicuti de Bacchante Meſſalina inquit Tacitus lib.* 11. *Ann. cap.* 31. Ipſa crine fluxo thyrſum quatiens.

(6) *Sen. Trag. Oedip. verſ.* 438.

Nebride ſacra praecincta latus.

(7) *Recte inquit Philoſtratus in imag. XV. Ariadnes pag.* 786. At hic quidem Bacchus nullo alio quam Amoris ſymbolo eſt pictus.

(8) *De Ariadnes, Bacchique narratione vide Diodorum Sic. lib.* 4. *cap.* 5. & *lib.* 5. *cap.* 12. *Ovid. lib.* 3. *Faſt. v.* 465. & *Pauſaniam lib.* 10. *cap.* 29.

# XLVI.

# BACCO ET ARIANNA.

## *OPERA DI CARPO,*

### Inciſa in un diaſpro roſſo.

*DEL MUSEO MEDICEO ORA DELL' ARCIDUCA D' AUSTRIA GRANDUCA DI TOSCANA.*

SE noi dobbiam giudicare di Carpo da queſta unica gemma, che abbiamo inciſa col ſuo nome, facilmente potremo conoſcere la mediocre perizia dell' Artefice, ed inſieme congetturare eſſer viſſuto circa ai tempi di Settimio Severo, nei quali aveva già principiato la decadenza delle Belle Arti, che poi a poco a poco andarono nell' ultima rovina. Se alcuno ſarà prevenuto per il ſentimento del Chiariſſimo Barone Stoſch, ſpero che dopo che avrà letto le mie rifleſſioni ſi diſingannerà, ed abbraccierà il mio parere. *Pare che l' inciſore* ( dice Stoſch (1)) *ſi ſia propoſto d' imitar Soſtrato, che forſe è ſtato in queſta arte il ſuo Maeſtro; ma egli è molto inferiore a lui nel diſegno, e nel terminare il ſuo lavoro, non avendo conſeguita la perizia del Maeſtro.* Queſto ſentimento certamente non par degno di un Antiquario sì illuſtre. Primieramente ſogna a creder Carpo diſcepolo, ed imitatore di Soſtrato, del quale noi parleremo nel ſecondo tomo della noſtra opera; imperocchè eſiſtono ſolamente due Cammei eccellenti di Soſtrato. In uno è rappreſentato Amore domando due Leoneſſe ( queſta gemma era una volta del Cardinale Ottoboni, al preſente dicono conſervarſi nel Muſeo del Duca di Devonskire (2)) nell' altro una Biga guidata da una Vittoria. Di Carpo ci reſta una ſola gemma inciſa. Ma tanto è lontana l' Opera di Carpo dall' eleganza dei lavori di Soſtrato, che non poſſono tra di loro queſte opere onninamente paragonarſi, e ſecondo il noſtro Toſcano proverbio vi corre quanto dalla luna ai granchi. Imperocchè le lettere, nelle quali ſi legge il nome di Soſtrato, ſono di una eleganza ſublime, e corriſpondenti alla bellezza del lavoro. Le lettere poi di Carpo ſono mediocri conformi alla mediocrità del lavoro: talmentechè da queſti principii non ſi può ſtabilire Soſtrato eſſere ſtato il Maeſtro di Carpo; e reſtandoci due Cammei di Soſtrato, e di Carpo una ſola gemma inciſa (3), io ſicuramente mi maraviglio, come mai un Uomo sì illuſtre, e colla eſperienza di tanti anni intorno agli antichi monumenti, ſi ſia indotto a ſcrivere quelle coſe, che di ſopra abbiamo riportate.

In queſto diaſpro è inciſa una Pantera (4), che ha ornato il collo d' una corona; ſopra di lei cavalca Bacco barbato, ed Arianna dirimpetto a lui ſtà a ſedere ſopra la ſiniſtra ſpalla di queſto animale, tenendo col braccio deſtro il tirſo, che contempla, legato d' uno ſvolazzante naſtro (5). Dal collo di Bacco pende una pelle di capretto (6), forſe con la deſtra tiene il tirſo, e colla ſiniſtra abbraccia la ſua innamorata (7). In queſta gemma il lavoro di Bacco, e della Pantera è molto ragionevole, ma quello d' Arianna è difettoſiſſimo, eſſendo ſenza fianchi, e tutta natiche con un naſo lunghiſſimo; ed il volto finalmente d' Arianna non è corriſpondente alla bellezza ed alle proporzioni dell' arte, ma è privo di grazia e venuſtà propria di queſta Eroina. Contuttociò l' illuſtre inciſore Bartolozzi, eſſendo io lontano da Roma, emendò queſti difetti, conforme ancora ſi veggono emendati con tutta l' eleganza dell' arte nel Muſeo Fiorentino Vol. 1. Tav. 6.

Eſſendo a tutti notiſſima l' Iſtoria dell' ingratiſſimo Teſeo (8) per l' elegantiſſima epiſtola d' Ovidio, e per l' Epitalamio grazioſiſſimo di Catullo delle Nozze di Peleo, e Tetide, ci contentere-



(1) Stoſch Gem. pag. 28 Gori nel Muſeo Fiorentino vol. 1. pag. 19. ſeguita le pedate di Stoſch nel dare il giudizio di queſto Artefice.

(2) Winkelmann Deſcript. pag. 186.

(3) Nel celebre Muſeo Medina di Livorno ſi conſervano due gemme di elegantiſſimo lavoro con l' iſcrizione del medeſimo artefice Carpo ΚΑΡΠΟΥ. Queſte opere ſono ſtate lavorate ſullo ſtile antico da Flavio Sirleti: in una ſono rappreſentate le figure di Ercole, e di Iole, nell' altra tre militari coll' iſteſſa iſcrizione di Carpo. Il Sig. Abate Winkelmann loc. cit. pag. 293 ha preſo uno sbaglio parlando di Carpo, mentre dice, che ſi trovano nel Muſeo Mediceo del mentovato Artefice le teſte unite di Ercole, e di Jole.

(4) Della Pantera vedi Luciano nel Dial. Bacchus v. 3. p. 76.

(5) Delli naſtri legati al Tirſo dedicato a Bacco vedi gli Eſpoſitori dell' Antichità Ercolane vol. 3. pag. 9. n. 14. e 15. Non ſolo il Tirſo fù conſacrato a Bacco, ma ancora ai ſuoi ſeguaci, ſiccome di Meſſalina, come Baccante, dice Tacito lib. 11. cap. 31. *Eſſa coi crini ſparſi ſcotendo il Tirſo.*

(6) Seneca Trag. Oedip. v. 438.

*Il fianco cinto colla ſacra ſpoglia*
*Di fuggitiva Damma.*

(7) Bene dice Filoſtrato di Ariadna Imag. XV. *Ma quì Bacco è dipinto per ſimbolo dell' Amore.*

(8) Della narrazione di Arianna, e Bacco vedi Diod. Siculo lib. 4. cap. 5. e lib. 5. cap. 12. e Ovid. lib. 3. Faſt. v. 465. ec. e Pauſania nel lib. 10. cap. 29.

*re me paucis expediam. Quis enim prorſus ignorat Theſeum Ariadnes beneficio a Minotauri faucibus, & ab inextricabilis labyrinti erroribus ereptum, Ariadnem ſibi matrimonio junctam in Naxi inſula dormientem per ſummum ſcelus reliquiſſe, eamque dein a Baccho Indiarum triumphatore ductam uxorem ſimul cum eo veluti victricem Centauris vectam fuiſſe* (9)? *In hac noſtra gemma cum novo conjuge barbato Pantherae inequitat. De hoc monumento ſermonem inſtituens Gorius* (10). In hac gemma Pantherae collum corona, ut videtur myrtea, tanquam monili redimitum eſt, quo ornamento etiam inſigniuntur Hirci juncti currui Liberi Patris, ut vidimus, aliaque eidem ſacra animalia. *Nec mirum videri debet Bacchum barbatum expreſſum eſſe: nam Macrobius in Saturnalibus docet* (11) *Bacchum omni aetate exprimi*. Item, *inquit*, Liberi Patris ſimulacra, partim puerili aetate, partim juvenili fingunt, praeterea barbata ſpecie, ſenili quoque.

*Quamplurimae ſepulcrales ſunt urnae, in quibus Bacchi, & Ariadnes repraeſentatur triumphus, Theſeuſque Ariadnem relinquens* (12). *Ad rem noſtram Chriſtianiſſimi Regis Muſei numiſma declarans Montfauconius ſcribit* (13). Inter ſingulariſſimos gazae regiae nummos maximi moduli cenſetur ille, ubi Bacchus depingitur Ariadnae decumbenti occurrens, poſtquam illa a Theſeo derelicta fuerat; Satyri quaſi ferias agentes tripudiant: ſenex quidem baculo nixus Silenus eſſe videtur. Hic depingitur hiſtoria illa, quam Pauſanias dicit lib. 1. cap. 20. Athenis in pictura repraeſentatam fuiſſe. Ingratus Theſeus ubi vidit Ariadnen ſervatricem ſuam dormientem reliquit, ut patriam repeteret, ſub haec adveniens Bacchus, ſecum illam duxit, atque in uxorem accepit. Haec hiſtoria cum nummi imagine conſentit, Ariadne dormit, & Bacchus cum turma ſua advenit (14). *Poſtulat locus hic, ut lectorem moneamus Cl. hunc virum lapſum fuiſſe in explanatione cujuſdam gemmae* (15), *quae in eodem regio Muſeo adſervatur, & quam falſo credit prototypum illius, quae ab Alexandro Maffeio vol. 2. gemm. T. 150. publici juris facta fuerat. En Montfauconii verba*. Eadem hic repraeſentatur hiſtoria, quae in ſchemate ſequenti, quod ad hujus accurationem, & elegantiam non attingit; veriſimileque eſt gemmam regiam eſſe prototypam, hoc vero ſchema ectypum, in quo aliquot diſcrimina occurrunt arbitrio ſcalptoris inducta: quae diſcrimina jam annotanda ſunt. In Regio ſchemate Faunus coronam ex floribus tenet, quam erigit, ac ſi Ariadnae capiti imponere vellet; in altero nihil tenet; juvenis ille qui Fauni cornu tenet, in Regio floribus coronatur, in altero non item: Bacchus in Regio non velatur, ut in alio; Thyrſi autem loco in Regio Bacchus ſerpentem tenet ſinuoſis flexibus, quaſi arcum efficientem. In utroque vero ſchemate Bacchus laeva tenet facem accenſam ad hymenaeum videlicet. Nihil elegantius Regia gemma. *Si quis vero etiam*

*a li-*

(9) *Quamplurima hujus fabulae habentur monumenta in Heracleenſibus picturis Tom. 2. Tab. 14. & 15. & praeſertim Tab. 16. in qua Bacchus Ariadnen dormientem videt a Satyro velum attollente detectam, quo Ariadnae ſuper albo cervicali in lectulo decumbentis tegebantur membra. Illam Amor Baccho Syleni thyrſum oblongum manu gerentis humero innixo indicat; hanc Faunus rupi incumbens attonitus miratur: pone rupem ſex viſuntur figurae Satyros, Nymphaſque exprimentes. In Muſeo Florentino vol. 1. T. 89. num. 7. adſervatur gemma, in qua Bacchus attonitus, eo quod in Ariadnen ſcopulo jacentem, altoque preſſam ſopore inciderit, thyrſum gerens, ſtans viſitur: prout Nonnus inquit lib. 46. verſ. 272.*

Aſpiciens Bacchus deſertam Ariadnen
Admirationi miſcuit amorem.

*In eodem Muſeo loc. cit. T. 91. num. 6. alia habetur gemma noſtrae perſimilis, praeter quam quod Bacchus in illa imberbis aſpicitur, De Baccho & Ariadne vide Nonnum in Dionyſ. lib. 47. verſ. 266. & 423. & ſeq.*

(10) *Gori Muſ. Flor. vol. 2. pag. 19.*

(11) *Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 18. Diodorus Siculus lib. 4. pag. 251. de Baccho loquutus ait*. Priſcus nimirum ille barbatus; omnes enim priſci barbas alere ſolebant, & junior iſte, elegans delicatulque adoleſcens, *& lib. 3. p. 232. Bacchus, qui ab Indis colebatur, barbatus erat*. Et cognominatur Catapogon, i. e. barbatus. *Et Pauſanias ait lib. 5. c. 19.* In antro Liber pater jacet barbatulus. *Prout etiam in quam plurimis Cataniae, Naxi, nummis obſervatur. Morelli in numiſmatum Theſauro ad Papiriam familiam p. 313. duos nummos refert eadem ornatos epigraphe* ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. *Nicomedenſium. Bacchi barbati caput in ambobus viſitur corona hederacea redimitum*

(12) *Vide ſis Admiranda Antiq. Roman. Vaillant numiſmata Graeca pag. 61. Montf. ſuppl. Antiq. vol. 3. pag. 183. & Spanhem. de praeſt. & uſu numiſm. pag. 241. in 4. & quam plurima alia.*

(13) *Montf. ſuppl Antiq. Expl. vol. 1. T. 159. p. 156.*

(14) *Talis Ariadnes dormientis hiſtoria in Sarcophago vol. 4. in ſuppl. Antiq. Montf. T. 52 pag. 128. exhibetur.*

(15) *Montf. Antiq. expl. vol. 1. pag. 2. T. 150. p. 239.*

teremo di un breviſſimo racconto. Ciaſcheduno sà, che Teſeo fù liberato per beneficio di Arianna dalle fauci del Minotauro, e dall' ineſtricabili vie del Laberinto, e che doppo avere ſpoſata Arianna, con ſcelleraggine inaudita l'abbandonò, mentre che dormiva nell' Iſola di Naſſo. Dipoi fatta ella ſpoſa di Bacco trionfatore dell' Indie, come ancora ella trionfatrice, fù portata dai Centauri (9). In queſta noſtra gemma cavalca una Pantera col novello barbato ſpoſo. Di queſto monumento così parla Gori (10). *In queſta gemma ſi vede una Pantera che ha ornato il collo di una corona che pare di mirto, come che foſſe un vezzo, del quale ornamento, come noi abbiamo veduto, ſono diſtinti i Caproni, che guidano il carro di Bacco, ed altri animali a queſto Nume conſacrati*. Non è da maravigliarſi ſe ſi vede eſpreſſo Bacco barbato; imperocchè Macrobio nei Saturnali (11) inſegna eſſer rappreſentato Bacco in ogni età. *Similmente*, dice, *alcuni fingono le immagini di Bacco in età puerile, altri in età giovinile, inoltre ancora con volto ſenile barbato ec.*

Moltiſſime urne ſepolcrali ſi veggono, nelle quali è rappreſentato il trionfo di Bacco ed Arianna, e Teſeo che abbandona Arianna (12). Molto opportunamente Montfaucon (13) ſpiega un Medaglione del Re di Francia così eſprimendoſi. *Tra i ſingolariſſimi Medaglioni del Regio Muſeo di Francia è da ſtimarſi quello dove è eſpreſſo Bacco che và incontro ad Arianna giacente, doppo che era ſtata abbandonata da Teſeo. Si veggono dei Satiri tripudianti, ed il vecchio Sileno appoggiato ad un baſtone. In queſto medaglione è eſpreſſa quella Iſtoria, che Pauſania nel lib. 1. cap. 20. deſcrive eſſere ſtata in Atene rappreſentata in una pittura. L'ingrato Teſeo, quando vide la ſua liberatrice Arianna dormiente, l'abbandonò per ritornare alla patria. In queſto tempo arrivando Bacco ſeco la conduſſe, e la preſe per ſua conſorte. Queſta Iſtoria ſi accorda con le figure eſpreſſe nel medaglione. Arianna dorme, e Bacco arriva con i ſuoi ſeguaci*. Queſto luogo richiede d'avvertire il lettore, che queſto chiariſſimo Antiquario preſe un grande sbaglio nella ſpiegazione di una gemma, che ſi conſerva nel medeſimo Regio Muſeo (13), e che inveriſimilmente credè originale di quella pubblicata da Aleſſandro Maffei nel vol. 2. delle gemme Tav. 150. Ecco le parole di Montfaucon (15) *Le deſſein eſt a peu pres le meme que dans la figure ſuivante, mais incomparablement plus fin & plus correct. Il y a grande apparence que celle du Roi eſt l'original de l'autre, qui a eté copiée avec quelques petites differences ſelon le caprice du graveur. Nous allons marquer en quoi celle du Roi differe de l'autre. Le Faune tient une couronne de fleurs elevée comme pour la mettre ſur la tete d'Ariadne; au lieu que celui de deſſous n'a rien a cette main. Le jeune homme qui tient la corne du Faune eſt couronnè de fleurs dans celle du Roi; il n'à point de couronne dans l'autre. Bacchus qui n'eſt pas voilé dans la pierre du Roi comme dans l'autre, tient de la main gauche au lieu du thyrſe qui eſt dans l'autre, un Serpent, qui dans ſes replis fait la figure d'un arc. Dans les deux images il tient de la main gauche une torche ardente pour la ceremonie de l'hymenée. Ce morceau eſt un des plus beaux qui ſoient ſortis des mains des graveurs*. Ciaſcuno iniziato nell' Antichità ſubito conoſcerà

eſſer

(9) Moltiſſimi monumenti ſi trovano di queſta favola. Nel tomo 2. delle Pitture di Ercolano T. 14. e 15. e particolarmente nella T. 16. nella quale vi è Bacco, che rimira Arianna dormiente ſcoperta da un Satiro, che alza un velo, onde copronſi le membra di Arianna, mentre queſta ſi ripoſa in un letto ſopra un bianco capezzale. Cupido accenna a Bacco appoggiato alla ſpalla di un Sileno, che tiene un lungo tirſo in mano, la medeſima Arianna. Un altro Fauno appoggiato ad una rupe avidamente la mira, e dietro ad eſſa rupe veggonſi ſei figure rappreſentanti Satiri e Ninfe. Nel Muſeo Fiorentino vol. 1. T. 89. n. 7. ſi conſerva una gemma eſprimente Bacco in piedi, che tiene un tirſo in mano in aria attonita, e compaſſionevole nel vedere giacente ſopra uno ſcoglio Arianna, che dorme, conforme ſi eſprime Nonno Lib. 46. v. 272. *Bacco vedendo Arianna abbandonata meſcolò l'amore alla ſorpreſa*. Nel medeſimo Muſeo loc. cit. T. 91. n. 6. ſi trova una gemma ſimiliſſima alla noſtra, fuori che ſi vede Bacco giovine ſenza barba. Di Bacco, e di Arianna vedi Nonno nei Dioniſiaci ec. lib. 47. v. 266. e 423. e ſeg.

(10) Gori Muſ. F. vol. 2. pag. 19.

(11) Macrobio ne' Saturnali lib. 1. cap. 18. e Diodoro Siculo nel lib. 4. pag. 251. parlando di Bacco dice. *Il primo di queſti ebbe una barba lunga ſecondo il coſtume di coloro, che ſolevano anticamente farſi creſcere la barba, e queſto Juniore era giovine elegante e delicato*. Simili coſe nel lib. 3. pag. 232. Il Bacco adorato dagl' Indi era barbuto, *ed è nominato Catapogon, cioè barbato*. Pauſania ancora nel lib. 5. cap. 19. dice *Vedrete nell' antro Bacco ſdraiato barbuto*. Conforme ancora ſi oſſerva in molte medaglie di Catania, di Naſſo ec. Nel Teſoro delle famiglie pubblicato da Morelli pag. 313. nelle medaglie della famiglia Papiria ſi veggono due medaglie battute dai Popoli di Nicomedia con la Teſta in ambedue di Bacco barbuto coronato di ellera.

(12) Vedi ſe ti piace Admiranda Ant. Rom. Vaillant Num. Graeca pag 61. Montf. Supp. Ant. v. 3. pag. 183. Span. de Praeſt. & Uſu Num. pag. 241. in 4.

(13) Montf. Supp. Ant. vol. 1. T. 159. pag. 156.

(14) Tale Iſtoria di Arianna dormiente è riportata da Montfaucon Supp. Antiq. T. 52. pag. 128. vol. 4.

(15) Montf. Ant. Exp. vol. 1. pag. 2. T. 150. pag. 239.

*a limine antiquitatem ſalutaverit, ſtatim agnoſcet Regiam gemmam recenti manu, atque imperitiſſima factam, eamque Maſſeianam potius archetypon extitiſſe. In hac antiqua ſimplicitas, vetuſti mores ſervati elucent; in illa ſingula prorſus ab antiquitatis genio averſa deprehenduntur. In qua priſca gemma nuditas Deorum, heroumque velata eſt? In quo monumento Bacchus altera manu ſerpentem, altera facem accenſam pampinis ornatam gerit? Quis vidit unquam agreſtia Faunorum numina delicatis floribus coronata? Quis vidit unquam e floribus coronam ſeptem ornatam ſtellis? Quomodo feciſſet unquam antiquus Artifex ſedem noſtris moribus convenientem? Quis antiquus ſcalptor nubibus Coelum operuit, navem velis expanſis in remoto mari figuravit? Credat Judaeus Apella, non ego.*

*Ad gemmae Bacchi ornatum, Bacchi triumphum referam. Winkelmann de hac gemma ait* (16) (*). Il y a un treſ-beau Cammée (*gemma eſt inciſa non excalpta*) repreſentant Bacchus & Ariadne ſur un char tirè par tres Heures avec un Amour qui precede, & un autre Amour qui ſuit le char en le pouſſant. *Inſpicienti tamen gemmam ipſam patet duas non tres foeminas eſſe papilionis alis ornatas, quas Horas eſſe pronunciare non auderem. Gori* (17) *gemmam publici juris fecit, in qua ſpectatur Ariadna, in curru ſedens, cui Cupido adblanditur, ſiniſtra manu thyrſum ſuſtinens, & a duabus foeminis ducta, quae papilionis alas habent, duce altero Cupidine. Antiquarius hic praeſtans opinatur pariter foeminas illas Horas cenſeri poſſe. Ait enim:* fortaſſis in Coelum vehunt Horae, adblandiente ei Cupidine, & monſtrante Hymaeneo iter, ut exhibet gemma. *Sed huic ſententiae ſubſcribere non auderem. Nemo enim quod ſciam ex antiquis ſcriptoribus tribuit Horis papilionis alas* (18). *Horas Baccho & Ariadnae famulari & obſequi non inveni, ſed Jovi* (19). *Idem Winkelmann* (20) *ubi multiplici eruditione de Horis loquitur, & plurima earum monumenta profert, numquam papilionis alis ornatas illas oſtendit. Suſpicarer potius geminis hiſce foeminis animas exprimi humanas, quae papilionis alis ornatae in antiquis omnibus monumentis repraeſentantur* (21), *& ita hanc gemmam explicarem. Bacchus caput floribus redimitus aſpicitur* (*ut inquit Tibullus Eleg.* 7 *lib.* 1. *verſ.* 45. Sed varii flores, & frons redimita corymbis.) *Ariadna cum illo in curru ſedet: duae Pſychae currum trahunt: gemini Cupidines officioſe currum adjuvant; alter enim temoni imminens dextra facem accenſam tenet, animaſque trahentes in officio continet, alter currus rotas impellere videtur. Probabile eſt animas Ariadnem in Coelum ducere, ut inquit Seneca* (22)

Ducitur magno nova nupta Coelo,
Solemne Phoebus carmen
Edit infuſis humero capillis:
Concutit taedas geminus Cupido.

*Quam conjecturam a Celeberrimo Buonarroti confirmatam habes gemmam referente, in qua* (23) *Bacchus facile repraeſentatur, qui ab inſula Naxi in Coelum Ariadnam ducit; Hymaeneus ſeu Genius face accenſa currum ducit a Centauris tractum, in quo Bacchus & Ariadna ſedentes, & Cupido Ariadnes veſtem ſuſtinet. Ad hanc rem mihi videntur Arati carmina alludere* (24)

Clara Ariadneae propius ſtant ſigna Coronae,
Hunc illi Bacchus thalami memor addit honorem.

(*inde addit*) Haec corona dicitur eſſe Ariadnes, quam Liber aſtris intuliſſe dicitur, dum ejus nuptias Dii in inſula Creta celebrarent, cogitans praeclaram facere, pro qua primum nova nupta coronata eſt.

*APOL-*

(16) *Deſcription des Pierres Gravées du Stoſch. p.* 233.

(*) *Tab. XXII. N. III.*

(17) *Muſ. Florent. vol.* 1. *Tab* 93. *pag.* 164.

(18) *Vide Homer. in Iliad. Orph. in Hymn. pag.* 339. *Athen. lib.* 14. *pag.* 656. *Hygin. Fab.* 183. *Phornut. pag.* 183. *Pauſan. lib.* 1. *cap* 40. *lib.* 2. *cap.* 13. *lib.* 5. *cap.* 11. & 17. *lib.* 9. *cap.* 35.

(19) *Vide loc cit.*

(20) *Monum. Antichi Inediti pag* 57. *Eruditionibus Winkelmanni circa Horas addi poſſet Stat in Thebaid. lib.* 3. *verſ.* 407., *qui eas Solem comitantes deſcribit, & Hom. ut Coeli portarum cuſtodes lib.* 5. *Iliad. verſ.* 749. *& Ovid. lib. Faſt.* 125. *& Theocrit. in raptu Europae Idyl.* 19. *in fine, Horas exhibet quae lectum Jovi parerent. Ne ex ipſis quidem deduci poteſt Horis fuiſſe alas. Praeterea imaginatur figuras omnes eſſe Horas; cum temere omnino dicit* (*Monum. Ant. pag.* 60.) *quod in tribus figuris percelebris picturae nuptiarum Aldobrandini* tres Horae agnoſci poſſunt.

(21) *Vide Buonarroti nei vetri pag* 198.

(22) *Senec. Oedip. Act.* 2. *verſ.* 497.

(23) *Buonarroti Oſſervazioni Iſtoriche ſopra alcuni medaglioni Antichi pag.* 429.

(24) *Arati Phaenomena pag.* 180.

eſſer la Regia gemma lavoro di moderno artefice, ed imperitiſſimo, ed eſſer piuttoſto la gemma del Maffei originale. In queſta riſplende l'antica ſimplicità e gli antichi caratteri conſervati; in quella ſi veggono tutte le coſe contrarie al genio dell'Antichità. In qual antica gemma vedeſi mai coperta con delle frondi di pampani la nudità degli Dei, e degli Eroi? In qual monumento porta Bacco con una mano il Serpente, con l'altra una facella acceſa ornata di pampani? Chi ha veduto mai le ruſtiche Deità dei Fauni di fiori delicati coronate? Chi ha veduto mai una corona di fiori ornata di ſtelle? Come mai ſarebbe ſtato poſſibile, che un'antico Artefice aveſſe fatto una ſedia del tutto conveniente alle noſtre uſanze? Quale antico inciſore coprì il cielo di folte nuvole, chi figurò una nave nel mare in lontananza con le vele ſteſe? Lo creda il Giudeo Apella; non io ſicuramente.

Per ornato di queſta gemma riporterò il trionfo di Bacco. Winkelmann così parla di queſta gemma (16) (*) *Il y a un très-beau Camée* (queſta è una gemma inciſa, non Cammeo) *repreſentant Bacchus & Ariadne ſur un char tirè par tres Heures, avec un Amour qui precede, & un autre qui ſuit le char en le pouſſant.* Oſſervando queſta gemma è manifeſto eſſer due non tre figure ornate con le ali da farfalla, e non ardirei mai di dire, che queſte foſſero le Ore. Gori (17) pubblicò una gemma, nella quale è eſpreſſa Arianna ſedente in un carro in compagnia d'Amore, che tiene un tirſo nella ſiniſtra mano, ed è il carro tirato da due femmine, che hanno le ali di Farfalla, guidandole un'altro Cupido. Queſto celebre Antiquario giudica ſimilmente quelle eſſer le Hore, mentre dice. *Forſe le Ore portano in Cielo Arianna con Cupido che l'accarezza, ed Imeneo, che moſtra il cammino, come l'eſibiſce la gemma.* Io non mi ſoſcriverei mai a queſta oppinione. Se la mia mente non ſi inganna, neſſuno degli Antichi Scrittori ha mai attribuito alle Ore l'ali di Farfalla (18). Non ho trovato che le Ore abbino neſſuna relazione con Bacco ed Arianna, ma bensì con Giove (19). Neppure dove l'iſteſſo Winkelmann (20) ad altro propoſito con molta erudizione parla delle Ore, e ne riporta molti monumenti, ſi veggono mai quelle ornate con le ali di Farfalla. Io piuttoſto congetturerei, che queſte due femmine ornate con le ali di Farfalla eſprimeſſero le Anime Umane, come ſono rappreſentate in tanti antichi monumenti (21), e così ſpiegherei queſta gemma. Si vede Bacco ornata la teſta di fiori (come dice Tibullo Eleg. 7. Lib. 1. v. 45.)

*. . . . . . . ma varii fiori — Ti ſon convenienti, e d'Edra cinta — Chiara e ſerena fronte,*

ed Arianna ſedenti in un carro tirato da due Pſiche. Veggonſi ancora due Cupidi o Amori; uno ſtà ſopra il timone, e tenendo nella deſtra una facella acceſa regola le Anime, l'altro ſpinge le rote del carro. E' molto probabile che le Anime conduchino in Cielo Arianna, come dice Seneca (22)

*La nuova Spoſa aſcende al chiaro cielo.*
*Canta il gran Febo le ſolenni lodi*
*Sparſi nel tergo i crini,*
*Canta le nuove faci,*
*E l'una, e l'altra Deità di Amore.*

La qual congettura è confermata dal Buonarroti (23) riportando una gemma, nella quale ſi rappreſenta forſe Bacco, che dall'Iſola di Naſſo conduce in Cielo Arianna. Imeneo, o un Genio in eſſa gemma con una face acceſa guida un carro tirato dai Centauri, nel quale Bacco ed Arianna ſtanno a ſedere, e Cupido regge la veſte di Arianna. Parrebbe che a queſto propoſito poteſſero alludere i verſi di Arato (24).

*Clara Ariadneae propius ſtant ſigna coronae; Hunc illi Bacchus Thalami memor addit honorem.*

(Dipoi ſoggiunge) *Queſta corona ſi dice eſſere di Arianna, che Bacco portò in Cielo, mentre gli Dei celebrarono le di lui nozze nell'Iſola di Creta, penſando di rendere illuſtre quella, onde fù coronata la nuova Spoſa.*

APOL-

(16) Deſcription des Pierres Gravées du Stoſch pag. 233.

(*) T. XXII. N. III.

(17) Gori Muſ. Flor. vol. 1. Tab. 93. pag. 164.

(18) Vedi Omero nell' Iliade, Orfeo negl' Inni pag. 339. Ateneo lib. 14. pag. 656 Igino Fav. 183 Fornuto pag 183. Pauſania lib. 1. cap 40. lib. 2. cap. 13. lib. 5. cap. 11. e 17. lib. 9. cap. 35 ec. (19) Vedi i luoghi cit.

(20 Monumenti Antichi inediti pag. 57. Alle erudizioni di Winkelmann intorno alle Ore ſi potrebbe aggiungere Stazio nella Tebaide lib. 3. v. 407. che le deſcrive, che ſeguitano il Sole, ed Omero come Portinare del Cielo nel lib. 5. dell' Iliade v. 749. ed Ovidio lib. 1. de Faſti v. 125. Teocrito poi nel ratto di Europa Idil. 19. in fine deſcrive che le Ore preparavano il letto a Giove. Nè pure da tutto ciò ſi può dedurre, che le Ore aveſſero le ali. Inoltre ſi immagina il prefato Winkelmann, che tutte le figure ſiano le Ore, mentre dice ( Mon. Ant. pag. 60. ) ſenza veruna rifleſſione, che in tre figure della famoſa Pittura delle Nozze Aldobrandini *Poſſono riconoſcerſi le tre Ore.*

(21) Buonarroti nei Vetri pag. 198. (22) Seneca Oedip. Act. 2. v. 497. (23) Buonarroti nei Medaglioni pag. 493.

(24) Arati Phoenomena pag. 180.

## XLVII.

# *APOLLO CITHAROEDUS.*

## CLEONIS OPUS,

### EX ECTYPIS ANT. FRANCISCI GORI.

*Quum vir eruditiſſimus Gorius* (1) *hanc gemmam publici juris fecit in eumdem lapſus eſt errorem, in quem eum incidiſſe de Pſeudo-Antiochi Minerva ſignificavimus; hanc enim quoque gemmam ab eodem peritiſſimo Sirleto elaboratam arbitror, ex quo ſit ut de Cleone, quem ſtatuarium* (2), *non autem gemmarum caelatorem fuiſſe ſcimus, nihil in praeſentiarum. Gemmam licet hoc noſtro aevo ſcalptam hic retulimus, ut caveant eruditi ab errore, in quem eos inducere poſſet Gorius, cujus haec verba ſunt* (3). Apollo nudus, veſte in humeros rejecta, breviſſimo capillo, perpetua decorus juventa, poſita pharetra utrimque tecta ( Homerus ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην appellat) dextera cytharam meditabundus tenet, ſiniſtra aram cum hypobaſi laureis encarpiis ornatam, tangit; ſuper quam tripus impoſitus, oraculorum, & divinitatis ſuae ſymbolum. *Si gemma haec antiqua foret, ſingula expendenda eſſent Apollinis hujus attributa, Cythara nempe, Pharetra, Tripus, Ara, Dei denique Veſtis; ſed cum opus hoc recentioris artificis ſit, ex hac explicatione nulla lux antiquariae rei poteſt accedere. Animadvertendum tamen eſt praeclarum artificem ex antiquis monumentis Apollinem ſuum omni ex parte fuiſſe mutuatum; cum eodem modo plurimae antiquae gemmae Apollinem exhibeant, & praeſertim nonnullae, quae apud Maffejum, & in Muſeo Odeſcalchio, & Florentino extant, quaeque praeclariſſimi artificis oculis obſervari potuerunt* (4). *In eamdem prorſus formam Apollinem repraeſentat Carneolae fragmentum ( quod eſt penes Dominum Schouvallow Imperatricis omnium Ruſſiarum magnum Coſmetam virum immo heroem cui ſeſe auctor gratiſſimum eſſe debere profitetur) nuper effoſſum. In illo ſane Apollo ſtat molliſſimo corporis habitu; nil verius, nil delicatius trunco florentiſſimi juvenis poteſt excogitari, nil pulchrius facie ridenti, gratiiſque referta. Chlamis poſt tergum elegantiſſimo artificio deſcendit, & dextra lyram ſuſtinens ſiniſtra tripodi mirae venuſtatis innititur. Utinam gemma haec in parte inferiori effracta non eſſet! ibi enim profecto Dioſcoridis nomen legeremus, ut peritiſſimi rei antiquariae viri Piklerii pater, & filius, Franciſcus Alfani, caeterique omnes hactenus putavere, cum in hac penitus animadvertatur idem ſtylus, & character, quo Perſeus celeberrimi hujus artificis ductus eſt. Si quid revera inter ſe differunt haec monumenta, id ſolum eſt quod Apollo hic praeclarioris etiam eſt opificii, ut ex gemma obſervari licet.*

*En gemmarum omnium, quae hodie in terrarum orbe extant, praeclarum illud, ac ſingulare portentum, omnium elegantiarum artis diaglyphicae compendium. Qualis vero quantaque ſit in hoc Apolline pulchritudo, opificium, elegantia, nulla profecto verborum vi, atque copia, & nullis eloquentiae coloribus explicari ſatis poteſt. Scalptores fama celebres, antiquitatis periti, homines docti, atque ſcioli quoque ad hujus gemmae inenarrabilem pulchritudinem, miramque abſolutiſſimarum omnium partium, quae in hoc fragmento obſervantur, conſenſionem, merito obſtupeſcunt; ita ut abſque temeritatis nota pronunciari poſſit, gemmam hanc eſſe pulcherrimam inter univerſi orbis gemmas, quae integras figuras exhibent; & in hanc mire quadrat illud Galeni* (5) *lib.* 1. Περι κρασεων *de temperamentis; ubi de Polycleti ſtatua loquitur, quae CANON nuncupata eſt, cujus nimirum ſingulae partes ob accuratiſſimam inter ſeu ſymmetriam aut conſenſionem omnibus admirationi erant.*

*Ut*

(1) *Gori Inſcr. Antiq. Etrur. Tab.* 1. *num.* 2.

(2) *Vide Plinium lib.* 34. *cap.* 8. *& Pauſaniam pluribus in locis lib.* 5. *&* 6.

(3) *Gori loc. cit. pag.* 41.

(4) *Simillimam pene noſtrae gemmam exhibet Clar. Alex. Maffejus in gem. pag.* 2. *num.* 47. *ex qua procul dubio Flavius Sirletus hanc formavit. In Muſeo Odeſcalchio vol.* 2. *T.* 1. *ſicuti in Muſeo Flor. vol.* 1. *T.* 65. *num.* 6. *gemmae fere huic ſimiles exhibentur, in quibus Apollo ſumma pulchritudine, perpetuaque juventa praeditus aſpicitur, ut inquit Tibullus lib.* 1. *Eleg.* 4. *verſ.* 37. Solis aeterna eſt Phoebo, Bacchoque juventa. *Et Callimachus Hymn. in Apoll. v.* 36. Quin etiam ſemper formoſus, & ſemper juvenis.

(5) *Gal. de temper. vol.* 3. *lib.* 1. *cap.* 9. Laudantque homines quamdam Polycleti ſtatuam Canonem appellatam, inde adeo id nomen ſortitam, quod partium inter ſe omnium modum ad unguem habeat. *Vide etiam Galeni ( vol.* 4. *de uſu partium lib.* 17. *cap.* 1. *pag.* 70. *) mirabilem ejuſdem Polycleti ſtatuae REGULA nuncupatae deſcriptionem.*

## XLVII.

# APOLLO CITAREDO.

## *OPERA DI CLEONE*,

### *DA UN IMPRESSIONE DEL DOTT. ANT. FRANCESCO GORI.*

NEl pubblicare queſta gemma l'eruditiſſimo Antiquario Gori (1) è caduto nell'iſteſſo errore, nel quale abbiamo manifeſtato eſſer caduto trattando della Minerva del finto artefice Antioco. Imperocchè queſta gemma ancora io credo per certo eſſer lavoro del medeſimo peritiſſimo Flavio Sirleti. Perciò tralaſceremo di parlare di Cleone, che ſappiamo da Plinio (2) eſſere ſtato ſtatuario, non inciſore di gemme. Noi abbiamo riportato queſta gemma inciſa in queſti noſtri tempi, acciò ſi diſingannino gli Eruditi, che poſſono facilmente eſſere indotti in errore dalle eſpreſſioni del Dottor Gori nel deſcrivere queſta gemma, mentre egli dice (3): *Apollo nudo con la Clamide dietro alle ſpalle, con corti capelli, e ſempre giovine, e bello, avendo poſta ai piedi la faretra coperta, tiene con la deſtra mano la cetera, e con la ſiniſtra tocca l'ara ſituata ſopra un piediſtallo ornato di feſtoni di alloro, ſopra la quale ara è poſto un tripode ſimbolo degli Oracoli, e della ſua Divinità*. Se queſta gemma foſſe antica ſarebbero da eſaminarſi gli attributi di queſta Deità, cioè la Faretra, la Cetra, il Tripode, l'Ara, e la Clamide; ma eſſendo queſta opera di moderno artefice dalla ſpiegazione non potrebbe riceverne alcun lume lo ſtudio dell'Antiquaria. Contuttociò è da oſſervarſi che l'inſigne artefice ha copiato del tutto dagli antichi monumenti il ſuo Apollo, mentre molte antiche gemme rappreſentano Apollo nella medeſima azione, e principalmente alcune eſiſtenti appreſſo il Maffei, il Muſeo Odeſcalchi, e il Muſeo Fiorentino, le quali certamente ſaranno ſtate oſſervate dal preclariſſimo artefice (4). Nella medeſima attitudine è rappreſentato Apollo in un frammento di Corniola ſtato trovato che non è gran tempo (il quale è appreſſo il Sig. Schouvallow gran Ciamberlano dell'Imperatrice di tutte le Ruſſie, Perſonaggio, anzi Eroe, a cui l'autore conſacra eterna riconoſcenza). In queſta gemma ſtà in piedi Apollo in un atteggiamento il più delicato: niente di più vero, e di più gentile ſi può penſare di quel torſo di un belliſſimo giovine, e niente ancora di più bello di quel volto ridente pieno di grazie. Con elegantiſſimo artificio è gettata, e ſcende dietro alle ſpalle la Clamide di queſto Nume, il quale ſoſtiene con la deſtra la Lira, e con la ſiniſtra ſi appoggia ad un Tripode di maraviglioſa bellezza. Piaceſſe a Dio che queſta gemma non foſſe ſtata rotta nella parte inferiore: che certamente vi ſi leggerebbe il nome di Dioſcoride, conforme i peritiſſimi conoſcitori dell'Antichità Antonio, ed il di lui figlio Giovanni Pikler, e Franceſco Alfani, e tutto il reſtante dei periti conoſcitori dell'Antichità hanno giudicato, mentre in queſta gemma ſi oſſerva del tutto la medeſima maniera, ed il medeſimo ſtile, col quale è ſtato lavorato il Perſeo di queſto famoſiſſimo artefice. Se vi è però qualche differenza tra queſti due monumenti, ſolamente è che queſto noſtro Apollo è di un lavoro ancora più ſublime; come dalla gemma può oſſervarſi.

Ecco di tutte le gemme, che in oggi eſiſtono nel mondo, quel preclaro, e ſingolare portento compendio di tutte l'eleganze dell'arte d'incider le gemme. Quale invero, e quanta ſia la bellezza, la maeſtria, e l'eleganza in queſto Apollo non ſi può onninamente con la forza, e con l'abbondanza delle parole, e con neſſun lenocinio dell'eloquenza baſtantemente ſpiegare. Gl'inciſori famoſi, i periti dell'antichità, gli uomini dotti, e gli ſcioli ancora, per l'indicibile bellezza di queſta gemma, e per il maraviglioſo accordo di tutte le perfettiſſime parti, che ſi oſſervano in queſto frammento, meritamente ſtupiſcono; talmentechè ſenza la taccia di temerario ſi può dire, che tra le gemme rappreſentanti figure intere ſia queſta la più bella gemma del Mondo. Si adatta mirabilmente a queſta gemma il detto di Galeno del lib. 7. dei temperamenti, o proporzioni, dove loda una ſtatua di Policleto, la quale ſi chiamava CANONE, da tutti ſingolarmente ammirata, perchè tutte le di lei parti aveano tra di loro una accuratiſſima ſimetria (5).



(1) Gori Inſcr. Ant. Etr. T. 1. n. 2.

(2) Vedi Plinio lib. 34. cap. 8. e Pauſania in varj luoghi lib. 5. e 6.

(3) Gori Inſcr. luog. cit. pag. 41.

(4) Il Chiariſſimo Aleſſandro Maffei nella p. 2. T. 47. delle gemme riporta una gemma ſomigliantiſſima alla noſtra, dalla quale ſenza dubbio Sirleti ha formato queſta gemma di Apollo. Nel Muſeo Odeſcalchi vol. 2. Tav. 1. ſiccome nel Muſeo Fiorentino vol. 1. T. 65. n. 6. ſi riferiſcono alcune gemme quaſi ſimili a queſta, nelle quali ſi vede Apollo, come dice appunto Callimaco nell'Inno di Apollo v. 36. *Sempre bello, e ſempre giovine*. Vedi Tibullo Eleg. 4. v. 37.

*D'eterna giovinezza il pregio è dato*
*A Febo, e a Bacco ſol.*

(5) Gal. de temperamentis vol. 3. lib. 1. cap. 9. *Gli uomini lodano una certa ſtatua di Policleto chiamata* Canone, *avendo preſo queſto nome, perchè hanno a pennello le parti fra di loro una ſimetria*. Vedi ancora in Galeno (vol. 4. dell'uſo delle parti lib. 17. cap. 1. p. 70.) la mirabile deſcrizione della medeſima ſtatua di Policleto.

*Ut huic noſtrae gemmae addatur honos ſtatuam praegrandem hic haud inelegantis opificii referam* (*), *Apollinem* (6), *qui dextera plectrum* (7), *ſiniſtra lyram* (8) *tenet, exprimentem. Apollo hic muliebri palla indutus aſpicitur, quod veſtimenti genus inſuetum non eſt. Propertius enim* (9)

Deinde inter matrem, Deus ipſe, interque ſororem
    Pythius in longa carmina veſte ſonat.

*Et Ovidius* (10)

Ipſe Deus vatum palla ſpectabilis aurea
    Tractat inauratae conſona fila lyrae.

*Quamplurima habentur numiſmata, in quibus Apollinem longa veſte indutum obſervamus, quae inter extat unum Antonini Pii primi moduli cum epigraphe APOLLINI AVGUSTO (ob templum in Palatino ab Auguſto Apollini excitatum) Cuſus hic eſt Apollo habitu citharoedico citharam ſiniſtra, pateram dextera tenens* (11). *Hanc Apollinis ſtatuam non ſolum Sculptor quondam celeber Philippus Valle attente examinans inquiſivit utrum Apollinem an Muſam repraeſentaret; cumque non ignoraret Apollinem ſaepe veſte muliebri indutum, eſſe Apollinem pronunciavit: ſed etiam Clar. Sculptor Barthol. Cavaceppi & Jac. Bellotti antiquitatum peritiſſimus in hanc meam ſententiam convenere, quamvis etiam poſſe Muſam repraeſentari judicaverint. Winkelmann (Storia delle Arti pag. 148. & ſeq. & Monum. Ant. Trat. Prel. pag. 51. & 67.) Muſam & Ageladae opus eſſe pronunciavit. Opinioni Muſae non adverſabor; at nihil levius conjectura, qua ille, quod teneat lyram, eſſe Ageladae opus judicavit, quia ſcilicet Antipater in Anthol. lib. 4. cap. 12. n. 69. in imaginem Muſarum haec habet:* Illa vero Ariſtoclei habet Chelyn, altera vero Ageladae Barbiton. *Nemo eruditorum huic conjecturae ſuffragabitur.*

*Inter ſtultiſſimas effraenataſque Neronis libidines, & illud numerandum eſſe arbitror, quod in numiſmate* (12) *ſub forma Apollinis Citharoedi muliebri longa veſte induti ſe exhiberi voluerit, quod de eodem narrat Svetonius cap.* 21. Tragoedias quoque cantavit perſonatus. Heroum, Deorumque, item Heroidum, ac Dearum perſonis effictis ad ſimilitudinem oris ſui, & foeminae, prout quamque diligeret: *Et cap.* 25. Sacras coronas in Obeliſcis Circi conlectas poſuit, item ſtatuas ſuas citharoedico habitu, qua nota etiam nummum percuſſit (13). *Eoque illius furor proceſſit, ut Lucianus narret* (14) Neronem igitur in Achaiam egerunt carmina, & quod firmiter ſibi perſuaſerat, nec Muſas canere ſuavius. Volebat autem etiam Olympia, certaminum omnium maxime gymnicum, ob cantum coronari. Quantum enim ad Pythia haec magis ad ſe pertinere, quam ad Apollinem, qui nec ipſe citharam, cantumque opponere ſibi audeat. *Faciunt huc iſta Svetonii* (15) Deſtinaverat etiam, qui Apollinem

(*) *Tab. XXIV.*

(6) *Eximium hoc antiquitatis monumentum ſpectatur apud Principem Barberini. Dextera vero manus hujus ſtatuae reparata eſt, & quatuor e digitis ſiniſtrae cum parte lyrae.*

(7) *De Plectro vide Pollucem Onom. lib 4. ſect 60. ſed praeſertim eruditiſſimas obſervationes in Aelian. V. Hiſt. lib. 3. cap. 32. vol. 1. pag. 286. & ſeq.*

(8) *De Lyrae materia & chordis, & qui primus eam invenit, & quomodo a Mercurio accepit eam Apollo, qui eam ad cantum inſtruens dedit Orphaeo, vide Eratoſthenis Cataſteriſmos pag. 119.*

(9) *Propert. lib. 2. Eleg. 31. verſ. 15.*

(10) *Ovid. Amor. lib. 1. El. 8. verſ. 59.*

(11) *Inter Commodi nummos nonnulli ſunt, qui Apollinem muliebri veſte amictum repraeſentant, dextera plectrum, ſiniſtra lyram cippo impoſitam tenentem, epigraphe appoſita. APOLL. PALATINO. Atque inter numiſmata Auguſti argentea obſervatur Apollo lyram ſiniſtra, dextera plectrum habens, epigraphe appoſita in area IMP. X. in imo ACT. Plurima Apollinis numiſmata tali habitu muliebri videri poſſunt in Numiſm. Geſner. Tab 95. num. 1. 131. num. 24. & 25. & 135. n. 13. & Mediobar. Numiſm. pag. 26. 36. 254. & 255. & Patin. in Sveton. Tab. 8. num. 4. & 5. & Vaillant in Colon. pag. 311. & in Seleuc. pag. 24. In Theſauro Britannico a Clar. Haym ſingulare Juliae Mammaee numiſma exhibetur vol. 2. T. 19. num. 4. pag. 258. in quo Apollo radiatus muliebri veſte indutus, dextera Plectrum, ſiniſtra Citharam tenens, aſpicitur. Idem in Catalogo antiquorum monumentorum Herculaneae Civitatis p. 46. num. 243. & Gor. Gem. p. 2. num. 39*

(12) *Oiſel. numiſm. Tab 38. num. 1.*

(13) *Vide in hanc rem Svetonii varias lectiones curante Burmanno pag. 55. Dionem Caſſium lib. 61. & 63., Themiſtii Orat. V. & Tacitum lib. 15. Annal. cap. 65.*

(14) *Lucian. vol. 3. pag. 637. in Dial. cui tit.* Nero, ſeu de Iſthmo perfodiendo.

(15) *Svet. in Ner. cap. 53. Conſule notas Caroli Patini in Neronem vol. 2. pag. 188. in quibus Tab. 24. num. 2. exhibet numiſma cum inſcriptione* ΝΕΡΩΝΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙ, *figura Neronis eodem habitu ut ſupra, & Spanhem. vol. 2. pag. 492.*

Per maggiore ornamento ancora della noſtra gemma riporterò quì una ſtatua di Apollo (6) (*) mezza coloſſale di non mediocre lavoro, il quale tiene nella deſtra il Plettro (7), e nella ſiniſtra la Lira (8). Si vede queſto Apollo veſtito con abito donneſco chiamato Palla, la qual ſorte di veſtimento non è inſolito, imperocchè Properzio (9) dice

. . . . . . . . *E quindi in mezzo*
*Alle Suore, e alla Madre Apollo iſteſſo*
*Dolce cantava in lunga veſte involto,*

Ed Ovidio (10) *Il medeſimo Nume dei Poeti*
*Per l'aurata ſua veſte ragguardevole*
*D'aurata cetra le concordi fila*
*Anch'egli tocca.*

Si trovano moltiſſime Medaglie, nelle quali ſi oſſerva Apollo in abito donneſco veſtito, tra le quali una di prima grandezza di Antonino Pio, con l'iſcrizione APOLLINI AVGVSTO, cioè *all' Auguſto Apollo* (pel tempio fabbricato da Auguſto ad Apollo nel Palatino). Queſto Apollo Citaredo veſtito con lunga veſte tiene nella deſtra la Patera, e nella ſiniſtra la Cetera (11). Non ſolo il già celebre Scultore Filippo Valle attentamente eſaminò queſta ſtatua di Apollo, ſe rappreſentaſſe un'Apollo, o una Muſa, e ben ſapendo eſſer veſtito ſpeſſo Apollo con abiti muliebri credè eſſere un'Apollo; ma ancora l'illuſtre Scultore Bartolommeo Cavaceppi, e il Sig. Giacinto Bellotti peritiſſimo nell'antichità convennero meco, nè però diſſero eſſere improbabile, che rappreſentaſſe una Muſa. Winkelmann (Storia delle Arti p. 148. & ſeq. & Monum. ant. trat. prel. pag. 51. e 67.) pronunciò eſſere una Muſa, ed Opera di Agelade. Io non mi opporrò all'oppinione che ſia una Muſa; ma ſolo alla congettura ſopra la Lira, che tiene la Muſa, non ſeguendo eſſere opera di Agelade da ciò che Antipatro nell'Anthol. lib. 4. cap. 12. num. 69. narra ſopra le ſtatue delle Muſe: *La Muſa d'Ariſtocleo tiene la Cetera, l'altra Muſa di Agelade la Lira*. Neſſuno degli Eruditi farà eco a queſta congettura.

Tra le ſtoltiſſime, e sfrenate paſſioni di Nerone io giudico doverſi annoverare di eſſerſi queſto inſano Principe fatto coniare in una Medaglia ſotto la figura di Apollo Citaredo veſtito con abito donneſco (12) poichè del medeſimo narra Svetonio nel cap. 21. *E ancora maſcherato cantò le tragedie, e con maſchere finte di Eroi, e di Dei, e ſimilmente d'Eroine, e di Dee, a ſomiglianza del volto ſuo, e della ſua innamorata*: e nel cap. 25. *Poſe le ſacre corone negli Obeliſchi del Circo, e ſimilmente le ſue ſtatue in abito di Citaredo, con la quale figura battè una medaglia* (13). E di tal maniera ſi avanzò il di lui furore, che Luciano (14) racconta, *che i verſi lo portarono nell'Achaia: perchè ſi perſuadeva ſicuramente di cantare più ſoavemente delle Muſe. Voleva eziandio farſi coronare per il ſuo canto ai giuochi Olimpici, principale ſpettacolo di tutti i combattimenti. Imperocchè ſpettatore ai giuochi Pitii ſi credeva, che apparteneſſero più a lui, che ad Apollo iſteſſo, il quale non avrebbe ardito contraſtarli nè col canto, nè col ſonar la cetra*. Fanno quì a propoſito le parole di Svetonio (15) dicendo di queſto pazzo Imperatore, *che aveva ancora fatto intendere, che ſi ſtimava di uguagliare Apol-*



(6) Queſto pregiabile monumento dell'Antichità ſi vede appreſſo il Principe Barberini; la deſtra mano di queſta ſtatua è ſtata riſtaurata, e quattro dita della ſiniſtra con parte della Cetera. (*) T. XXIV.

(7) Del Plettro vedi Polluce iib. 4. ſect. 60. e principalmente l'eruditiſſime oſſervazioni ſopra Eliano V. Hiſt. lib. 3. cap. 32. vol. 1. pag. 286. e ſeg.

(8) Della materia, e corde della Lira, e chi fù il primo che l'inventaſſe, e in qual maniera da Mercurio la ricevè Apollo, il quale la dette ad Orfeo inſtruendolo nel canto. vedi i Cataſteriſmi di Eratoſtene pag. 119.

(9) Propert. lib. 2. Eleg. 31. v. 15.

(10) Ovid. Amor. lib. 1. Eleg. 8. v. 59.

(11) Tra le medaglie di Commodo ve ne ſono alcune, che rappreſentano Apollo in abito donneſco, tenendo nella deſtra il Plettro, nella ſiniſtra la Lira poſta ſopra un cippo con l'iſcrizione APOLLINI PALATINO cioè *all' Apollo Palatino*, e tra le medaglie di argento d'Auguſto ſi oſſerva Apollo avente nella deſtra il Plettro, nella ſiniſtra la Lira con l'iſcrizione IMP. X. &c. Si veggono molte medaglie di Apollo veſtito con tale abito donneſco. Vedi Geſnero nelle Medaglie T. 95. n. 1. 123. n. 2. 131. n. 24. e 25. e 135. num. 13. e Mezzabarba nelle Medaglie Imp riali pag. 26. 36. 254. e 255. e Patino nelle note a Svetonio T. 8. n. 4. e 5. Vaillant nelle Colonie pag. 311. e nei Seleuci pag. 241. Nel Teſoro Britannico dell'Haym vol 2. pag. 258. T. 19. n. 4. ſi rimarca una ſingolare medaglia di Giulia Mammea, nella quale ſi vede Apollo coronato di raggi con abiti donneſchi veſtito, tenendo nella deſtra il Plettro, e nella ſiniſtra la Cetera. Lo ſteſſo oſſervaſi nel Catalogo degli ant. mon. d'Ercolano, e nelle Gemme di Gorleo p. 2. n. 39. e finalmente nel Catalogo degli antichi monumenti di Ercolano pag. 46. n. 243.

(12) Oiſel. Numiſm. T. 38. n. 1.

(13) Vedi ſopra di ciò Svetonio del Burmanno, e le ſue varie lezioni, e Dione Caſſio nel lib. 61. e 63. e l'Orazione V di Temiſtio, e Tacito nel lib. 15. degli Annali cap. 65.

(14) Luc. nel Dial intitolato il Nerone, o del forare l'Iſtmo.

(15) Svet. nella vita di Nerone cap. 53. Vedi le note di Carlo Patino in Nerone pag. 188. nelle quali riporta una medaglia con l'iſcrizione ΝΕΡΩΝΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙ, cioè *all' Apollo Nerone* con la figura di Nerone col medeſimo abito, come di ſopra; e Spanemio vol. 2. pag. 492.

linem cantu, Solem aurigando aequiparare exiſtimaretur. *Nero, inquit Mariette,* (16) *primas aetate ſua inter muſicos obtinere ſibi ſuaſit, omneſque a certando ſecum abſterrere voluit; ideo in annulo Apollinem Marſiae victorem exſculpi fecit. Haec conjectura in Neronem ab annulo citato ſumpta, & Gori auctoritate fulta, fallax eſt. Gorius ſane ait* (17). In gemma quoque IX. T. 66. Genius Apollini corollam procidens offert, veluti praemium victoriae, poſt initum certamen cum Marſia, qui ad arborem vinctis poſt terga manibus religatus, moerere videtur; qua gemma pro annulo obſignatorio uſum ferunt Laurentium Medicem cognomento, & re quidem vera magnificum virum. Adſimili gemmae apoſphragiſmate obſignaſſe Neronem Caeſarem memoriae proditum eſt ex Svet. cap. 21. Wilde in num. Grae. Tom. 12. num. 72. *Hactenus Gorius. Sed neque Svetonius, neque Tacitus, neque Dio Caſſius de Neronis annulo fecere mentionem. Hic Clar. Antiquarius in errorem lapſus eſt, dum variorum Antiquariorum, qui publici juris hanc gemmam fecere, veſtigia inconſiderate ſecutus eſt, ut quoque in adnotationibus* (18) *obſervari licebit. Verumtamen venia vix dignus videtur, quod Neronem hoc annulo obſignaſſe Svetonii cap. 21. auctoritate narrat. Facile illi erat Svetonium conſulere, eoque perlecto potius ſomnium hoc refutare, quam & ipſe ſomniare.*

*Juvat hic Gryphi fragmentum* (19) *praeclariſſimi artificis opus collocare, non modo quia Gryphus Apollini ſacer, ſed ut eruditi nomen Artificis ex illis, quae ſuperſunt, litteris valeant interpetrari. Gryphus iſte, qui publici juris effectus eſt a Clar. Caylo* (20) (*) *in Cammeo affabre ſculptus aſpicitur ſimul cum ſerpente, qui ſiniſtro anteriori illius cruri implicitus pectus mordere ſtudet. Sub ejus pedibus reliquae ſunt literae* ΜΙΔΙΟΥ*: ex quibus aſſequi adhuc non potui nomen alicujus Caelatoris, de quo apud veteres extet mentio. In ſingulari nummo Aureliopoli Commodo imperante cuſo Apollo radiatus ſtans in bigis duorum Gryphorum conſpicitur, & in Gallieni numiſmate Gryphus cum epigraphe APOLLINI · CONS. AVG.* (21) *ideſt Apollini Conſervatori Auguſti.*

Nec

(16) *Mariette Traitè des Pierres vol. 2. T. 13. pag. 13.*

(17) *Gori Muſ. Flor. vol 1. pag. 131.*

(18) *Attente legentibus Svetonium nunquam de hoc Neronis annulo verbum occurrit. Choul primum in opere de Relig. Antiq. Roman. Lugduni 15 8. p. 164 gemmam hanc proferens dixit. Sigillum Neronis ex antiquo lapide: intus in gemma haec eſt inſcriptio. NERO · CLAVDIVS · CAESAR · AVGVSTVS · GERMANICVS · P. M. TR. P. IMP. P. P. Ex hac Choulii aſſertione decepti deinde ſunt quotquot eruditi de Neronis ſigillo ſcripſere, ſicuti Gabriel Simeoni in* Dialogo Pio & Speculativo p. 96. *Fortunius Licetus de Anulis Antiquorum c. 55. p. 227. Gorlaeus gem. 3. pag. 17. Wilde Numiſm. Sel. pag. 104. Leon. Agoſtin. gem. pag. 2. num 9. Maffeius ad eaſdem gem. p. 2. Tab. 43. Tandem in eumdem inductus fuit errorem Clar. Mariette Traitè des Pierres Gravées vol 2. Tom. 13. pag. 13.*

(19) *De Gryphibus vide Jonſtonii Hiſt. Natur. de Avibus pag. 151.*

(20) *Caylus Recueil d'Antiquités Egyptiennes v. 1. p. 144.*

(*) *Tab. XXV. N. I.*

(21) *Saepiſſime Apollo una cum Grypho occurrit. Apud Sponium in Miſcell. pag. 3 antiquum exhibetur marmor, in quo Phoebus a duobus gryphis agitur. Claudianus vero canit de VI. Conſ. Honor. ver. 30.*

At ſi Phoebus adeſt, & fraenis Gripha jugalem
Riphaeo tripodas repetens detorſit ab axe.

*Praeter autem numiſmata, & marmora, in quibus Apollo Gryphis comitatus offenditur, in antiquiſſima pictura apud Fabbrettum, Apollo inter Gryphum, & Lyram ſpectatur. Et Indiani pictores Philoſtrato teſte in vita Apollon. lib. 3. cap. 48. illum in Gryphorum quadriga exprimebant. Ideo vero Gryphi Apollini ſacrati erant, quia ſumma providentia praediti habebantur. Non modo Apollini Gryphi appingebantur, ſed & Nemeſi, & Dianae, & Baccho, & Minervae. Et in Tab. 38. vol. 1. Herculanearum antiquitatum refertur puerulus alatus lyram pulſans, ſedens in curru a duobus Gryphis ducto, qui ab alio puerulo pariter alato reguntur. Etſi ſtudioſiſſimi antiquitatum cultores ſumma eruditione pag 200. hanc illuſtrent picturam, videntur tamen myſteria nimis affectare, quum mea quidem ſententia nil aliud pictura illa ſignificet, quam Apollinem ab Amore victum. Gryphi enim, & Lyra Apollinis ſunt inſignia, & ſexcentis in monumentis aſpicitur Amor Deorum domitor cum victorum numinum inſignibus, & praeſertim in anaglypho Muſei Capitolini, in quo Amor de ſingulis Diis triumphum agit. Si quis ea, quae de Gryphis narrantur, videre avet, adeat Aelian. Var. Hiſt. lib 4. c. 27. & Lucian. in Dial. Vit. Auct. c. 14. p 554 Plin. l. 10. c. 49. Serv. ad Ecl. VIII. Virg. Paſſeri Lucernae vol. 1. T. 79. Spanhem de Praeſt. pag. 123. & 134. & Dempſterum lib. 2. Antiq. Rom. Roſini pag. 119. potiſſimum autem Buonarroti in lib. Oſſervazioni ſopra i Medaglioni pag. 136. & ſeq. ubi plurima in hanc rem lectu digna reperientur.*

*Apollo nel canto, e il Sole nel guidare i cavalli*. Nerone, dice Mariette (16), ebbe la pazzia di ſtimarſi il primo Muſico del ſecolo, e volle ſpaventar tutti di combatter ſeco; perciò fece ſcolpire in un'anello Apollo vincitore di Marſia. Queſta congettura ſopra Nerone preſa dal mentovato anello, ed appoggiata dall'autorità di Gori è fallace. Gori certamente dice (17). *Nella nona gemma Tavola 66. vi è un Genio in ginocchio, che preſenta ad Apollo una corona, come premio della vittoria dopo il combattimento di Marſia, il quale ſi vede in aria triſta con le mani di dietro legate ad un arbore. Dicono che Lorenzo de Medici nominato con giuſtizia il Magnifico ſi ſerviſſe di queſta gemma per anello da ſigillare. E' riferito da Svetonio nel cap. 21. con una gemma conſimile aver ſigillato l'Imperator Nerone. Vedi Wilde nelle medaglie Greche n. 72. T. 12.* Fin quì il Dottor Gori. Ma nè Svetonio, nè Tacito, nè Dione Caſſio non hanno fatto veruna menzione di queſto anello di Nerone; e queſto chiar. Antiquario è caduto in tal errore per aver ſeguitato innavvedutamente le pedate di varii Antiquarj, che hanno pubblicato queſta gemma, come ciaſcuno potrà veder nelle note (18). Ma ſembra poco degno di ſcuſa: perchè non doveva aſſerire con l'autorità di Svetonio nel cap. 21. che Nerone ſi era ſervito di queſt'anello per ſigillare. Era faciliſſimo a lui di veder Svetonio, ed eſaminatolo confutare piuttoſto queſto ſogno, che ſognare con gli altri.

Io ho voluto quì collocare un Grifo (19) di eccellente ſcultura, non ſolamente perchè il Grifo è conſacrato ad Apollo, ma perchè ancora gli eruditi poſſano interpetrare dalle lettere, che ci rimangono, il nome dell'artefice. Queſto Grifo, il quale fù pubblicato dal Chiariſſimo Sig. Caylus (20) (*) è egregiamente ſcolpito in un cammeo, in cui ſi vede queſto favoloſo animale avviticchiato da un Serpente, il quale procura di morderli il petto. Sotto i di lui piedi vi ſono reſtate le ſeguenti lettere ΜΙΔΙΟΥ, dalle quali lettere io non ho potuto inveſtigare qual ſia il nome dell'artefice, di cui ſia ſtata fatta menzione appreſſo gli antichi Scrittori. In una medaglia ſingolare battuta ſotto Commodo Imperatore ſi vede Apollo radiato in una biga, tirato da due Grifi, ed in un'altra medaglia di Gallieno un Grifo con l'iſcrizione APOLLINI CONS. AVG. cioè ad Apollo Conſervatore di Auguſto (21).

Non

(16) Mariette Traitè des Pierres gravées v. 2. T. 13. p. 13.

(17) Gori Muſ. Fiorentino vol. 1. pag. 131.

(18) Attentamente leggendo Svetonio non parla niente affatto di queſt' Anello di Nerone. Choul fù il primo che nel Diſcorſo della Religione antica dei Romani ſtampato in Lione nel 1558. pag. 164. diſſe pubblicando queſta gemma: *Sigillo di Nerone ritratto da una pietra antica: dentro nella gemma vi è la preſente Iſcrizione:* NERO · CLAVDIVS · CAESAR · AVGVSTVS · GERMANICVS · P. M. TR. P. IMP. PP. cioè *Nerone Claudio ec.* Da queſt' aſſerzione di Choul ſono ſtati ingannati dipoi tutti gli altri Eruditi, che hanno ſcritto di queſt' Anello di Nerone, come Gabbriel Simeoni nel Dialogo Pio, e Speculativo pag. 96. Fortunio Liceto nel lib. degli Anelli degli Antichi cap. 55. pag. 227. Gorleo Gem. 3. pag. 17. Wilde Numiſmata Selecta pag. 104. Leonardo Agoſtini nelle Gemme pag. 2. n. 9. Maffei Gemme pag. 2. T. 43. Finalmente Mariette è caduto ancora egli nell'iſteſſo errore nel lib. di ſopra citato pag. 13.

(19) Dei Grifi vedi Jonſton. Hiſt. Natur. de Avibus p. 151.

(20) Vedi il lib. intitolato Recueil des Antiquités Egyptiennes ec. del Sig. Caylus vol. 1. pag. 144.

(*) T. XXV. N. I.

(21) Speſſiſſimo s'incontra Apollo col Grifo. Sponio nelle ſue Miſcellanee di Antichità p. 3. riferiſce un marmo nel quale Febo è tirato da due Grifi. E Claudiano così cantò nel VI. Conſolato di Onorio v. 30.

*Ma ſe Febo è preſente, e torce il freno*
*A' ſuoi Grifi volanti, e fa ritorno*
*Là da l'aſſe Rifeo verſo i fatali*
*Suoi Tripodi.*

Oltre i marmi, e le medaglie nelle quali ſi trova Apollo in compagnìa dei Grifi, in un'antica pittura appreſſo il Fabbretti ſi vede Apollo nel mezzo tra un Grifo e la Lira. Ed i Pittori Indiani ſecondo Filoſtrato nella vita di Apollonio Tianeo lib. 3. cap. 48. rappreſentavano il mentovato Dio in una quadriga di Grifi. Queſti erano conſagrati ad Apollo, perchè ſi credevano dotati di una provida ſagacità delle coſe future. Non ſolo ad Apollo erano dedicati i Grifi, ma ancora a Nemeſi, a Diana, a Bacco, ed a Minerva. Nella Tav. 38. delle pitture di Ercolano vol. 1. ſi vede un' Amorino che ſuona colle dita una lira ſedendo in un cocchio tirato da due Grifi, i quali vengono per le redini guidati da un' altro Amorino. Benchè con ſomma erudizione a p. 200. i chiariſſ. eſpoſitori dell' antichità Ercolanenſi illuſtrino queſta pittura, contuttociò mi pare che affettino troppo del miſterioſo. Io per me crederei, che doveſſe farſi una ſpiegazione più ſemplice di queſto monumento, e che queſta pittura non voglia ſignificare altro che Apollo vinto da Amore: imperocchè i Grifi, e la Lira ſono gli attributi d'Apollo, ed in mille altri monumenti ſi vede Amore domator degli Dei, con gli attributi delle vinte Deità; e principalmente in un baſſo rilievo del Muſeo Capitolino, nel quale Amore trionfa degli Dei. Se qualcuno bramaſſe di ſapere quelle coſe, che ſi narrano dei Grifi, veda Eliano della Varia Iſtoria lib. 4. cap. 7. e Luciano nel Dialogo intitolato Vitarum Auctio vol. 3. pag. 554. Servio nell' ottava Egloga di Virgilio, e Plinio lib. 10. cap. 49. Paſſeri nelle Lucerne T. 1. T. 79. e Spanemio nel lib. de praeſt. & Uſu Numiſm. pag. 123. e 134. e Demſtero ſopra Roſino dell'Antichità Romane lib. 2. pag. 119. ma ſopratutto Buonarroti nell' Oſſervazioni ſopra i medaglioni pag. 136. e ſeg. dove a queſto propoſito moltiſſime coſe ſon degne di eſſer lette.

*Nec tantum Gryphi, ſed Corvus, Serpentes, & aliquando Stelliones Apollinis imaginibus appingebantur. Nonnulla hujus numinis monumenta vidi, in quibus aderat Stellio; verum in praeſentiarum duorum tantum memini, quorum alter prope fontem, & alter in Xiſto Villae Burgheſiae, in quo ſtatua Apollinis eſt arboris trunco innixa, in qua ad medium Stellio viſitur. Ideo vero Stellio apprime Apollini tribuitur, quia auguribus animal hoc erat proprium. Pauſanias enim lib. 6. c. 2. inquit.* Non longe a Licha ſtatua poſita eſt Thraſybulo Eleo vati ex Jamidarum familia, qui ſuam Mantinenſibus contra Agidem Lacaedemoniorum regem, Eudamidae filium, operam navavit. Per Thraſybuli dexterum humerum Stellio repit.

*Apud Siculos aderant augures, qui & γαλεῶται nuncupabantur, Cicerone lib. 1. cap. 20. de Divinatione teſte, ubi:* Huic interpretes portentorum, qui Galeotae tum in Sicilia nominabantur, reſponderunt. *Apud Graecos vero γαλεώτης nil aliud quam Stellionem ſignificat* (22). *De Apollinis ſtatua, quae in ſuperiori Villae Pincianae Xiſto adſervatur, ſic inquit Winkelmann* (*Monum. Ant. pag.* 46.) Inter Apollinis pulchriores ſtatuas erat illa Praxitelis e marmore cum *Sauroctonon* cognomine, quod lacertae occiſorem deſignat: ſed in Antiquariorum ſcriptis nulla mentio facta eſt duarum Villae Burgheſiae ſtatuarum, quae Apollinem ipſum exhibent. Minor circa fontem cum figuris aliis collocata eſt; pulchrior, itemque minus a vetuſtate paſſa in ſuperiore aedium xiſto conſpicitur, quae memorati magni artificis ſcalpro non eſſet indigna. *Et alio loco* (*Tratt. Prelim. pag.* 75.) *ita inquit verba faciens de Praxitele:* Cum artifex hic inter ſtatuas alias a ſcriptoribus antiquis Poetiſque celebratas Apollinem ſculpſerit impuberem, qui Lacertam occidit, antiquitus *Sauroctonon*, quod ſignificat Lacertae occiſorem, nominatum, non abſurdum eſſet cogitare ſimulacrum naturalis magnitudinis, quod inter noſtra monumenta num. 40. dabimus, tanti artuficis opus eſſe; quod ſi non aliud quam imitatio eſt, ea certe perfectiſſima eſt; tanta operis eſt praeſtantia; quod ſi eſſet, ſine dubio hinc de arte, ac de ratione ſculpendi, quam tantus artifex ſecutus eſt, judicium ferre poſſemus. *Si percelebris Praxitelis opiſicia ex hac Apollinis ſtatua judicari deberent, illius nomen non tantopere celebraretur; Nam Apollo Burgheſianus tantummodo pulchras inter ſtatuas, non inter ſublimiores Praxitelis gloriae convenientes, recenſeri poſſet.*

*Antequam Apollinem dimittamus, gemmam* (*) *non communis opiſicii producimus, quam in Deſcriptione gemm. Bar. de Stoſch pag. 360. & in Antiq. monum. vol. 2. pag. 162. Winkelmann deſcripſit. Mirum quot Auctor hic, ut ingenii ſui foecunditatem oſtenderet, congeſſerit. Heroem, qui extinctam foeminam inſpicit, modo Achillem, modo Nireum putat. Avem, modo Aquilam, modo Vulturem credit, & de ſcutis multa narrat, & inter immenſas ambiguitates vagatur, ut oſtendat ſe in Graeca fabuloſa hiſtoria verſatum. Neſciebat Winkelmann gemmam in ea parte, qua ſiniſtrum extinctae foeminae brachium apparet, effractam fuiſſe, ut teſtatur vir probus Chriſtianus Dehen, & cum propter profunditatem jacturae brachii Flavius Sirleti eam corrigere non poſſet, ſcutum ex ingenio ab eodem fuiſſe appoſitum. Ex hoc ſingulae Winkelmanni conjecturae cadunt. In hac dubitatione ſi mihi quoque probabilius aliquid proferre liceat, juvenem illum Apollinem eſſe putarem, qui infidelem a ſe interfectam Coronidem, lauro innixus, moeſte intuetur. Scopulo imminet Corvus, qui Numen de foeminae turpitudine monuerat, dum ſcimus ex Ovidio lib. 2. Metam. verſ. 614. Apollinem, qui eam interfecerat, valde poenituiſſe. Haec planiora ſunt; & ſingulae gemmae partes ita explicatae argumento convenire poſſunt. Hanc fabulam diſerte narravit Ovidius lib. 2. Metam., & Hyginus,*

CNEIUS

(22) *Stellio animal non eſt a figura Lacertae diſſimile: ideo hic Stellionem arbori inhaerentem eſſe etiam Lacertam conjici poſſet, & Apollinem hinc Sauroctona nuncupari, dum inquit Plinius de Praxitele lib. 34. cap. 8. pag. 64.* Fecit & puberem Apollinem ſubrepenti Lacertae cominus ſagitta inſidiantem, quem Sauroctonon vocant. *Vide Martial. lib. 14. Ep. 172.*

(*) *Tab. XXV. N. II.*

Non ſolamente i Grifi, ma il Corvo, il Serpente, ed alle volte la Tarantola ſono attributi di Apollo. Io ho veduto alcuni monumenti di queſta Deità, nei quali vi era una Tarantola. Ma mi ſovvengo preſentemente di due, uno dei quali è preſſo la Fontana, l'altro nella Loggia ſuperiore della Villa Borgheſe, dove è una ſtatua di Apollo, che ſtà appoggiata ad un tronco di albero, nel mezzo al quale è attaccata una Tarantola. Conviene beniſſimo ad Apollo la Tarantola, perchè queſt' animale era proprio degli Indovini; onde Pauſania nel lib. 6. cap. 2. dice. *Non lontano dalla ſtatua di Lica è poſta la ſtatua di Traſibulo Eleo indovino della ſtirpe de' Giamidi, il quale favorì i Mantinei contro Agide Rè di Sparta figlio di Eudamida. Una Tarantola cammina ſopra la deſtra ſpalla dell' indovino Traſibulo.*

Nella Sicilia erano degli Indovini, i quali ſi chiamavano Galeoti, per teſtimonianza di Cicerone nel lib. 1. *de Divinatione* c. 20. ove dice. *Gl' interpetri dei prodigii, che ſi chiamavano allora in Sicilia Galeoti:* ed in fatti appreſſo i Greci niente altro ſignifica Galeote, che Tarantola (22). Della ſtatua di Apollo, la quale eſiſte nella Loggia ſuperiore di Villa Pinciana, così ſi eſprime Winkelmann (Monum. ant. pag. 46.) *Fra le più belle ſtatue di Apollo era celebre quella di Praſſitele in marmo col ſopranome di Sauroctonon,* cioè che uccide una Lucertola. *Ma negli ſcritti degli Antiquarii non ſi è fatta veruna menzione di due ſtatue della Villa Borgheſe, che rappreſentano l' iſteſſo Apolline. La più piccola è collocata con altre figure intorno ad una Fontana. La più bella, e la più conſervata vedeſi nella loggia ſuperiore del Palazzo, la quale non ſarebbe indegna dello ſcarpello del mentovato grande arteſice.* Ed in altro luogo (Tratt. Prelim. pag. 75.) così dice. *Avendo queſto Arteſice* (parlando di Praſſitele) *ſcolpito infra tante altre ſtatue decantate dagli antichi Scrittori, e dai Poeti, un' Apollo impubere, che uccide una lucertola, e anticamente conoſciuto ſotto nome di* Sauroctonon, *ucciſore della lucertola, non ſarebbe già irragionevole il penſare, che la figura grande al naturale, che fra' noſtri monumenti riporteremo al n. 40. ſia opera di sì grande Arteſice; o ſe copia, copia però fatta con una imitazione attentiſſima della maniera di lui; tanto è l' eccellenza di eſſa: il che eſſendo potrebbe formarſi giudizio dello ſtile, e dell' arte di Praſſitele.* Se l' opere del celeberrimo Praſſitele ſi doveſſero giudicare da queſta ſtatua di Apollo il nome di lui non ſarebbe tanto celebrato: poichè l'Apollo Borgheſiano ſi potrebbe annoverare tra le belle ſtatue, non tra le più ſublimi, che convengono alla fama di Praſſitele.

Avanti che laſciamo di parlare di Apollo noi riporteremo una gemma di non mediocre (*) lavoro deſcritta dall'Abate Winkelmann nella Deſcrizione delle gemme di Stoſch pag. 360. e nei Monumenti antichi vol. 2. pag. 162. E' da maravigliarſi fortemente, come queſto autore per moſtrare la fecondità del ſuo ingegno giudica queſto Eroe che rimira la femmina morta ora Achille, ora Nireo, e crede l'uccello ora un'Aquila, ora un'Avvoltoio, e molte coſe racconta degli Scudi, e va fra immenſe dubbiezze ondeggiando, per dimoſtrare di eſſere verſatiſſimo nella Greca favoloſa Iſtoria. Non ſapeva l' Abate Winkelmann queſta gemma eſſer rotta in quella parte, nella quale appariſce il ſiniſtro braccio dell' eſtinta femmina, come ne può far teſtimonianza l' onoratiſſimo Sig. Criſtiano Dehen, ſicchè non potendo Flavio Sirleti corregger queſta figura per la profondità della rottura del braccio, ingegnoſamente ci fece al braccio uno ſcudo. Perciò vanno a terra tutte le congetture del Sig. Abate Winkelmann. In queſta dubbiezza ſe è permeſſo di dire qualche coſa di più probabile, io giudicherei quel giovine eſſere un'Apollo, il quale appoggiato ad un lauro in atto meſto, e penſieroſo rimira l' infedele Coronide da lui ucciſa, ſtando il Corvo ſopra certi rottami, come quello che aveva avvertito queſto Nume della infedeltà di Coronide, mentre ſappiamo ancora da Ovidio, che ſi pentì di averla ucciſa. Queſta congettura mi pare più chiara, e tutte le parti della gemma poſſono adattarſi a queſto argumento. Queſta favola è ſtata narrata copioſamente da Ovidio nel lib. 2. delle Metamorfoſi, e da Igino ec.

CNEIO

(22) La Lucertola è un' animale non molto diſſimile nella figura dalla Tarantola: perciò queſta Tarantola attaccata ad un albero potrebbe congetturarſi eſſere ancora Lucertola, e quindi chiamarſi queſt' Apollo Sauroctono; mentre Plinio nel lib. 34. cap. 8. dice di Praſſitele *che fece Apollo giovinetto, il quale chiamano Saurottono, perchè con la ſaetta tendeva inſidie ad una Lucertola, che ſi arrampicava ec.* Vedi Marziale lib. 14. Ep. 172.

(*) T. XXV. N. II.

# CNEIUS.

*ETſi in hiſtoricorum libris altum de Cneio habeatur ſilentium, nihilo tamen minus inter inſigniores gemmarum ſcalptores ipſe eſt referendus, quum & illius ingenium, & diligentia nobiliſſimos quoſque hujus artis principes aemuletur. Sex gemmae Cneii nomine inſcriptae ſuperſunt.*

*Prima nudi Balneatoris ſtrigilem laeva manu habentis figuram exprimit. Gemma haec procul dubio antiqua eſt, ſed Cneii nomini non reſpondens, cum ſit ejus mediocritatis, ut ne inter rudiora quidem hujus artificis prima opera poſſit recenſeri. Hinc equidem ſuſpicatus fui, Cneii nomen* ΓΝΑΙΟΥ *ad pretium gemmae conciliandum aliena a manu fuiſſe appoſitum, Pikleriuſque noſtrae adhaeſit ſententiae.*

*Alter Cneii* ΓΝΑΙΟΥ *labor Diomedem Palladio potitum continet. Laudatus Piklerius & hanc inter antiquas pulchras gemmas adnumerandam eſſe arbitratur. Etſi multitudo gemmarum Diomedem eodem prorſus habitu exprimentium, & ſimilitudo hujus cum Dioſcoridis alia, ſuſpicionis quid injiciat, nihilo tamen minus quum ectypum tantum, non gemmam ipſam, quae ubi gentium ſit ignoratur, oculis luſtrare datum fuerit, tanti viri ſententiae inhaerendum arbitror. Lectores hic monitos volumus Diomedis figuram omnem pulchritudinem in ectypo oſtentare, quae caeterum celebris calcographi negligentia in aerea tabula nulla apparet. Diomedis enim truncus nimia brevitate caeteris corporis partium numeris non reſpondet.*

*Gemmariae artis miraculum in tertia gemma, quae Cneii nomine exornatur, cum epigraphe* ΓΝΑΙΟϹ, *elucet. Junonem enim Lanuvinam nobiliſſimus artifex hoc in lapide tanta expreſſit pulchritudine, ut omnes prorſus calcographos vel peritiſſimos a ſui imitatione deterruerit. Celeberrimus Carolus Gregori inter Europae calcographos praeſertim in rebus antiquis princeps, ſumma arte, ſummaque diligentia graphio in aere Junonem hanc expreſſit: attamen tantum abeſt ejus opus a gemmae pulchritudine, ut in ectypo, & etiam in apoſphragiſmate aliud quid prorſus, quam in tabula videamur aſpicere. Hujus operis elegantiam perbelle illuſtrare videtur Plutarchi locus, qui de Rege Demetrio inquit* (1). Demetrius corporis proceritate, quamvis procerus, minor parente fuit; forma vero, & faciei venuſtate adeo mira, atque excellenti, ut plaſtes, vel pictor exprimere nullus imaginem ejus poſſet. Eadem enim venuſtatem, & gravitatem, terrorem, & hilaritatem habebat, confuſaque erat cum juvenili, & feroci vultus aſpectu pene inimitabilis heroica quaedam ſpecies, & majeſtas regia. *Quam optime in hanc ſententiam locutus eſt Plinius lib. 5. Epiſt.* 10. Ut enim pictores pulchram abſolutamque faciem raro, niſi in pejus, effingunt. *Ejuſdem etiam Plinii lib. 4. Ep. 28. auctoritate hanc meam confirmo opinionem.* Nam (*inquit*) quum eſt arduum ſimilitudinem effingere ex vero, tum longe difficillima eſt imitationis imitatio. *Quis enim decoram frontis brevitatem* (2), *perfectam naſi rectitudinem* (3), *tenuitatem labiorum, quorum in extremitate muſculus irriſorius ita tenditur, ut ibi Veneres omnes habitare dicas, quaeque ſingula ab Antonio Allegri (vulgariter Coreggio nuncupato) tanta arte omnibus fere ſuis in tabulis fuerunt adumbrata, ut Venerum, venuſtatumque patris illi nomen inditum ſit, ipſiuſque opera immortalitatem fuerint conſequuta, quis denique concinnum oſculum* (4) quale Praxiteles habere Dianam credidit, *poſſet exprimere? Pulchritudinum denique compendium hac in gemma obſervatur. Quare cum Petronio* (5) *de hac gemma dicam.* Nulla vox, quae formam ejus poſſit comprehendere: nam quidquid dixero minus erit. *Laudes, quibus gemmam iſtam cumulavimus, nullum profecto veritati fucum facere videntur.*

*Enim*

(1) *Plutarchus in vita Demetrii vol. 1. pag. 889.*

(2) *Petron. Satyr. pag. 454. Horat. de Lycoride lib. 1. od.* 33. Inſignem tenui fronte Lycorida.

(3) *Ariſtaenet. lib. 1. Ep.* 1. Naſus rectus, & adaequatus tenuitati labiorum. *Apprime Sidonius lib.* 1. *Ep.* 2. Labia ſubtilia, nec dilatatis oris angulis ampliata.

(4) *Petron. pag. 456. Et Ovid. lib. 1. Met. verſ. 499.*

Videt oſcula, quae non
Eſt vidiſſe ſatis.

(5) *Petron. pag. 454.*

# CNEIO.

TRa i più inſigni Artefici di gemme merita di eſſere annoverato Cneio, quantunque dagli antichi iſtorici ſia paſſato ſotto ſilenzio, avendo egli gareggiato in queſt' arte coi primarii artefici dell' Antichità. Noi abbiamo ſei gemme inciſe col nome di Cneio.

La prima rappreſenta una figura nuda di un Bagnarolo, che con la ſiniſtra mano tiene uno ſtrigile. Queſta gemma è indubitatamente antica, ma non corriſponde all' eccellenza dell' opere di Cneio, ed è di un lavoro sì mediocre, che neppure ſi può conſiderare tra le prime più rozze opere di queſto artefice; di maniera che ho ſoſpettato eſſere ſtato inciſo modernamente il nome di Cneio per accreſcere pregio alla gemma; eſſendoſi uniformato al mio ſentimento il celebre Pikler.

Nella ſeconda gemma è eſpreſſo Diomede, che ha rapito il Palladio. Il lodato Sig. Pikler giudica queſta gemma antica, e da annoverarſi tra le belle rappreſentanti figure. Benchè la moltiplicità delle gemme, che rappreſentano Diomede in tale azione, e la ſomiglianza di queſta attitudine con la gemma inciſa da Dioſcoride dia qualche motivo di ſoſpettare, nulladimeno dall' impreſſione di queſta gemma da me veduta, la quale s' ignora dove al preſente eſiſta, ſono indotto ad attenermi al parere di uomo sì riſpettabile. Fa d' uopo di avvertire il lettore, che la figura del Diomede nell' originale è più diſinvolta, e dimoſtra tutta la bellezza di una figura, che per la traſcuraggine del moderno inciſore, per altro celebre, non appariſce; imperocchè il torſo del Diomede è troppo corto di vita, e non corriſponde all' altre parti del corpo.

Un prodigio dell' arte gemmaria ſi vede nella terza gemma col nome di Cneio, nella quale il valentiſſimo artefice ha eſpreſſo una Giunone Lanuvina con tanta, e sì rara bellezza, che avrebbe sbigottito tutti gli inciſori in rame dall' imitarla. Il fù Sig. Carlo Gregori celebre tra i primarii inciſori in rame di Europa, principalmente nell' incidere gli antichi monumenti, con tutta la diligenza, e ſapere inciſe in rame queſta Giunone. Contuttociò vi corre non poca differenza, quando ſi vede la gemma, o un' impreſſione della medeſima, dalla tavola inciſa in rame. A maraviglia ſi adatta all' eleganza di queſt' opera il paſſo di Plutarco, il quale parlando di Demetrio dice (1). *Demetrio benchè grande di figura, era però più piccolo del ſuo genitore Antigono. Ma era dotato di una bellezza, e di una venuſtà di volto sì maraviglioſa, ed eccellente, che neſſuno Scultore, e Pittore poteva ritrarre la ſua immagine. Imperocchè ſi vedeva nel ſuo volto la venuſtà, e la gravità, il terrore, e l' ilarità, ed era confuſa coll' aria, ed aſpetto giovinile, e feroce del volto una certa quaſi del tutto inimitabile bellezza eroica, ed una maeſtà veramente Reale*. Del tutto egregiamente ſi eſpreſſe Plinio nel lib. 5. Ep. 10. ſopra un ſimil propoſito. *Come i Pittori che raramente dipingono un viſo, la cui bellezza è perfetta, ſe non deteriorandone la bellezza*. E col medeſimo Plinio nel lib. 4. Ep. 28. confermo il mio parere. *Imperocchè ſe è eſtremamente difficile di prendere una ſomiglianza dall' originale, aſſai più difficil coſa ſi è il bene imitare l' imitazione*. In fatti chi potrebbe abbaſtanza eſprimere una fronte piccola sì bella (2) un naſo dritto sì perfetto (3), le labbra sì ſottili: nell' eſtremità delle quali ammiranſi tali movimenti del muſcolo irriſorio, che tu direſti riſedere ivi tutte quelle grazie, le quali da Antonio Allegri (volgarmente chiamato il Coreggio) con tanta arte furono eſpreſſe in tutte le ſue pitture, che meritamente gli fù dato il nome del Padre delle Veneri, e delle Grazie, e le di lui opere fama immortale conſeguirono? Finalmente quanto ſarà malagevole formare una bocca in tutte le ſue parti del tutto conforme a quella della Diana di Praſſitele (4)! Per dir tutto in breve in queſta gemma ſi oſſerva, conſiderata ogni parte, il compendio di tutte le bellezze. Perciò della ſteſſa dirò con Petronio (5) *Io non ho eſpreſſione ſufficiente per deſcrivere la ſua bellezza: imperocchè tutto quello, che foſſi per dire ſarebbe minore del vero*. Con



(1) Plut. vol. 1. pag. 889.

(2) Petronio Arbitro pag. 454. e Orazio di Licoride parlando lib. 1. Od. 33. dice che era celebre per la ſua piccola fronte.

(3) Ariſteneto lib. 1. Ep. 1. *Naſo retto e proporzionato alla piccolezza delle labbra*.

(4) Petronio loc. cit. pag. 456. Vedi Ovidio Metam. lib. 1. pag. 499.

*Mira la bocca leggiadretta, e ſola*
*L' aver mirato non l' appaga*

(5) Petronio loc. cit. pag. 454.

*Enimvero Cneii nomen nuperrime extranea appictum eſt manu. Quod quidem licet ſumma arte a peritiſſimo elaboratum fuerit artifice* (6) *ad pretium gemmae conciliandum; nihili tamen prorſus id habendum eſt, quum gemma ipſa tanta commendetur pulchritudine, ut nil Cneii operibus inferior eſſe videatur. Huic ſcilicet ignoto artifici, quae Plinius* (7) *de Parrhaſio dixit, poſſunt accomodari.* Primus ſymmetriam picturae dedit, argutias vultus, elegantiam capilli, venuſtatem oris, confeſſione artificum in lineis extremis palmam adeptus.

*Juvenis Herculis caput* (8) *Beryllo ſcalptum in quarta Cneii gemma habetur* ΓΝΑΙΟC, *quae quoque Junonis Lanuvinae pulchritudini perfectiſſime reſpondet. In ipſo enim Herculis vultu, nemo eſt, qui invictiſſimi Herois virtutem blanda cum feritate conjunctam mirifice expreſſam non videat. Si vero ſingulae capitis perpendantur partes, ſingulae offendentur abſolutiſſimae; capilli cirrati, optimeque diſcriminati, mollis blanduſque vultus, oculus praegrandis, naſus rectus, concinnum os, collum breve, quod robur denotat; quibus omnibus partibus accedit ſuavitas quaedam, quae verbis exprimi nequit. Porro nihil diligentius, abſolutiuſque reperiri, vel excogitari poteſt* (9).

*Quincta Cneii gemma caput mulieris ignotae ſervat, tanta pulchritudine, & venuſtate, tantoque magiſterio expreſſum, ut magis abſolutum foeminae os numquam poſſit effingi, aut imaginando concipi. Charites hae, vereneſque ſuaviſſimae, ut poetico utar ſermone, in aebeneam tabulam difficillime tranſferri poſſunt. Impoſſibile eſt enim perfectiſſimum Graecum opus pene ſpirans, ut in gemma eſt, nulla dempta elegantiae linea exprimere (& hoc pro canone generali dictum ſit) etiamſi ipſe Marcus Antonius Raimondi in graphica arte ſane primus reviviſceret. Contenti itaque eſſe debemus optima imitatione, vel gemmam ipſam preſcrutari, quae inter pretioſiſſimas quaſque eminet, ut nihil ſupra deſiderari queat, principemque locum inter eximias ſibi vindicare jure poſſit.*

*Sum-*

(6) *Winkelmann in lib. cui titulus Deſcription des Pierres gravées ec. p. 326. rem notam Romae admonet & ipſe, Cneii nomen hodiernum a Piklerio factum eſſe, cui & illud addat ſi vult, Beliſarium Amidei in foro Agonali mercatorem Piklerii conduxiſſe operam, ut Cneii excalperet nomen. Mirari non deſino Winkelmann, qui ſummi nominis habetur vir, auſum eſſe confidenter pronunciare, opus hoc nomini Cneii minime reſpondere. Ego me cobibere non poſſum, quin dicam hujuſmodi ſententiam eſſe hominis ſine recto ſenſu de pulchro judicantis, ac reprehenſibili quidem temeritate judicantis contra univerſos homines idoneis cognitionibus praeditos. Hoc loco dumtaxat narrabo Cl. Baronem de Stoſch Joachimo Rendorp Patricio Amſtelodamenſi, qui ad explorandam ejus de hac gemma ſententiam conſulto Florentiam miſit, reſpondiſſe: Nullum conſpici poſſe praeſtantius opificium, aut aeſtimabilius, & eſſe pulcherrimo adamante infinite carius. Silentio praeterire nequeo virum hunc cum aliis Antiquariis in vulgarem lapſum fuiſſe errorem, quo gemma iſta Theſeo tribuitur. Egregie in hos Antiquarios, quod pertinet ad hanc rem, convenit illud Horatii lib. 1. Ep. 19. verſ. 19.*

O imitatores ſervum pecus, ut mihi ſaepe
Bilem, ſaepe jocum, veſtri movere tumultus.

(7) *Plin. lib. 35. cap. 10.*

(8) *Parva cranii pars obtruncata eſt, auroque reparata.*

(9) *Bar. Stoſch Gem. Ant. pag. 28. primus hoc monumentum publici juris fecit.* Herculis (*inquit*) adoleſcentis obliquum vultum ſingulari prorſus artificio inſcalptum cernere eſt, hilari oculo, ridentique ore, criſpis capillis, ſed qui una cum venuſtate virilem gratiam, & robur quoddam praeſeferat, veluti illud Polycleti ſignum Doriphorum puerum exhibens, de quo Plinius lib. 34. c. 8. Viriliter puer dici poſſit. *Dein & Gorius illud vulgavit Muſ. Flor. vol. 2. p.* 21. Scalpendi (*ait*) arte peritiſſimum fuiſſe Cneium, de quo ſilent veteres auctores, perſpicue docet hoc opus plane eximium, & ſingulare, Sapphiro (*ideſt Beryllo*) pulcherrimi coloris ad veritatem excalptum. In eo exhibetur non ſine ſtupore, ac veritate ſpectandum Herculis adhuc imberbis, atque in ipſo juventutis flore, inſignes jam toto terrarum orbe aerumnas ſubituri, caput artificio conſummatiſſimum, quod profecto vivere credas: tantam docta artificis manus vultui pulchritudinem, decuſque non ſolum jucundum, verum etiam ſubauſterum, ac plane virile felici labore immiſcuit. Capillorum breviſſimorum, ſatis etiam denſorum, criſporumque, quanta concinnitas, & elegantia &c. *Praelaudatus Stoſch l. c. inquit*, quod viderat Johannes Faber hanc gemmam, putavitque (Comment. ad Ill. Imag. Urſini Ed. 2. num. 114. pag. 165.) Graecas literas ΓΝΑΙΟΣ, quae revera nomen artificis referunt, indicare Pompeii Magni praenomen, eaque ipſum ſignare ſolitum, vel pro teſſera eamdem habuiſſe. Vidimus in Dactyliothecis antiquas gemmas ſimili nomine inſcriptas, quas conſulto omiſimus, cum pro comperto habeamus a quibuſdam, ut emptoribus fucum facerent, & carius venderent, Graecas literas nuper additas fuiſſe. *In eodem Muſeo Strozziano & aliud Herculis juvenis adſervatur caput pulcherrima in onyce excalptum, quod quidem diligentia, arte, venuſtateque Cneii labori minime cedit. Hoc in Cameo excellentiſſimus artifex tantam oſtentavit peritiam, ut auderet Herois collum in gemmae viſceribus excavare. Graecus & alius artifex Herculem juvenem noſtro ſimilem in gemma, quae vulgo dicitur* Giada, *caelavit, adeoque felici expreſſit ſtylo, ut gemmae noſtrae pulchritudinem videatur aemulari. Opus iſtud paucis ab hinc annis nobiliſſimus Hamilton Anglus Eques ſibi comparavit.*

tutte le lodi che abbiamo dato a queſta gemma, non ſi deve certamente tradire la verità, perchè il nome di Cneio è moderno, ed è ſtato fatto con tutta l'arte da peritiſſimo artefice (6) per accreſcer pregio alla gemma. Nulladimeno ciò non è da conſiderarſi per niente, perchè l'iſteſſa gemma è sì commendabile per tanta bellezza, che non è niente inferiore all'Opere di Cneio. Può convenire a queſto ignoto artefice ciò che diſſe Plinio di Parraſio (7). *Parraſio fù il primo che dette le regole della ſimetrìa, che eſpreſſe le grazie del volto, l'eleganza del capello, la venuſtà della bocca, e per confeſſione degli artefici riportò la palma nei contorni delle linee.*

Di ugual perfezione e bellezza della Giunone Lanuvina è la quarta gemma di Cneio, nella quale è inciſa in belliſſima Acqua Marina la teſta di Ercole giovine (8). Ciaſcuno può vedere in queſto volto di Ercole eſpreſſo il valore di detto invittiſſimo Eroe, maravaglioſamente unito ad una piacevole fierezza. Se ſi eſaminano ad una ad una tutte le parti della teſta, tutte le troveremo perfettiſſime. Tali ſono i capelli creſpi e ricciuti, e beniſſimo diviſi, la morbidezza, e delicatezza del volto, l'occhio grande, il naſo dritto, la bocca grazioſa, il collo corto dimoſtrante robuſtezza; alle quali parti tutte ſi aggiunge una certa ſoavità, che non ſi può eſprimere con parole. Certamente non ſi può dare, o penſare coſa più diligente, e più perfetta (9).

La quinta gemma di Cneio è una teſta incognita di Donna, il di cui volto è di tanta grazia, e bellezza, ed eſpreſſo con tanta maeſtrìa, che non ſi può immaginare un viſo più perfetto di femmina. Queſte delicatiſſime grazie, e queſte Veneri, per ſervirmi di un linguaggio poetico, difficilmente ſi poſſono rappreſentare in una tavola inciſa in rame. E' impoſſibile che un'opera perfettiſſima Greca, come è la noſtra gemma, ſi poſſa eſprimere ſenza perdere qualche pregio di bellezza (e queſto ſia detto per regola generale) ancorchè ritornaſſe in vita Marc'Antonio Raimondi Corifeo degl'incisori in rame. Perciò dobbiam eſſer contenti di una ragionevole imitazione, ed eſaminare l'iſteſſa gemma, la quale è di merito eminente fra le più prezioſe, in modo che niente di più ſi può deſiderare, e con ragione può pretendere un luogo principale fra le eccellenti.



(6) Il Sig. Abate Winkelmann nel libro intitolato Deſcription des Pierres gravées ec. pag. 326. parlando di queſta gemma ci avverte di una notizia a tutti nota in Roma, cioè di eſſere ſtato modernamente fatto il nome di Cneio dal Sig. Antonio Pikler. Io dirò di più, che il Sig. Beliſario Amidei Mercante in Piazza Navona ci fece incidere da Pikler queſto nome di Cneio. Non poſſo fare a meno di non maravigliarmi, che il Sig. Winkelmann, il quale è tenuto in gran riputazione, abbia ardito di ſpacciare con ſicurezza, che queſt'opera maraviglioſa non corriſponda alla fama di Cneio. Io non poſſo fare a meno di eſprimere, che tal ſentimento è un giudicare ſenza alcun guſto del bello, e giudicarne con biaſimevole ſicurezza contro tutte le perſone dotate di cognizioni. Io mi contenterò in queſto luogo di raccontare, che il Chiar. Barone Stoſch eſſendo ſtato ricercato dal Sig. Giovacchino Rendorp Patrizio Amſtelodamenſe di dire il ſuo ſentimento ſopra queſta gemma, la quale gli fù eſpreſſamente mandata a Firenze, riſpoſe a queſto Signore in queſti termini: *che non ſi poteva vedere un lavoro più eccellente, e più ſtimabile; ed eſſere infinitamente più raro di un belliſſimo diamante*. Io non poſſo tralaſciare di dire, come queſt'uomo con altri Antiquarj è caduto nel volgare errore di attribuire queſta gemma a Teſeo. Egregiamente conviene a queſti Antiquarj, riguardo a tal propoſito, quel che diſſe Orazio lib. 1. Ep. 19. v. 19.

*O ſervi imitatori, come ſpeſſo*
*Lo ſtrepito che fate mi ha commoſſo*
*A collera, et a riſo ec.*

(7) Plin. lib. 35. cap. 10. (8) Una piccola parte del cranio rotta è ſtata ſupplita con dell'Oro.

(9) Il Bar. Stoſch nel lib. Gem. Ant. pag. 28. fù il primo a pubblicare queſta gemma dicendo. *Si vede il viſo di un giovine Ercole inciſo di profilo con ſingolar maeſtrìa, con occhio ridente, con faccia ilare, con ricciuti capelli, ma che dimoſtra una certa forza, e grazia virile accompagnata da venuſtà e bellezza, come era quella ſtatua di Policleto rappreſentante un fanciullo Doriſoro* (cioè un fanciullo ſoldato con l'aſta) *della quale Plinio* lib. 34. cap. 8. *dice che ſi poteva chiamare un fanciullo di aſpetto virile*. Gori poi la pubblicò nel vol. 2. del Muſ. Fior. pag. 21. dicendo. *Queſta opera certamente eccellente, e ſingolare, inciſa in un Zaffiro* (cioè in Acqua Marina) *di belliſſimo colore, manifeſta chiaramente eſſere ſtato Cneio peritiſſimo nell'arte d'incidere, del quale artefice non ne fanno menzione gli antichi Scrittori. Si vede, e non ſenza quello ſtupore, che naſce dal vero, Ercole sbarbato nel fiore della ſua gioventù quand'era per intraprendere per tutto il mondo l'impreſe famoſe. La di lui teſta perfettiſſima crederesſi eſſer vivente: sì bene la mano maeſtra dell'artefice ſeppe unire inſieme una ſingolar bellezza nel volto, ed una dignità non ſolamente piacevole, ma alquanto ancora ſevera. Quant'ornamento ed eleganza dei cortiſſimi capelli sì folti, e sì ricciuti ec.* Il ſopramentovato Stoſch dice nel luogo cit. *Giovanni Fabbri nei Commentarii all'immagini dell'Orſini pag.* 65. *n.* 114. *aveva veduto queſta gemma, e giudicò che le lettere greche* ΓΝΑΙΟΣ *cioè Cneio, le quali ſono il vero nome dell'artefice, voleſſero indicare il nome proprio del Gran Pompeo, e che con queſta pietra era ſolito di ſigillare, o pure che egli ſe ne ſerviva per teſſera. Noi abbiamo veduto in diverſi Muſei delle gemme antiche inciſe col medeſimo nome, le quali a bella poſta tralaſciamo di nominare, ſapendo eſſervi ſtate inciſe poco fa delle lettere Greche ad effetto di ingannare i compratori, e vendergliene a maggior prezzo.* Nel medeſimo Muſeo Strozzi ſi conſerva un Cammeo ſcolpito in un belliſſimo Niccolo rappreſentante la teſta di Ercole giovine, che ſicuramente nella diligenza, arte, e bellezza, non cede ai lavori di Cneio. In queſto Cammeo l'eccellentiſſimo artefice ha fatto pompa talmente della ſua maeſtria, che ha avuto l'ardimento d'incavare nell'interno della gemma tutto il collo dell'Ercole. Un'altro Greco artefice inciſe in una gemma, che ſi chiama Giada, un'Ercole giovine ſimile al noſtro, e con uno ſtile sì felice, che pare gareggiare colla bellezza della noſtra gemma. Queſt'intaglio fù comprato, non è gran tempo, dal Sig. Hamilton nobiliſſimo Cav. Ingleſe.

*Summa diligentia, ſingularique arte in Capitibus elaborandis Cneium uſum fuiſſe oſtendimus; eumdem vero & in integris perficiendis figuris praeſtitiſſe unica Athletae gemma declarat, in qua juvenis a fronte firmiter ſtans, corpuſque robore plenum oſtentans aſpicitur, qui quidem corporis habitus tantae eſt difficultatis, ut vel a peritiſſimis artificibus perraro fuerit expreſſus. Tractus muſculorum maxime hoc in opere ſunt admirandi: molles enim, ſimulque viſibiles apparent, nec ultra naturae fines excedunt, quod vel ideo animadverti optamus, quia & peritiſſimi antiqui artifices in hoc lapſi ſunt, ut monumenta antiquitatis oſtendunt. Cum enim nervorum, muſculorumque tractus in gemmis, ſtatuiſque, quibus Heroem robuſtum exprimere volebant, excalpſerunt, rudes, & duritiei plenos, adeoque extantes duxerunt, ut parvulis montibus, ſcopuliſque perſimiles videantur. Elegantiſſimo hoc in opere mira membrorum ſibi optime reſpondentium fulget elegantia, dignitas, pulchritudoque, qualis Athletas decet. Non minori uſus eſt Cneius diligentia in ſcalpendo nomine, quo ſui memoriam aeternitati commendaret, quod quidem adeo parvulis expreſſit literulis punctis in uniuſcujuſque extremitate diſtinctis, ut nudis oculis difficillime diſtingui poſſent. Hinc factum, ut Cl. Venuti* (10) *in errorem inductus fuerit, quum gemmam iſtam publici juris fecit. Gelii enim nomine illam vulgavit, eumdemque ſequutus eſt Clar. Comm. Victorius* (11). *Gemmae hujus igitur attente inſpecta imagine Cneii nomen certo certius deprehendi inſcriptum. Nec recenſiti Clariſſ. auctores culpandi ſunt: facili enim negotio in minutiſſimis literulis pro* ΓΝΑΙΟΥ *legi poteſt* ΓΗΛΙΟΥ, *dum hujus nominis differentia in ſecunda litera ſtat, ideſt in linea diagonali pro orizontali deducta, ſcilicet N pro H, praeſertim cum litera A ſaepiſſime in antiquis gemmis ſine tranſverſa linea occurrat, & cum* Λ *confundatur. Idem monumentum a Natterio* (12) *in lucem editum eſt, Cneioque reſtitutum. En de hac praeclara gemma ejus ſententia.* Cette Athlete oignant ſon corps ſuivant l'uſage des anciens, & gravè dans un Hyacinte Orientale, oû Berylle couleur du grenat de Boheme, deja fort rennomè parmi les antiquaires, paſſe pour etre de la plus belle antiquitè, tant par la perfection de la gravure, que par la beautè de la pierre, qui eſt aſſurement incomparable, car il n'y en a point de pareille en grandeur, ni en perfection. ( *Dein ait* ) Outre cela la grand duretè de la pierre rend un ouvrage de cette nature beaucoup plus difficile a faire, que ſi c'etoit une Cornaline ordinaire, ſur tout ſi, comme cet artiſte, on a l'ambition & la patience de lui donner un poliment parfait, tel que l'eſt celui-ci qui a juſte titre merite l'eſtime des tous les amateurs, & connoiſſeurs en fait de gravure, & qui montre a quelle haute perfection les anciens artiſtes ont portè l'art de graver, & de polir le dedans même des pierres le plus dures. *Itaque Gemma iſthaec tantae eſt pulchritudinis opus, ut inter pretioſiſſima quaeque antiquitatis monumenta unum ex principibus locis obtineat.*

*In celeberrimo Meadiano Muſeo* (13) *& alia adſervatur gemma Cneii nomine inſignita* Minerva Χαλινῖτις, vel fraenatrix, ita cognominata, quod Pegaſum domuit, fraenatumque Bellorophonti tradidit. Hinc galea ejus, ut in hac gemma cernitur, Pegaſo ornari ſolebat. Vide Muſ. Flor. T. 61. num. 2. Artificis nomen ΓΝΑΙΟΣ inſculptum habet in carneola. *Quanti gemma iſthaec habenda ſit, ignorare me fateor, cum mihi illam, vel illius apoſphragiſma videre datum adhuc non fuerit: ſed ſuſpectam habeo, quod Cneius numquam excalpſit ſigma tali modo* Σ, *at efformavit* C ( *ut in omnibus ejus gemmis obſervavimus* ). *Quamplurimas in Italico meo itinere in nobiliſſimis Muſeis, & Dactyliothecis obſervavi gemmas antiquas, quamplurimas alias recentes nominibus celebriorum veterum artificum inſignitas, quas ego a clarioribus hujus tempeſtatis artificibus elaborari videram. His perpenſis meam de Meadiana gemma confirmo opinionem. Ex laudibus, quibus Cneium noſtrum cumulavimus, argui poſſe videtur aurea Auguſti aetate illum floruiſſe,* ( *etiamſi altum de hoc perilluſtri artifice ſilentium Bar. Stoſch faciat, & unicam Herculis gemmam vulgaverit* ), *praeſertim quum illius opera minime Dioſcoridi cedant diligentia, ac elegantia, literulaeque, quibus ſuum expreſſit nomen eodem prorſus ſtylo videantur efformatae, & conſuetis punctulis in extremitate diſtinctae.*

IUNO

(10) *Venuti Collectanea Antiq. Tab. 75. pag. 53.*

(11) *Vectori Diſſert. Glypt. pag. 5. Winkelmann deſcript. p. 455. in majorem errorem lapſus eſt, reputans hanc gemmam Gelii* ΓΗΛΙΟΥ *opus, poſtquam in adnotationibus Natterium fig. 25. in medium attulerat, qui ad veram lectionem Artificis Cneii nomen digeſſit.*

(12) *Natter Traitè ec. pag. 39.*

(13) Muſeum Meadianum, ſive Catalogus nummorum, veteris aevi monumentorum, ac gemmarum ec.

Se l'eccellentiſſimo Cneio ha uſato, come noi abbiamo dimoſtrato, grandiſſima perizia, ed artificio ſingolare nel fare le teſte, non minore ſenza dubbio ne ha uſato nel far le figure, come poſſiamo ammirare nell' unica gemma, che ci rimane rappreſentante un Atleta. Si vede di faccia queſta figura ben piantata di un giovine Atleta, moſtrando le membra piene di robuſtezza. Queſta attitudine di faccia è di tanta difficoltà, che rariſſimamente è ſtata uſata dai più inſigni e peritiſſimi artefici. In queſt' opera principalmente è da ammirarſi la muſculatura, imperocchè ſono i muſcoli viſibili e delicati, nè eccedono oltre i confini della natura, la qual coſa deſideriamo che ſi avverta, perchè ancora i peritiſſimi antichi artefici ſono caduti in queſt' errore, come lo dimoſtrano i monumenti dell' antichità. Imperocchè quando vollero eſprimere nelle gemme, e nelle ſtatue qualche Eroe robuſto ſcolpirono i muſcoli sì pieni di durezza, e gli fecero talmente prominenti, che raſſomigliavano a tante piccole colline, ovvero a tanti ſcogli. In queſt' elegantiſſimo lavoro riſplende un' eleganza, una dignità, ed una bellezza maraviglioſa di membra che convengono tra di loro beniſſimo, conforme ſi conviene a' lottatori. Nè minor diligenza ha adoprato Cneio nell' incidere il ſuo nome ( per renderſi meritamente immortale ) con lettere sì minute ornate nell' eſtremità coi ſoliti puntini, che molto difficilmente con occhio nudo diſtinguer ſi poſſono; talmentechè hanno dato occaſione di sbagliare al chiariſſimo Venuti nel pubblicare il primo queſta gemma (10) col nome di Gelio. Il chiariſſimo Commendator Vettori (11) ha ſeguitato le di lui pedate. Avendo adunque attentamente oſſervata un' impreſſione di queſta gemma vi riconobbi chiariſſimamente inciſo il nome di Cneio. Non ſono però da incolparſi queſti chiariſſimi Autori, perchè faciliſſimamente in lettere sì minute può leggerſi ΓΗΛΙΟΥ ( cioè Gelio ) in vece di ΓΝΑΙΟΥ; mentre la differenza di queſto nome conſiſte nella ſeconda lettera, cioè in una linea Diagonale, in vece di una Orizontale, cioè N in vece di H. E la lettera A ſpeſſiſſimo ſi incontra negli antichi monumenti ſenza la linea traverſa, ed è ſtata confuſa in vece di A. La medeſima gemma fù data alla luce da Natter (12) avendo reſtituito il nome di Cneio. Ecco il ſuo parere valutabile di queſto prezioſo monumento. *Cette Athlete oignant ſon corps ſuivant l'uſage des anciens, & gravé dans un Hyacinte Orientale, où Berylle couleur du grenat de Boheme, dejá fort renommé parmi les antiquaires, paſſe pour etre de la plus belle antiquité, tant par la perfection de la gravure, que par la beauté de la pierre, qui eſt aſſurement incomparable, car il n'y en a point de pareille en grandeur, ni en perfection.* ( Dein ait ) *Outre cela la grande dureté de la pierre rend un ouvrage de cette nature beaucoup plus difficile a faire, que ſi c'etoit une Cornaline ordinaire, ſur tout ſi comme cet artiſte on a l'ambition & la patience de lui donner un poliment parfait, tel que l'eſt celui-ci qui a juſte titre merite l'eſtime des tous les amateurs, & connoiſſeurs en fait de gravure, & qui montre a quelle haute perfection les anciens artiſtes ont porté l'art de graver, & de polir le dedans même des pierres le plus dures.* Queſta gemma adunque è di tanta bellezza di lavoro, che può collocarſi tra i più prezioſi monumenti dell' Antichità.

Nel celebre Muſeo Mead (13) ſi trova un' altra gemma col nome di Cneio, cioè *una Minerva Domatrice, così nominata perchè domò il Pegaſo, e domato lo dette a Bellorofonte; perciò la di lei galea, come ſi vede in queſta gemma, ſoleva eſſer ornata del Pegaſo. Vedi il Muſeo Fiorentino T. 61. n. 2. In queſta corniola è inciſo il nome dell' artefice* ΓΝΑΙΟΣ *Cneio.* Io ſon d' oppinione certamente, che il nome di queſta gemma, quantunque io nè detta gemma, nè una impreſſione della medeſima abbia finora veduto, ſia ſoſpetto, perchè non mai Cneio inciſe il ſigma in tal maniera Σ, ma lo formò come un C (come abbiamo oſſervato in tutte le di lui gemme). Nel mio viaggio d' Italia oſſervai nei celebri Muſei, e raccolte di gemme, moltiſſime gemme antiche, molte altre moderne, ornate dei nomi dei più celebri artefici, le quali io aveva già veduto lavorare dai più famoſi artefici di queſto Secolo. Eſaminate queſte coſe tanto più mi confermo, che il nome nella gemma di Mead ſia ſoſpetto. Dalle lodi che abbiamo date al noſtro Cneio ſi può facilmente argumentare, eſſer fiorito nell' aureo Secolo di Auguſto ( benchè di queſto nobiliſſimo artefice taccia il Bar. di Stoſch, e non pubblichi che la ſola gemma di Ercole ) principalmenie perchè le di lui opere nella maeſtrìa ed eleganza non cedono a Dioſcoride, e le lettere, colle quali ha inciſo il ſuo nome, ſi veggono formate del tutto col medeſimo ſtile, e diſtinte nell' eſtremità co' ſoliti puntini.

GIU-

(10) Venuti Collect. Antiq. T. 73. pag. 53.

(11) Vettori Diſſertaz. Glypt. pag. 5. L' Abate Winkelmann pag. 455. cadde in maggiore errore, giudicando queſta gemma opera di Gelio, dopo avere riportato nelle note Natter fig. 25. il quale riduſſe ottimamente alla ſua vera lezione il nome dell' artefice Cneio.

(12) Natter Traité &c pag. 39.

(13) Muſeum Meadianum, ſive Catalogus nummorum, ac gemmarum &c.

XLVIII.

# JUNO LANUVINA.

## CNEII OPUS,

*Carneolae inciſum.*

EX DACTYLIOTHECA JOAC. DE RENDORP PATRICII AMSTELODAMENSIS.

*Abſit veritati invidia. Etſi celeberrimi antiquitatum cultores pro aris, & focis contendant repraeſentari hac in gemma Theſeum, nos rei evidentia convicti tantorum virorum ſententiis adverſati Junonem Lanuvinam in ea exprimi tuto animo affirmamus. Clar. Baro de Stoſch Theſeum pelle taurina coopertum dixit; in ejus ſententiam pedibus iverunt omnes, Theſeique caput inſculptum credidere. Inter hos, ut mihi videtur, Clar. J. Stuart Pictor Anglus in eleganti Athenarum Antiquitatum libro, ſed potiſſimum Abb. Winkelmann, cum una ex meis aeneis tabulis neſcio quo caſu in ejus manus incidiſſet, injurioſe illam carpens a veriſimili multum, ut puto, aberravit. Putat enim hoc non eſſe Junonis caput Caprae pelle amictum, ſed Theſei cum pelle Leonis, dum inquit in libro, cui titulus* Deſcription des Pierres gravées du Baron de Stoſch p. 326. Tete de Theſée coeffée d'une peau de Lion. *Pictoribus atque poetis quidlibet audendi ſemper fuit aequa poteſtas; non antiquariis, quibus fines naturae praetergredi non licet. Verumenimvero lippis oculis in hac pelle cornua, & pedes biſidi obſervantur. Etiamne in tam perſpicuis rebus nonnulla argumenta quaerenda ſunt? Nonne vobis, lectores benigniſſimi, cernere oculis videmini ipſam veritatem? Ubi enim gentium cornuti cum pedibus biſidis Leones reperiuntur? An vero perraram hanc, & peregrinam ex animalium monſtruoſorum Aeliani, atque Plinii hiſtoria notitiam deſumpſerit, nos ignorare fatemur, omneſque tantum Antiquarium, ut ex abſconditis eruditionis ſuae theſauris eam nobis prodat, exoramus. Interea cum Merlino Coccaio dicam,*

Non miranda tamen debet res iſta videri;
Nam monſtrum ſemper gignere monſtra ſolent.

*Quid eſt? Num mentior? Quam miſerum eſt id negare non poſſe, quod ſit turpiſſimum confiteri! O miſerum ſi intelligis, miſeriorem ſi non intelligis. His, aliiſque ſimilibus verbis Winkelmannum ego, ſi adhuc inter vivos ageret, compellare poſſem, ut ejus in ſcribendo temeritatem aliquo modo coercerem. Sed his omiſſis contra ſententiam eorum celebrium Antiquariorum breviter propono argumenta.*

*Theſei imago neque in marmoribus, neque in nummis uſpiam reperitur, ex qua, Theſei lineamentis cum hujus noſtrae carneolae lineamentis collatis, arguere liceat hac in gemma Theſei caput exprimi. Nec mihi nummus Theſei capite inſignis objiciatur. De hoc enim infra nobis habendus erit ſermo. Dein contendo noſtra in gemma pulcherrimae mulieris faciem doctiſſima manu molliter expreſſam, vel rudiores rei antiquariae ſtudioſos primo obtutu agnoſcere poſſe, atque ita claris muliebrem venuſtatem micare lineamentis, ut ne oporteat quidem intuentium oculos perſtringere. Scilicet ſtultitiae nota ei eſſet inurenda, qui plura in medium proferret ad ea probanda, quae viſu definiuntur.*

*Quatuor circumferuntur numiſmata* (*), *quibus Theſeum repraeſentari nonnulli contendunt. Nos illa hic in medium producimus. Lectoris vero erit judicium ferre, utrum ſani capitis homo in his Theſeum agnoſcere valeat.*

*Horum primum refertur in volumine primo Theſauri Britannici* (1) *quod perpendens Clar. Comes de Winkilſea, dubius haeret, nec adfirmare audet, utrum Herculem, an Theſeum repraeſentet,*

(*) *XXVII. N. I.*

(1) *Haym Teſaur. Brit. vol. 1. pag. 184.*

XLVIII.

# GIUNONE LANUVINA.

## *OPERA DI CNEIO,*

### Inciſa in Corniola.

*DEL MUSEO DEL SIG. GIOACCHINO RENDORP PATRIZIO AMSTELODAMENSE.*

CI ſia permeſſo di parlar francamente. Quantunque i più celebri Antiquarii con tutti i loro sforzi pretendano eſſer rappreſentato in queſta gemma Teſeo; noi dall'evidenza convinti ci opponghiamo al ſentimento di tanti Letterati, e con total ſicurezza affermiamo eſſere eſpreſſa in queſta gemma Giunone Lanuvina. Il Chiariſſimo Baron Stoſch diſſe eſſer Teſeo colla teſta coperta della pelle di Toro: Tutti ciecamente ſeguitarono le di lui pedate, e credettero la teſta di Teſeo; tra i quali (mi pare) il Chiariſſimo Sig. Gio. Stuart pittore Ingleſe nell'elegante libro dell'Antichità di Atene; ma principalmente il Sig. Abate Winkelmann, il quale non ſo in qual maniera avendo nelle mani uno dei miei rami dell'Opera, ingiurioſamente riprovò il mio ſentimento. Io credo aver lui sbagliato fortemente; imperocchè giudica non eſſer queſta la teſta di Giunone coperta della pelle di Capra, ma eſſer Teſeo con la pelle di Leone; mentre dice nel libro intitolato. *Deſcription des Pierres gravées du feu Baron de Stoſch pag. 326. Tete de Theſee coeffée d'une peau de Lion.* Ai Pittori, ed ai Poeti ſempre fù lecito d'inventare coſe nuove: non agli Antiquarii, ai quali non è lecito trapaſſare i confini della natura. Or ſenza fallo con occhi ancora ciſpoſi ſi oſſervano in queſta pelle le corna, ed i piedi diviſi. In una coſa ancora tanto chiara ſono da cercarſi altre prove? Forſe, benigniſſimi lettori, non vi par di vedere l'iſteſſa verità? Dove mai ſi trovano i Leoni con le corna, ed i piedi diviſi? Ha egli forſe cavata queſta notizia sì rara, e pellegrina dall'Iſtoria degli animali moſtruoſi di Eliano, e di Plinio? Noi confeſſiamo di non ſaperlo; noi preghiamo un tanto Antiquario, che ci faccia paleſe da quali teſori naſcoſti della ſua erudizione ha cavato queſta notizia. Frattanto io dirò con Merlino Coccai.

*Ma ciò recar non debbe maraviglia, Perchè moſtri da' moſtri naſcer ſogliono.*

Coſa è mai queſta? Forſe io mentiſco? Oh quanto infelice coſa è non poter negar ciò, che è vergognoſiſſimo di confeſſare! O poveretto ſe intendi, e più poveretto ſe non intendi. Con queſte, e ſimili parole io potrei indirizzarmi a Winkelmann, ſe ancora viveſſe, per raffrenare in qualche maniera la temerità di lui nello ſcrivere. Ma tralaſciate queſte coſe, contro l'oppinione di tanti Chiariſſimi Antiquarii brevemente eſporrò i miei argumenti.

Neſſuna immagine di Teſeo nè in marmi, nè in gemme, nè in medaglie ſi ritrova, dalla quale confrontati i lineamenti di Teſeo co' lineamenti di queſta noſtra Corniola ſi poſſa argumentare eſſere eſpreſſa in queſta gemma la teſta di Teſeo. Nè mi ſi opponga alcuna inſigne medaglia di Teſeo, perchè di queſto ne parleremo più a baſſo. Dipoi io pretendo, che un peritiſſimo artefice ha nella noſtra gemma delicatamente eſpreſſa la faccia di una belliſſima femmina. I principianti, che ſi dilettano dell'antichità, a prima viſta potranno ciò ravviſare: poichè di tal maniera, e con sì chiari lineamenti riſplende una bellezza muliebre in eſſa, che non conviene di sforzare gli occhi dei riſguardanti. Certamente ſi meriterebbe la nota di ſtolto chi produceſſe molti argumenti per provare quelle coſe, che a prima viſta ſi definiſcono.

Quattro ſi dicono le medaglie (*) nelle quali alcuni pretendono eſſere rappreſentato Teſeo. Noi quì le riporteremo, acciò poſſa decidere il giudizioſo lettore, ſe un uomo di buon ſenſo può in queſte medaglie riconoſcere il volto di Teſeo.

La prima di queſte medaglie è riportata nel primo volume del Muſeo Britannico (1). Il Chiariſſimo Conte di Winchelſea dubbioſo ſopra queſta medaglia non ardiſce affermare ſe rap-

(*) Tav. XXVII. Num. I.

(1) Haym Teſ. Brit. vol. 1. pag. 184.

*tet; rationes vero, quibus Theſeum exprimi arbitratur, ſilentio praetereundas cenſemus, ne prolatae tanti viri nomen minuant. Unum illud monere debemus Theſeum hic adeo horribili videri adſpectu, ut illi, quem nobis deſcribit Pauſanias* (2) *prorſus ſit diſſimillimus*.

*Ad alterum illuſtrandum deſcendens, incertus videtur, utrum Marti, an Theſeo illud adſcribat, leviſſimiſque dein argumentis Theſeum hic cuſum eſſe ait. Rectius aedepol judicium tuliſſet, ſi Martem dixiſſet, utpote qui iiſdem prorſus lineamentis in pleriſque Magnae Graeciae nummis aſpicitur. In tertio Theſeum indicta cauſa aſſerit expreſſum, quamvis ſit Mars galeatus. Quiſquis vero quartum in Muſeo Pembrokiano adſpexerit, ſtatim Minervam galeatam ibi vel primo obtutu expreſſam agnoſcet* (3).

*Unicum numiſma, in quo inſcriptio Theſei rei antiquariae ſtudioſis fucum facere poteſt, illud eſt primum a Vaillantio inter Graeca numiſmata* (4) *prolatum, & de quo ipſe ita loquitur* ΘΕΣΕΑ ΝΙΚΑΙΕΙΣ (*) Theſeum Nicaenſes (*colunt*) caput Theſei cum pelle. Nicaenſes Theſea veneratos fuiſſe nos edocet eorum nummus, & Plutarchus in eorum regione Pythopolim condidiſſe, & bellum Amazonibus inde intuliſſe, ſcribit: ſic Bythiniam in ejus poteſtatem fuiſſe redactam credibile eſt. Ut autem Athenienſes Theſea tamquam Heroem colebant, ſic eum Nicaenſes. Theſeus clava pro armis utebatur, & cum Herculis facta imitatus eſt, Nicaenſes illi Leonis exuvias tribuerunt; erant autem genere propinqui ex conſobrinis nati Hercules, & Theſeus. *Sigisbertus vero Havercampius* (5) *in eumdem incidit errorem bina referendo numiſmata, quorum primum Theſeum exprimere arbitratur, de quo haec ait*. Bythiniae Urbs Nicaea. Inter Heroas eadem urbs Alexandrum Magnum coluit, & Theſea. Oſtendunt id nummorum duorum qui ſequuntur inſcriptiones ΑΛΞΑΝΔΡΟΝ ΝΙΚΑΙΕΙC. Alexandrum Nicaenſes (ſcilicet colunt), in altero ΘΕCΕΑ ΝΙΚΑΙΕΙC Theſea Nicaenſes. In ſuperiori nummo ſignum Jovis ſtans dextra fulmen, ſiniſtra haſtam oblongam gerens, in altero caput Theſei eſt Leonis pelle amictum. *At pace Clar. viri; quemadmodum in dubium revocare non licet in poſtica prioris nummi parte Jovem ſtantem repraeſentari, licet in hoc ipſe Havercampius haereat, ita certum omnino eſt ex cuſi capitis adſpectu in altera Herculem Leonina pelle tectum exprimi. Et quum in prima Alexandri nomen aſpiciatur, licet illius imago deſideretur, idem de altera ſermo recurrit. Quamplurima habentur numiſmata eruditis omnibus nota, quae Regis alicujus nomine inſigniuntur, & Numinis, vel alterius rei referunt imaginem* (6), *ex quibus illud prono alveo fluere videtur, claudicare argumentum, quod ex nummis illis infertur, & quo Theſea in illis, de quibus loquimur, expreſſum haberi, omnino contendunt, & obſtinate probatum volunt, praeſertim quum illud ab Havercampio prolatum ſenile referat caput. Et licet concedamus in illis Theſea revera fuiſſe cuſum, quis tanti erit, ut ex nummis, de quibus nunc ſermo eſt, noſtrae gemmae caput Theſei habendum imaginem audeat inferre, quum iſtius lineamenta ab illis prorſus abhorreant?*

*Leonardus Agoſtini quoque gemmam edidit* (7), *in qua Theſea cuſum eſſe ſenſit, illis ductus forſan argumentis, quae a Gorio poſtea relata ſunt* (8). Illud vero (*inquit*) obſervatu dignum eſt, quod detonſas habet comas, quae capiti in anteriori parte imminent, in poſteriori vero valde promiſſae ſunt; quibus effingendis ſolertiſſimus artifex, ut in hoc eximio cernitur opere, excelluit. Conſtat enim eum ex ephebis egreſſum iviſſe Delphos, & Apollini, ex veteri conſuetudine

(2) *Pauſan. lib. 1. Att. cap. 19.*

(3) *Muſ. Pembrokani pag. 2. T. 46. num. 1.*

(4) *Vaillant Num. Gr. pag. 71. Nummus eſt tert. magnit. ex Muſeo olim Mediceo, nunc Arc. Auſtriae M. D. Etruriae Mihi ab Eruditiſſimo amico, & Clar. Raymundo Cocchi Muſei Praefecto tranſmiſſa fuit hujus nummi delineatio. Ille parum a Vaill. accurate editus fuerat. Forſan diphtongus* ΑΙ *in* Ε *mutata eſt.* ΝΙΚΕΕΙΣ *pro* ΝΙΚΑΙΕΙΣ *a Graecis uſurpatur nonnullis, ſeu potius monetarii eſt error.*

(*) *Tab. XXVII. N. II.*

(5) *Sigisb. Havercam. in Nummophyl. Reg. Chriſtinae Tab. 62. num. 26. & 27. pag. 449.*

(6) *Conſule Henrici Flores librum Medallas de las Colonias vol. 2. pag. 432. & potiſſimum numiſmata Regum Siciliae.*

(7) *Leon. Agoſt. Tab. 57. pag. 39., dein a Maſſes edita pag. 1. T. 88. pag. 101.*

(8) *Gori Muſ. Flor. vol. 1. T. 32. num. 2. pag. 70.*

rappreſenti Ercole o Teſeo, e le ragioni, che adduce per giudicare eſſere eſpreſſo Teſeo, ſtimiamo bene paſſarle ſotto ſilenzio per non diminuire il nome di un sì illuſtre Perſonaggio. Noi però vogliamo ſolamente avvertire eſſere ſcolpito in queſta medaglia Teſeo con un ceſſo sì orribile, che è del tutto diſſomigliantiſſimo da quello, che ci viene deſcritto da Pauſania (2).

Diſcendendo ad illuſtrare la ſeconda medaglia ſta dubbioſo ſe ſia Marte, o Teſeo, e dipoi ſi riſolve con deboliſſimi argumenti a dire, che vi è ſcolpito Teſeo. Meglio certamente avrebbe giudicato, ſe aveſſe detto eſſere un Marte, conforme coi medeſimi lineamenti ſi oſſerva in molte medaglie della Magna Grecia. Senza addurne ragioni alcune aſſeriſce eſſere nella terza medaglia un Teſeo, quantunque ancora queſta rappreſenti un Marte galeato. Chiunque vedrà la quarta medaglia, che è nel Muſeo Pembrokiano (3) ſubito ſenza eſitare riconoſcerà a prima viſta eſſere eſpreſſa una Minerva galeata.

L'unica medaglia, nella quale l'iſcrizione di Teſeo può ingannare i dilettanti dell'antichità, è quella riportata dal Vaillant nelle medaglie Greche (4), della quale così parla: ΘΕΣΕΑ ΝΙΚΑΙΕΙΣ (*). *I Popoli di Nicea onorano Teſeo; la teſta di Teſeo colla pelle. Una medaglia dei popoli di Nicea c' inſegna aver loro venerato Teſeo, e Plutarco ſcrive aver queſt' Eroe nel loro paeſe fabbricato Pitopoli, e dipoi aver moſſo la guerra all' Amazzoni: così par credibile, che foſſe ridotta in di lui potere la Bitinia. Siccome gli Ateniesi veneravano Teſeo come un Eroe, così l' iſteſſo facevano i popoli di Nicea. Teſeo invece dell' armi ſi ſerviva di una clava, & imitando egli le azioni d' Ercole, i popoli di Nicea l' onorarono delle ſpoglie del Leone; Erano tra di loro parenti, eſſendo nati da Cugini Ercole, e Teſeo.* Sigisberto Avercampio (5) è caduto nell' iſteſſo errore riportando due medaglie, la prima delle quali giudica eſprimere Teſeo, dicendo. *Nicea Città della Bitinia; queſta Città venerò tra i ſuoi Eroi Aleſſandro Magno, e Teſeo. Ciò vien dimoſtrato dall' iſcrizioni delle due ſeguenti medaglie* ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ ΝΙΚΑΙΕΙΣ. *I Popoli di Nicea venerano Aleſſandro. Nell' altra medaglia* ΘΕΣΕΑ ΝΙΚΑΙΕΙΣ. *I Popoli di Nicea venerano Teſeo. Nella prima medaglia è la ſtatua di Giove in piedi tenendo nella deſtra un fulmine, nella ſiniſtra una lunga aſta: nell' altra la teſta di Teſeo coperta colla pelle del Leone.* Mi permetta queſto chiariſſimo Antiquario di dire, che è indubitato nel roveſcio della prima eſſere rappreſentato Giove in piedi, benchè egli ſe ne moſtri dubbioſo, ed è ſicuriſſimo dall' aſpetto della teſta ſcolpita eſſere eſpreſſa nell' altra medaglia la teſta di Ercole coperta colla pelle di Leone. E ſiccome nella prima vi è il nome di Aleſſandro, quantunque vi manchi la di lui effigie, così cammina il medeſimo diſcorſo ſopra l'altra medaglia. Ci ſono molte medaglie a tutti gli Eruditi ben cognite, le quali ſi diſtinguono col nome di qualche Rè, ed in vece del Rè vi è l'immagine di qualche Deità, o altra coſa (6). Perciò ſi vede chiaramente non ſoſtenerſi quell' argumento, che ſi deduce da quelle medaglie, col quale pretendono oſtinatamente eſſer provato, che ſia in eſſe eſpreſſo Teſeo; particolarmente rappreſentando quella riportata dall' Avercampio una teſta ſenile. E quantunque ſi concedeſſe eſſere ſcolpito in eſſe Teſeo, chi averà l' ardire di dedurre dalle medaglie in queſtione, che la teſta della noſtra rappreſenti l' immagine di Teſeo, quando i lineamenti di queſto Eroe ſono del tutto diſſomigliantiſſimi dalla noſtra gemma?

Leonardo Agoſtini pubblicò ancora una gemma (7), nella quale giudicò eſſere ſcolpito Teſeo indotto forſe da quelli argumenti, che furono poi riferiti da Gori (8). *Ma merita* (dic' egli) *di oſſervarſi, che ha toſate le chiome, le quali ſono ſopra la parte davanti della teſta, ma nella parte di dietro ſono allungate. Nell' incidere queſte chiome ſi ſegnalò il ſagaciſſimo artefice, come in queſta eccellente opera ſi vede. Imperocchè è coſa notiſſima, che eſſendo egli giovinetto andò a Delfo, e*



(2) Pauſan. lib. 1. Att. cap. 19.

(3) Muſ. Pembrokiani p. 2. T. 46. n. 1.

(4) Vaillant Numiſm. Graeca pag. 71. Queſta medaglia è di terza grandezza del fù Muſeo Mediceo, ora Arciduca d'Auſtria Granduca di Toſcana, della quale mi fù traſmeſſo il diſegno dal Chiariſſimo e Eruditiſſimo amico Sig. Raimondo Cocchi Cuſtode del Muſeo. Ella era ſtata traſcuratamente pubblicata dal Vaillant. Forſe AI è ſtato mutato in E. ΝΙΚΕΕΙΣ in vece di ΝΙΚΑΙΕΙΣ ſi uſa da alcuni Greci, o piuttoſto è un' errore del Monetario. (*) T. XXVII. N. II.

(5) Sigiſ. Havercam. nel Muſeo di medaglie della Regina Criſtina di Svezia T. 62. n. 26. e 27. pag. 449.

(6) Vedi le medaglie di Colonia di Enrico Flores vol. 2. pag. 432. e principalmente le medaglie dei Rè della Sicilia ec.

(7) Leonardo Agoſtini Tab. 57. pag. 39. Dipoi fù pubblicata dal Maffei nella parte 1. T. 88. pag. 101.

(8) Gori Muſ. Flor. vol. 1. T. 32. n. 2. pag. 70.

dine capillorum ſuorum primitias conſacraſſe (9). Congruit etiam eidem Theſeo, quem pulcherrimum fuiſſe memorant (10) inſignis formae praeſtantia, primaeque juventae floridum decus, quod affabre expreſſum eſt a ſcalptore in hac gemma (11).

*Caninius* (12) *ſuarum imaginum primae Theſei nomen indidit, nullam aliam prorſus afferens rationem praeter comae pulchritudinem, oriſque venuſtatem; quae argumenta quanti habenda ſint, hi videbunt, qui perpendent ingenuam Theſei deſiderari imaginem, & praeter duo illa dubia nummorum monumenta nullum aliud adhuc cognoſci. Alterum in* 86. *tabula profert caput, cui nullum addit nomen, ſed cum Taurina amictum ſit pelle, Seleucum Nicatorem, ac Theſeum, quorum virtus contra Tauros celebris fuit, in medium affert: ex quibus illud conjectare licet: Caninium arbitratum fuiſſe ex illa Taurina pelle Theſeum indicari, uti qui apud Plutarchum fortaſſe lectitarit Theſeum Marathoniae Taurum Tetrapoleos incolis infeſtum viciſſe, illumque apprehenſum vivum per mediam urbem ad virtutem oſtentandam duxiſſe, Apollinique Delphico immolaſſe. Nullus tamen eſt, ut mihi videtur, hiſtoricus, qui affirmet Theſeum poſt Tauri victoriam ex illius pelle ſibi efformaſſe capitis ornamentum, nec ex nummis antiquiſve monumentis iſtud eruitur. Non ignoramus quidem quod Theſeus* nummum etiam cudit Bove inſculpto, incertum propter Marathoniumne Taurum, an Minois ducem, an ut Cives ad agriculturam adhortaretur (13) *ut Plutarchus narrat. De Seleuco vero Appianus Alexandrinus auctor eſt ex Tauri devicti pelle caput ornaviſſe ſuum. Ita enim in Syriacis* (14). Seleucus & quia victorioſus fuit Nicator vocatus eſt (hoc enim credere malim, quam cognomen ex Nicatore caeſo retuliſſe eum quaſi opimum ſpolium), & quia vaſto robuſtoque fuit corpore, adeo ut Taurum ferocem ſacrificante Alexandro vinculis ruptis profuſum ſolus cornibus arreptum retinuerit manibus, affingunt eius ſtatuis cornua. *Num ex his inferri dicendum eſt Seleucum noſtra in gemma exprimi, quem Athenienſes ſtatua aerea honoravere taurina cornua capiti ejus aptantes, prout Libanius affirmat* (15)? *Nos enimvero cum in numiſmatibus illius imaginem noſtrae prorſus diſſimillimam aſpiciamus, nec Seleuco gemmam tribuendam eſſe facile crediderimus.*

*Fulvius Urſinus, Bellorius, Caninius, caeterique omnes, qui Heroum, illuſtriumque virorum imagines publici fecerunt juris, ſaepe ſaepius ad arbitrium nomina illis indidere; atque ideo in ſexcentos errores delapſi artifices pro Heroibus obtrudere non ſunt veriti. Quapropter illorum, qui Decimoſexto, & Decimoſeptimo ſaeculo rei antiquariae operam navarunt, inhaerere veſtigiis periculoſum eſt, niſi caute perpendantur rationes, queis illorum nituntur argumenta; atque hoc potiſſimum in cauſa eſt, cur recentiores antiquitatum ſtudioſi in ſcopulos non raro incurrant; praeterquamquod, ut Muſeorum ſtatuas, protomaſve reddant celebriores, Philoſophorum, Heroum, illuſtriumque virorum nomi-*

(9) *Plutarcus in ejus vita.*

(10) *Apollodorus Bibliotb. lib.* 3. *Si mens non me feſellit, numquam Theſei formae praeſtantia, ut aſſerit Gori, ab Apollodoro praedicatur. Sed Phaedra apud Senecam inquit in Hippol. Act.* 2. *verſ.* 644.

Theſei vultus amo
Illos priores, quos tulit quondam puer,
Cum prima puras barba ſignaret genas.

*Vide Meurſium de Theſei vita lib. ſingular. Gronov. Antiq. Graec. vol.* 10. *pag.* 495. *Lucianus* (*in Cynico vol.* 3. *p.* 546.) *tamen barbatum fuiſſe aſſerit, verba faciens de Theſeo.* Vir ſuae aetatis omnium fortiſſimus. Sed tamen is quoque voluit ſine calceis eſſe, & incedere nudus, & barbam & comam alere ipſi placuit.

(11) *In Gemmis, de quibus Gorius loquitur, crines in anteriori parte tonſi haud cernuntur, qui ſi ita eſſent aliquomodo Theſea indicarent, ſed e contrario capilli ex occipitio in frontem collecti virilem quamdam efficiunt venuſtatem. Haec caeteraque argumenta, etſi nullius ponderis habeantur, nihilo tamen minus illud unum prae caeteris valet, omnes, quae in iſtis nummis Theſei habentur, imagines a noſtrae gemmae capite eſſe prorſus diſſimiles, & prorſus abhorrentes.*

(12) *Canini Imag. T.* 1. *&* 86. *Begerus in Theſ. Brand. vol.* 3. *pag.* 318. *&* 319. *anaglyphicum monumentum exhibet, in quo Hippolyte Amazon Theſeum fugiens exhibetur, ut conjicit. In hoc Theſeus barbatus galea ornatus repraeſentatur, ſed nil cum noſtra gemma commune habet.*

(13) *Plutarch. loc. cit. vol.* 1. *pag.* 16.

(14) *Appian. Alex. pag.* 200.

(15) *Liban. in Antioch. pag.* 351. Athenienſes ſtatua aerea Seleucum honorant, taurina cornua capiti ejus adaptantes, illudque propter jus inſigne.

*ſecondo l'antica conſuetudine conſacrò ad Apollo le primizie de' ſuoi capelli* (9). *Conviene ancora al medeſimo Teſeo, il quale dicono eſſere ſtato belliſſimo* (10) *quell' inſigne eccellenza di lineamenti, e quel leggiadriſſimo fiore di gioventù, che è ſtato egregiamente dall' Inciſore in queſta gemma eſpreſſo* (11).

Canini (12) giudicò per Teſeo la prima delle ſue immagini, non adducendo altre ragioni che la bellezza del volto, e delle ſue chiome. Queſte ragioni quanto ſiano da valutarſi lo vedranno quelli, i quali eſamineranno non eſſere a noi pervenuta alcuna vera immagine di Teſeo, e fuori di quei due incerti monumenti di medaglie, fino ad ora non eſſer da noi conoſciuto verun altro ſincero monumento di queſto Eroe. Nella tavola 86. riporta un'altra teſta, alla quale non dà nome alcuno, ma eſſendo coperta con la pelle di Toro nomina Seleuco Nicatore, e Teſeo, che dimoſtrarono il loro valore contro dei Tori; dal che può inferirſi, che Canini facilmente abbia congetturato alludere queſta teſta coperta con la pelle di Toro a Teſeo; avendo egli probabilmente letto in Plutarco, come Teſeo riportò vittoria del Toro di Maratona, che infeſtava gli abitanti di Tetrapoli, ed avendolo preſo vivo lo conduſſe, per far pompa del ſuo valore, per mezzo della Città, e dipoi lo ſagrificò ad Apollo Delfico. Contuttociò non dice alcun Iſtorico, per quanto io ſappia, che Teſeo dopo la vittoria del Toro, della pelle di queſto animale ſi faceſſe un' ornamento alla teſta, nè tampoco ſi può ricavar ciò dalle medaglie, ed antichi monumenti. Sappiamo certamente da Plutarco (13) *che Teſeo coniò delle medaglie, nelle quali vi era ſcolpito un Toro: non ſi ſa ſe per memoria della vittoria del Toro di Maratona, o perchè ſi conſervaſſe la memoria di Minoe, o pure perchè egli voleſſe ſtimolare i ſuoi Cittadini a lavorare le campagne*. Ma di Seleuco abbiamo da Appiano Aleſſandrino aver vinto il Toro, ed eſſerſi ornato della ſua pelle la teſta. Così egli ne' Siriaci (14). *E perchè fù Seleuco vittorioſo, fù cognominato Nicatore (perchè a me par ciò più probabile, di quello che conſeguiſſe Seleuco tal cognome, come opima ſpoglia, per avere ucciſo Nicatore), e perchè fù di una corporatura grande, e robuſta, dimanierachè nel tempo che ſagrificava Aleſſandro, un Toro feroce avendo rotti i legami, e fuggendoſene, ſolo Seleuco con le mani preſolo per le corna lo ritenne, ſcolpiſcono nelle ſue ſtatue le corna di un Toro*. Per queſto ſi dovrebbe dire che la noſtra gemma rappreſenti Seleuco, cui al riferir di Libanio (15) gli Ateniesi onorarono di una ſtatua di bronzo, ornando la di lui teſta con le corna di un toro? Noi certamente, poichè vediamo nelle medaglie la di lui immagine diſſomigliantiſſima dalla noſtra gemma, non potremmo indurci a riferirla a Seleuco.

Fulvio Orſini, Canini, e Bellori, e tutti gli altri, che hanno pubblicato le immagini degli Eroi, ed uomini illuſtri, ſpeſſiſſimo hanno loro poſti de' nomi a capriccio, e perciò ſon caduti in mille errori, prendendo fino i nomi dei Greci arteſici inciſori di gemme per Eroi: Perlaqualcoſa il ſeguitare le veſtigia degli Antiquarii del decimoſeſto, e decimoſettimo ſecolo è coſa molto pericoloſa, ſe non ſi eſamina con cautela ſopra quali fondamenti hanno ſtabilite le loro oppinioni. E queſto è il motivo, per il quale i moderni Antiquarii ſpeſſiſſimo ſono incorſi in molti sbagli, ripoſando ciecamente ſopra i ſentimenti altrui; oltredichè per render più celebri

 i buſti

(9) Plutarco nella vita di Teſeo.

(10) Apollodoro nel lib. 3. della Biblioteca. Se la mia mente non m'inganna, mai è celebrata da Apollodoro l'eccellenza della bellezza di Teſeo, come aſſeriſce Gori. Ma Fédra preſſo Seneca in Hippolito Act. 2. v. 644. dice.

*Amo di Teſeo quel primiero volto,*
*Che avea nel vago April de' ſuoi verdi anni,*
*Quando ſegnava il giovenil ſembiante*
*Lanugin rada ec.*

Vedi Meurſio nella vita di Teſeo. e nell'antichità Greche del Gronovio vol. 10. pag. 495. ec. Luciano (In Cynico vol. 3. p. 546.) però parlando di Teſeo aſſeriſce eſſer barbato. *Queſti era l'uomo il più forte tra tutti della ſua età. Ma contuttociò voleva eſſer ſenza ſcarpe, ed andare a piedi nudi, e gli piaceva di avere la barba, e la chioma.*

(11) Nelle gemme, delle quali parla Gori, non ſi veggono i capelli toſati nella parte davanti, che ſe foſſero reciſi ſarebbe ſtata una qualche congettura per crederlo un Teſeo, quando anzi ſono tutti al contrario voltati ſopra la fronte, in modo che vengono a formare una certa virile bellezza. Queſti ed altri ſimili argumenti benchè foſſero di neſſun valore tenuti, vale queſto ſolo per tutti, che tutte l'immagini di Teſeo, le quali ſi veggono in queſte medaglie di queſto Eroe, ſono del tutto diſſomigliantiſſime dalla teſta della noſtra gemma.

(12) Canini Imag. T. 1. e 86. Begero nel Teſoro di Brandemburgo vol. 3. pag. 318. e 319 riporta un antico baſſorilievo nel quale congettura eſſere eſpreſſa Ippolita Amazzone, che fugge Teſeo. In queſto monumento è rappreſentato Teſeo con la barba, e col morione in teſta; ma niente affatto ha di comune con la noſtra gemma.

(13) Plutarco nella vita di Teſeo vol. 1. pag. 16.

(14) App. Al. Hiſt. Rom. pag. 200.

(15) Lib. in Antioch. pag. 351. *Gli Ateniesi onorano Seleuco di una ſtatua di bronzo, ornando la di lui teſta con le corna di un Toro, e ciò come un celebre diritto.*

*nominibus pro lubidine eas donant; quorum numerum Deo favente in poſterum nos imminuturos eſſe ſperamus evidenter demonſtrando errores, in quos nobiles antiquitatis amatores omnia commiſcentes turpiter lapſi ſunt. Numiſmatum ſcientia* (16) *adeo rerum antiquarum ſtudioſis eſt neceſſaria, ut ſine iſta fieri omnino non poſſit, quin ſaepiſſime illorum decipiatur judicium, quum ſententiam de aliquo antiquitatis monumento ferunt. Si Herois Theſei, qui remotiſſima aetate floruiſſe creditur, certa imago vultuſque forma haberi poſſet, ea eſſet, quae in Muſei Herculanenſis picturis ſpectatur, ubi tabula 5. vol. 1. extat. In ea Theſeus prope victam procumbenſque monſtrum ſtans cernitur. At hujus quoque figura ab illa, quae in noſtra gemma exhibetur, diſſimilis prorſus apparet.*

*Rationes igitur illorum, qui Theſea hac in gemma ſe agnoſcere aſſirmant, ſatis refutatas eſſe arbitramur; quapropter propius ad noſtram explicandam ſententiam accedimus. Et primum contendimus ex ſolo gemmae adſpectu mulieris faciem agnoſci, quamquam vel caecutientibus oculis perluſtretur. Etenim ea ſingularis oris venuſtas, ac mollia faciei lineamenta adoleſcentulo vel pulcherrimo convenire non videntur. Sed miſſis iis, de quibus vel ipſi oculi judicium ferunt, alius generis rationes in medium proferamus. Et primum ſciendum Junonem Lanuvinam eodem prorſus ornatu, quo mulier iſthaec in noſtra exprimitur gemma, Lanuvii cultam fuiſſe, & in quamplurimis Romamanarum familiarum numiſmatibus eodem prorſus habitu aſpici. Verumenimvero ratio illa, quae rem in clariſſima locat luce, ex Mettiae, Papiae, Prociliae, Thoriae ec.* (*) (17) *gentis nummis eruitur, in quibus nitidiſſime cernitur Junonis caput caprina pelle cum cornibus amictum, & circum tempora caprae crura etiam caprinis ungulis, quae infra collum in nodum complicantur* (18). *Gemmam ipſam, ſi pulcherrima oris lineamenta quaeſiveris, in nummis expreſſam dices: quibus ſi addantur literae capiti in nummo gentis Thoriae cuſo circumſcriptae I. S. M. R. ſcilicet IVNO SOSPITA MAGNA ſeu MAXIMA REGINA* (19) *rem extra omnis dubitationis aleam ponendam, eſſe nemo erit qui dubitet.*

*De Junone Lanuvina inquit Oiſelius* (20): Haec quoque a Romanis primum Lanuvii culta, ut teſtis eſt Livius (21). *Lanuvinis, inquit, civitas data ſacraque ſua reddita cum eo, ut aedes lucuſque Soſpitae Junonis communis Lanuvinis municipibus cum populo Romano eſſet.* Hinc ſaepius apud auctores tam Livium, quam alios occurrit miſiſſe Romanos Lanuvium, qui ſacrificiis Junonem Soſpitam placarent. Poſtea tamen & eidem aedem Romae in Foro Olitorio extructam a C. Cornelio conſule refert quoque Livius (22). *Conſul principio pugnae aedem vovit Soſpitae Junoni, ſi eo die hoſtes fuſi, fugatique eſſent:* & idem (23): *Aedes eo anno aliquot dedicatae ſunt:*

(16) *Ad hanc rem appoſite conſule Spanhem. de Praeſt. & uſu num. Diſſet. 9. pag. 7 9. in 4.*

(*) *Tab. XXVII. N. III.*

(17) *Aud. Morelli Theſ. numiſm. pag. 281. 307. 361. 411. 607. 611. In Popiliae, & Prociliae gentis numiſmatibus poſtica parte obſervatur eodem habitu Juno Soſpita, ſeu Lanuvina dextra haſtam vibrans, laeva ſcutum oblongum tenens cum calceolis repandis. Cicero appoſite ad hoc numiſma lib. 1. de Nat. Deor. cap. 29. inquit.* Tam hercle, quam tibi illam noſtram Soſpitam, quam tu numquam ne in ſomniis quidem vides, niſi cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcuto, cum calceolis repandis. *In Pyliorum nummo Juno cornuta aſpicitur. Spanhem. de Praeſt. pag. 353. Pauſanias vero lib. 5. cap. 15. Junonem Ammoniam ab Elaeis cultam memorat.*

(18) *Uſus ornandi caput pellibus, ungueſque in nodum colligendi a Claudiano in lib. 1. de Raptu Proſerp. verſ. 16. deſcribitur.*

. . . . . . Leniſque ſimul procedit Jacchus.
Crinali florens edera, quam Parthica velat
Tigris, & auratos in nodum colligit ungues.

(19) *Spanhem. de Praeſt. pag. 83. in 4. aſſerit SISPITA appellari Feſti auctoritate, antiqua inſcriptione, atque Antonini Pii nummo nixus. Volpi Lat. Antiq. vol. 5. pag. 85. refert Inſcriptionem Junoni Soſpitae dicatam. IVNONI. S. M. R. OLIVS PRINCEPS. Ideſt Junoni Soſpitae Magnae Reginae.*

(20) *Oiſelius Theſaur numiſm. pag. 275.*

(21) *Liv. Dec. 1. lib. 8. cap. 12.*

(22) *Liv. Dec. 4. lib. 2. cap. 20.*

(23) *Liv. Dec. 4. lib. 4. cap. 27.*

i buſti, e le ſtatue dei Muſei, le battezzano con dei nomi di Filoſofi, di Eroi, e di uomini illuſtri. Se a Dio piacerà ſpero di diminuire molto il numero di tanti famoſi Perſonaggi, dimoſtrando evidentemente gli errori, nei quali ſono caduti tanti riſpettabili Antiquarii. La ſcienza delle medaglie è talmente neceſſaria agli Antiquarii (16), che ſenza queſta ſcienza non può fare a meno, che non s'ingannino, quando giudicano di qualche monumento di antichità. Se ſi poteſſe avere una ſicura ſembianza del volto dell'Eroe Teſeo nell'antica età fiorito, quella ſarebbe, che ſi oſſerva nelle pitture del Muſeo Ercolano, dove nella tav. V. del vol. I. ſi vede Teſeo in piedi preſſo l'eſtinto moſtro giacente in terra. Quella ancora appariſce del tutto diſſimile dalla noſtra gemma.

Noi ſtimiamo di avere abbaſtanza rigettati gli argomenti di quelli, che affermano di riconoſcere in queſta gemma Teſeo; onde venghiamo adeſſo a ſpiegare il noſtro ſentimento. E primieramente noi pretendiamo alla ſemplice viſta della gemma riconoſcerſi chiariſſimamente la faccia di una ſemmina da qualunque perſona, ancorchè abbia deboliſſima viſta. Imperocchè quella ſingolare bellezza, e grazia del volto, e quei delicatiſſimi lineamenti della faccia non poſſono convenire ad un giovinetto ancorchè leggiadriſſimo. Ma tralaſciando ciò, che gl'iſteſſi occhi giudicano, produchiamo argumenti d'altro genere. Primieramente ciaſcun sà la Giunone Lanuvina eſſere ſtata venerata a Lanuvio detta oggi Civita Lavinia, ed eſſere ornata nella medeſima maniera come il volto di queſta femmina eſpreſſo nella noſtra gemma. In moltiſſime medaglie di famiglie Romane ſi vede rappreſentata Giunone nell'iſteſſa forma. Quelle medaglie però che riſchiarano ad evidenza la noſtra queſtione, ſono le medaglie della famiglia Papia, Popilia, Procilia, Toria ec. (*) (17), nelle quali chiariſſimamente ſi vede la teſta di Giunone coperta con la pelle di Capra con le corna, ed intorno alle tempia le gambe di Capra coll'unghie ancora dell'iſteſſa Capra che ſotto al collo formano un nodo (18). Ma ſe tu eſaminerai i belliſſimi lineamenti del volto, dirai eſſere eſpreſſa l'iſteſſa gemma nelle medaglie. Che ſe poi ſi aggiungono le lettere ſcritte attorno alla teſta della medaglia della famiglia Toria I. S. M. R. cioè IVNO · SOSPITA · MAGNA o pure MAXIMA · REGINA · *Giunone Servatrice, Grande, o Maſſima Regina* (19) neſſuno ci ſarà che poſſa dubitare, che il noſtro ſentimento debba eſſer fuori di ogni controverſia.

Della Giunone Lanuvina dice Oiſelio (20). *Queſta Dea ancora fù principalmente dai Romani venerata in Lanuvio, conforme ne fa teſtimonianza Livio* (21). Ai Lanuvini fù data la Cittadinanza, e reſi i proprii Sacrificii, con condizione che il tempio, e il boſco di Giunone Soſpita (o Servatrice) foſſe comune ai Municipali Lanuvini col popolo Romano. *Di quì è che ſpeſſo s'incontra appreſſo gli autori, tanto in Livio, che negli altri avere i Romani mandato a Lanuvio per placare co'ſagrifizii Giunone Soſpita. Contuttociò dopo al riferir di Livio* (22) *fù fabbricato da Caio Cornelio Conſole nel foro Olitorio (o ſia piazza degli Erbaggi) alla medeſima un tempio in Roma, dicendo.* Il Conſolo ſul principio del fatto d'arme fece voto di edificare un tempio a Giunone Soſpita, ſe in quel giorno gl'inimici fuſſero ſtati da lui rotti, e diſperſi: *& il medeſimo Autore* (23): In quell'anno fu-

(16) Vedi a queſto propoſito Spanemio de Praeſt. & Uſu Numiſm. diſſert. 9. pag. 754. in 4.

(*) T. XXVII. N. III.

(17) And. Morelli nel Teſoro delle medaglie di famiglie pag. 281. 307. 361. 411. 607. 611. Nel roveſcio delle medaglie delle famiglie Popilia, e Procilia ſi oſſerva nell'iſteſſa forma Giunone Servatrice, o Lanuvina in atto di camminare vibrando con la deſtra un'aſta, e con la ſiniſtra tiene uno ſcudo bislungo con le ſcarpe ritorte. Cicerone acconciamente a queſta medaglia dice nel lib. 1. della natura degli Dei cap. 29. *Tanto per verità, quanto a te quella noſtra Giunone Servatrice, che tu nè pure dormendo vedi mai ſe non colla pelle di capra, coll'aſta, collo ſcudo, con le ſcarpe ritorte.* In una medaglia dei popoli di Pilo vedeſi Giunone colle corna. Spanem. de Praeſt. pag. 353. Pauſania poi al libro 5. cap. 15. ricorda Giunone Ammonia venerata dagli Elei.

(18) L'uſanza di ornare il capo di pelli, e di raccogliere l'unghie in un nodo, ſi deſcrive da Claudiano lib. 1. del Ratto di Proſerpina v. 17.

*D'edera il crine adorno, il di cui ſeno*
*Vela Partica Tigre, e l'ugne aurate*
*Gli forman vago nodo, e l'ebro piede*
*Verde Tirſo Meonio ha per ſoſtegno.*

(19) Spanemio nel lib. de Praeſt. & Uſu Numiſm. pag. 83. in 4. aſſeriſce ſull'autorità di Feſto, e fondato ſopra un'antica iſcrizione, e ſopra una medaglia d'Antonino Pio, chiamarſi Giunone SISPITA. Volpi nell'Antico Lazio vol. 5. pag. 85 riporta un'Iſcrizione conſacrata a Giunone IVNONI. S. M. R. OLIVS PRINCEPS cioè *Junoni Soſpitae Magnae Reginae &c.*

(20) Oiſel. nel lib. Theſ. Sel. Numiſm. pag. 275.

(21) Liv. Dec. 1. Lib. 8. cap. 12.

(22) Liv. Deca 4. lib. 2. cap. 20.

(23) Liv. Deca 4. lib. 4. cap. 27.

*ſunt: Una Junonis Soſpitae in Foro Olitorio vota, locataque quadriennio ante a C. Cornelio Conſule, Gallico bello; Cenſor idem dedicavit*. P. Victor in X. Regione hoc eſt in Palatio ponit aedem Matris Deûm, & addit: *Huic fuit conterminum delubrum Soſpitae Junonis*. Bene fuiſſe & ait ita Ovidius (24).

Principio Menſis Phrygiae contermina Matri
Soſpita delubris dicitur aucta novis.

Juno autem caprina pelle forte ab antiquis ficta eſt, quod ei caprae immolarentur, unde & Αἰγοφαγος ideſt Caprivora a Lacedaemoniis appellata, ut ſcribit Pauſanias (25). *Soli e Graecis omnibus Lacedaemonii ſolemne habent Junonem colere, quam Aegophagam nominant, eidemque capras immolare*. Denique quod literas M. R. cum Fulvio legamus MAGNA ſeu MAXIMA REGINA, inde eſt quod utrumque cognomen Junoni olim tributum fuiſſe ex hiſce Virgilii manifeſtum (26).

. . . . . . . . . . Tibi enim, tibi, MAXIMA IVNO,
Mactat, ſacra ferens . . . . . . . . . . . . . . Et
IVNONIS MAGNAE primum prece numen adorat.

*Hactenus Oiſelius*.

*In Capitolino Muſeo ſatis elegans Junonis adſervatur ſtatua, cujus caput caprina pelle amictum hiſce inſcriptis verbis IVNO LANVMVINA pro IVNO LANVVINA* (27). *Juno & in Barberinae domus candelabris affabre expreſſa cernitur, ſtolata, mitella frontem redimita, dextera longam haſtam tenens* (*). *Gravitas, quam vultu praeſefert, ſuperbos Junonis animos, mitella dignitatem, haſta dominium demonſtrat. Ideo gloriabatur, ut inquit Ovidius* (28)

Eſt aliquid nupſiſſe Jovi, Jovis eſſe ſororem;
Fratre magis dubito glorier, anne viro. (*deinde*
Cur igitur Regina vocor Princepſque Dearum?
Aurea cur dextrae ſceptra dedere meae?

*In Aventino Monte templum Junoni Reginae erat dicatum* (29). *Celeberrimum apud Elaeos habebatur templum huic Deae ſacrum, ibique inſtituti erant ludi, in queis puellae curſu certabant, de quo jucundiſſime Pauſanias* (30). *Singulare Polycleti opus erat praegrandis Junonis ſtatua ex auro, & ebore, quam redimibat corona, Horis, Gratiiſque egregie inſculptis pretioſa, ut idem auctor eſt in Corinthiacis* (31). *Haym vero in Britannico Theſauro* (32) *Liviae Auguſti uxoris, & Juliae ejuſdem filiae nummum exhibet, quo Livia in Junonem converſa appoſitis litteris*, ΛΙΒΙΑΝ ΗΡΑΝ. *Caput Liviae cum Mitella. In adverſa parte Julia converſa in Venerem*: ΙΟΥΛΙΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ: *Caput Juliae*.

*HER-*

(24) *Ovid. lib. 2. Faſt. verſ.* 55.
(25) *Pauſan. lib.* 3. *cap.* 15.
(26) *Virgil. lib. 8. Aen. verſ.* 84. *& lib.* 3. *Aen. verſ.* 437.
(27) *Clar. Bottari, quum de hac loquitur, duas profert inſcriptiones, quibus demonſtrat non unam fuiſſe Junonem*.
(*) *XXV. N. III.*
(28) *Ovid. lib. 6. de Faſt. verſ.* 25. *&* 37.
(29) *Nardini Roma Antica lib.* 7. *cap.* 8. *pag.* 455.
(30) *Pauſan. lib.* 5. *cap.* 16.
(31) *Pauſ. lib.* 2. *cap.* 17.
(32) *Haym Teſoro Britannico vol.* 2. *pag.* 177.

furono dedicati alcuni tempj; uno di Giunone Lanuvina nel foro Olitorio (o ſia piazza degli erbaggi) fatto per voto, e dato ad edificare quattro anni innanzi da Caio Cornelio Conſolo nella guerra Gallica, & eſſendo il medeſimo Cenſore lo conſagrò. *Publio Vittore nella decima Regione, cioè nel Palazzo pone il tempio della madre degli Dei, aggiungendo.* A queſto fù vicino il tempio di Giunone Soſpita, *e ſimilmente Ovidio* (24)

*Nel primo dì di queſto meſe adunque*
*Si celebra la feſta della Dea*
*Soſpita dai Latini detta, noi*
*Salvatrice potiam dirla in volgare;*
*Perch' ebbe in queſto giorno un nuovo tempio*
*Là preſſo la gran Madre delli Dei.*

*Giunone facilmente fù finta dagli antichi colla pelle di capra, perchè le ſi ſagrificavano le capre, perciò fù dai Lacedemonii chiamata mangiatrice di capra, come ſcrive Pauſania* (25) I Lacedemonii ſono li ſoli Greci che venerano ſolennemente Giunone, la quale chiamano mangiatrice di capra, e ſagrificano a lei delle capre. *Finalmente perchè noi leggiamo con Fulvio le lettere M. R. MAGNA o pure MAXIMA REGINA, cioè Grande, o Maſſima Regina, proviene da ciò, che è manifeſto da queſti verſi di Virgilio* (26) *eſſere ſtati ambedue queſti cognomi attribuiti a Giunone.*

A te offeriſce a te maſſima Giuno.
*ed altrove,* Della grande Giunone il Nume in pria
Colle preghiere invoca.
Fin quì Oiſelio.

Nel Muſeo del Campidoglio ſi conſerva una elegante ſtatua di Giunone Lanuvina con queſta iſcrizione IVNO · LANVMVINA · in vece di LANVVINA (27). Cioè Giunone Lanuvina. E nei candelabri di Caſa Barberini (*) ſi vede egregiamente eſpreſſa in baſſorilievo una Giunone, ornata della ſtola matronale, e della piccola mitra in fronte, tenendo nella deſtra una lunga aſta. La gravità che manifeſta nel volto, fa paleſe il ſuperbo animo di Giunone, la piccola mitra dimoſtra la di lei dignità, l'aſta il dominio. Perciò ſi gloriava, come dice Ovidio (28).

*A me la qual pur ſon ſorella, e moglie*
*Del ſommo Giove, che non poco importa,*
*Ne sò qual' io m' arrechi a maggior gloria,*
*Aver tanto Marito, o Fratel tale.* (Dipoi
*A che dunque Regina ſono detta?*
*E la prima di tutte l' altre Dee?*
*E perchè m' anno poſto nella deſtra*
*Lo Scettro d' or come maggior di tutte,*
*Se mi ſi niega poi coſa sì lieve?*

Nel Monte Aventino era dedicato un tempio a Giunone Regina (29). Appreſſo gli Elei era un famoſiſſimo tempio conſagrato a queſta Dea, e v'erano inſtituiti dei giuochi, nei quali correvano le ragazze, come ne fa un grazioſo racconto Pauſania (30). Il medeſimo ſcrittore (31) parla di una ſtatua grandiſſima di Giunone di oro, e di avorio, opera ſingolare di Policleto, il quale ha egregiamente ſcolpito ſopra la corona di queſta Dea le Ore, e le Grazie. Haym nel Teſoro Britannico (32) riporta una medaglia di Livia moglie di Auguſto, e della di lui figlia Giulia; nella quale ſi vede da una parte Livia traſformata in Giunone con l'iſcrizione ΛΙΒΙΑΝ ΗΡΑΝ cioè Livia Giunone: la teſta di Livia con la piccola mitra: dall'altra parte Giulia traſformata in Venere con la leggenda ΙΟΥΛΙΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ: cioè Giulia Venere: la Teſta di Giulia.

ER-

(24) Ovid. lib. 2. dei Faſti v. 55.
(25) Pauſania lib. 3. cap. 15.
(26) Virgil. lib. 8. dell' Eneidi v. 84. e lib. 3. v. 437.
(27) Il chiariſſimo Monſignor Bottari parlando di queſta Deità riporta due iſcrizioni, per far vedere eſſere ſtate più Giunoni.
(*) T. XXV. N. III.
(28) Ovid. lib. 6. de Faſti v. 25. e v. 37.
(29) Nardini Roma Antica pag. 455.
(30) Pauſania lib. 5. cap. 16.
(31) Pauſania lib. 2. cap. 17.
(32) Haym Teſoro Brit. vol. 2. pag. 177.

## XLIX.

# *HERCULES JUVENIS.*

## CNEII OPUS,

*Beryllo inciſum.* (1)

EX MUSEO STROZZIANO ROMAE.

*De conſimili Herculis gemma ſermonem habuimus* (2), *nunc de hujus numinis Clava aliquid delibabimus. Clava ad Herculis geſta fuit armorum validiſſima. Palaephatus* (3) *de Herculis Clava inquit.* Memorant illam a ſe folia habuiſſe. Propterea dicta eſt Phyllites, ſive foliata, & licet ſeparata eſſet, herbae tamen adpoſita pullulabat: atque hinc collecta hujuſmodi fabula. *Memoriae proditum eſt Herculem poſt tot aerumnas Mercurio Clavam conſecraſſe, quum ita ſcripſerit Pauſanias* (4). Eſt ibidem Mercurii ſignum, qui cognomento Polygius dicitur, cui Clavam ab Hercule dedicatam perhibent: fuit etenim ex Oleaſtro. Quod adjiciunt miraculum, haud ſcio an cuiquam fide dignum videri poſſit, eam Clavam radicibus actis regerminaſſe. Oleaſter certe ille hac etiam aetate monſtratur. Clavam quidem Herculem ab Oleaſtro, quem ad Saronidem paludem invenerit, abſcidiſſe ferunt.

*DIO-*

(1) *Baro Stoſch & Gorius hallucinati ſunt, dum haec gemma Beryllo ſcalpta eſt. Eorum veſtigia in pulchrarum artium hiſtoria Winkelmann ſecuti ſunt interpretes Itali, in vol. 2. pag. 22. praeterea alium in errorem incidere Guaii, ſeu Curii opus exiſtimantes,*

(2) *Pag.* 190.

(3) *Palaephatus de Incred. Hiſt. num.* 37. *pag.* 47.

(4) *Pauſan. Cor. lib.* 2. *pag.* 93.

# XLIX.

# ERCOLE GIOVINE.

## *OPERA DI CNEIO,*

### Inciſa in Acqua Marina (1).

### *DEL MUSEO STROZZI DI ROMA.*

DI una ſomigliante gemma di Ercole noi abbiamo altrove parlato (2) ora diremo qualche coſa della Clava di queſta Deità. La Clava di Ercole fù l'arme potentiſſima per le ſue impreſe. Paleſato così ſi eſprime (3) della Clava di Ercole. *Fanno menzione avere ella delle foglie, perlaqualcoſa è detta Fillite, o pure fronzuta, e benchè foſſe ſeparata, contuttociò poſta appreſſo all'erba germogliava, e da queſto è nata queſta favola.* Raccontaſi ch'Ercole dopo tante ſue fatiche, e travagli conſacrò la ſua Clava a Mercurio; mentre così ſcrive Pauſania (4). *E' ivi la ſtatua di Mercurio detto Poligio, al quale dicono, che Ercole conſacraſſe la ſua Clava. Ella era di Olivo ſalvatico. Aggiungono una maraviglia, che non ſo come poſſa eſſer degna di fede, che queſta Clava ſi radicò, e rigermogliò. Sicuramente moſtrano ancora oggi queſto Olivo ſalvatico, e riferiſcono aver tagliato Ercole la Clava da un tronco di Olivo ſalvatico, che aveva trovato preſſo la Palude Saronide.*



(1) Il Baron Stoſch, ed il Gori sbagliarono mentre queſta gemma è inciſa in Acqua Marina. Tale errore ſeguitarono i Traduttori Italiani nel vol. 2. pag. 22. della Storia delle Belle Arti di Winkelmann; inoltre preſero un grande sbaglio credendola opera di Guaio, o Curio.

(2) pag. 190.

(3) Palaeph. de Incred. Hiſt. n. 37. pag. 47.

(4) Pauſan. Cor. lib. 2. pag. 93.

## L.

# *DIOMEDES PALLADIO POTITUS.*

## CNEII OPUS

*Gemmae inciſum.*

EX ECTYPIS CHRISTIANI DEHEN.

*QUum ab Ilo Ilion conderetur parvum Palladis ſignum, quod Palladium dein dictum eſt, a Coelo delapſum ferunt. Quamobrem attoniti Trojani Apollinem conſultum iverunt; his Pythia reſpondit, Trojam numquam fore caſuram, ſi Palladium intra illius maenia cuſtodiretur* (1).

Omnis ſpes Danaum, & coepti fiducia belli
Palladis auxilio ſemper ſtetit ec. (2).

*Quapropter in bello a Graecis contra Trojam ſuſcepto Diomedi Ulyſſique mandatum eſt, ut Palladium ſurriperent, qui per cuniculos, vel cloacas arcem aſcendentes, obtruncatis ibi cuſtodibus, ſuſtulere ſimulacrum. Hoc deinde Romam translatum nonnulli tradiderunt, & a Veſtae virginibus in penetralibus ſacris* (3) *adſervatum, quae cum conſlagraſſent, Metellus ſeſe in ignem injecit, ut Palladium ſervaret* (4). *Plura de Palladio vide ſis in tomo tertio Hiſtoriae Inſcriptionum, & optimarum litterarum Pariſienſis* (5) *Academiae, ubi diverſiſſimae de hoc ſimulacro habentur ſententiae, quas in praeſenti non eſt noſtrum perpendere.*

*Unum mirari non deſinam, Scriptores, qui hoc de furto ſermonem inſtituerunt, varia de Palladii raptoribus habere. Euripides Ulyſſem tantum* (6) *Pauſanias unicum Diomedem* (7) *Virgilius* (8) *Ovidius* (9) *Silius Italicus* (10) *Plinius* (11) *Q. Smirnaeus* (12) *Conon apud Photium* (13) *Dionyſius Halicarnaſſeus* (14) *Dictys Cretenſis* (15) *Ulyſſem Diomedemque raptores faciunt.*

*Antiquorum monumentorum opifices, qui Palladii raptum expreſſere, vel Diomedi comitem in furto Ulyſſem dedere, vel Diomedem tantum raptorem exhibuere. Ulyſſes in antiquarum rerum reliquiis, quas hactenus inſpexi, nunquam Palladii ſolus raptor apparet* (16).

*Cum*

(1) *Vide Sil. Ital. lib. 13. verſ. 41. & Adnotationes curante Drakenborch pag. 637 & pereruditas adnotationes Ezechiel. Spanhem in Hymnos Callim. vol. 2. pag. 573.*

(2) *Virgil. lib. 2. Aen. verſ. 162.*

(3) *Plutarch. in Cam. vita pag.* 301. Magna praeterea fuit fama Trojanum illud Palladium, quod in Italiam Aeneas aſportaverat, ibi reſidere; ideo plurima Veſtae numiſmata Palladium manu tenentis obſervantur.

(4) *Val. Max. lib. 1. cap. 4. num.* 4. Quo incendio Metellus inter ipſos ignes raptum Palladium incolume ſervavit.

(5) *Memoires des Inſcrip. pag. 397.*

(6) *Eurip. in Rheſ. trag. act. 3. Sc. 1. verſ. 501.*

(7) *Pauſanias in Att. lib. 1. cap. 22.*

(8) *Virgilius lib. 2. Aen. verſ. 163.*

(9) *Ovid. Metamorph. lib. 13. verſ. 337.*

(10) *Sil. Ital. lib. 13. verſ. 46.*

(11) *Plin. lib. 33. cap. 12.*

(12) *Q. Smirn. lib. 10. verſ. 349.*

(13) *Conon in narrationibus apud Photium cod. 186. c. 34.*

(14) *Dionyſii Halic. lib. 1.*

(15) *Dyctis Cret. lib. 5.*

(16) *Clar. Gorius Muſ. Flor. vol. 2. pag. 68. & Inſcrip. Etr. pag. 75. de hoc Palladii furto ſermonem habens negligenter auctoritates antiquorum Scriptorum qui de hac re locuti ſunt, refert, atque pervertit, de quo lectorem monemus, Eximius Fabretti de Columna Trajana ad tabellam Iliadis pag. 364. inquit.* Id facinus unice a Diomede patratum refert Euripides in Rheſ. verſ. 501. idemque inferri poſſe videtur ex pictura illa Athenis olim exiſtente, de qua Pauſanias lib. 1. cap. 22. Διομηδης εν, και Ὀδυσσευς, ὁ μεν εν Λημνω το Φιλοκτητου τοξον, ὁ δε την Αθηναν αφαιρουμενος εξ Ιλιου. *Diomedes adſuit, & Ulyſſes, qui in Lemno certe Philoctetae pharetram cum ſagittis, alter Palladium ex Ilio aufert. In cujus loci verſione erravit Amaſaeus, utriuſque actionem pervertens, ac dicens.* Adhuc extant Diomedes e Lemno Philoctetae ſagittas reportans, & Ulyſſes ex Ilii arce Palladium ſurripiens. *Nec Gedoyn in Gallica verſione, neque Sylburgius in*

*ſuis*

## L.

# DIOMEDE COL PALLADIO.

## *O P E R A  D I  C N E I O,*

### Inciſa in una Gemma.

*DALLE FORME ORIGINALI DEL SIG. CRISTIANO DEHEN.*

ESſendo ſtata fabbricata Troia da Ilo riferiſcono eſſer caduta dal Cielo una piccola ſtatuetta di Pallade, che dipoi fù detta il Palladio. Perlaqualcoſa attoniti i Troiani andarono a conſultare Apollo, e n' ebbero dalla Pitia queſta riſpoſta, che Troia non ſarebbe mai per cadere, ſe ſi cuſtodiſſe nella loro Città il Palladio (1).

*Fin dal Principio della guerra i Greci*
*Poſero ogni fidanza, ogni lor ſpeme*
*Nell' ajuto di Palla* (2).

Quindi nella guerra intrapreſa da' Greci contro di Troja, fù ordinato a Diomede ed Uliſſe di rapire il Palladio, i quali per buche ſotterranee, o cloache, ſalendo ſopra la fortezza, e avendo tolto ogni impedimento con l' uccidere i cuſtodi, rapirono il Palladio. Queſto ſecondo il ſentimento di alcuni fù traſportato a Roma, e dalle Vergini Veſtali nel loro tempio conſervato (3). Mentre che queſto bruciava, Metello ſi gettò dentro il fuoco per conſervare il Palladio (4). Molte coſe puoi vedere nel tomo terzo delle memorie dell' Iſcrizioni e Belle Lettere di Parigi (5) dove ſi riferiſcono varie oppinioni ſopra queſto Palladio, le quali adeſſo non fa d' uopo di ponderare.

Non poſſo fare a meno di non maravigliarmi, come li Scrittori, i quali parlarono di queſto furto del Palladio, abbiano tenuto diverſe oppinioni ſopra i rapitori del medeſimo. Euripide (6) fa ſolo Uliſſe il rapitore, Pauſania (7) il ſolo Diomede. Virgilio (8) Ovidio (9) Silio Italico (10) Plinio (11) Quinto Smirneo (12) Conone (13) Dioniſio Alicarnaſſeo (14) e Ditte Candiotto (15) dicono eſſere ſtati rapitori del Palladio Uliſſe e Diomede inſieme.

Gli Artefici degli antichi Monumenti, i quali eſpreſſero il rapimento del Palladio, o diedero a Diomede Uliſſe per compagno di queſto furto, o rappreſentarono ſolamente Diomede rapitore. Negli antichi Monumenti, che fin adeſſo ho veduto, mai ſi vede rappreſentato ſolo Uliſſe come rapitor del Palladio (16).



(1) Vedi Silio Italico lib. 13. v. 41. e circa il Palladio le note per opera di Drakenborch pag. 637., e l' eruditiſſime annotazioni di Ezechiele Spanemio ſopra gl' Inni di Callimaco vol. 2. pag. 573. (2) Virg. Aen. lib. 2. v. 162.

(3) Plutarco nella vita di Camillo pag. 301. *Fu fama grande che ivi* ( cioè nel Tempio di Veſta ) *conſervaſi il Palladio Troiano portato da Enea in Italia; perciò ſi veggono moltiſſime medaglie di Veſta, che tiene nelle mani il Palladio.*

(4) Val Max. lib. 1. cap. 4. n. 4. *Nel quale incendio* ( del Tempio di Veſta ) *Metello gettatoſi tra le fiamme preſe il Palladio, e illeſo lo conſervò.*

(5) Memoires des Iſcrip. pag. 397.

(6) Eurip. nella Tragedia di Reſo Att. 3. ſc. 1. v. 501.

(7) Pauſan. lib. 1. cap. 22.

(8) Virg. lib. 2. Aen. 163.

(9) Ovid. met. lib. 13. v. 337.

(10) Sil. Ital. lib. 13. v. 46.

(11) Plin. lib. 33. cap. 12.

(12) Q. Smirneo lib. 10. v. 349.

(13) Conone nelle narrazioni appreſſo Fozio cod. 186. cap. 34.

(14) Dioniſio Alic lib. 1.

(15) Ditte Candiotto lib. 5.

(16) Il chiariſſimo Dottore Gori nel Muſeo Fior. vol. 2. pag. 68., e nell' Iſcrizioni della Toſcana pag. 75. parlando del Furto del Palladio, traſcuratamente riferiſce e guaſta l'autorità degli antichi Scrittori, i quali hanno parlato di queſta materia; perciò avviſiamo il lettore. Il Dottiſſimo Fabbretti nella ſpiegazione della Colonna Traiana alla Tavola dell' Iliade pag. 364. dice. *Queſta impreſa, come narra Euripide nel Reſo v. 501. fù fatta da Diomede, e par che ciò poſſa ancora inferirſi da quella pittura una volta eſiſtente in Atene, di cui parla Pauſania nel lib. 1. cap. 22. dicendo* Διομήδης ἐν, καὶ Ὀδυσσεὺς ὁ μὲν ἐν Λήμνῳ τὰ Φιλοκτήτου τόξα. ὁ δὲ τὴν Ἀθηνᾶν ἀφαιρούμενος ἐξ Ἰλίου *Diomede fù preſente & Uliſſe, il quale tolſe in Lemno la faretra con le ſaette di Filottete, l' altro, cioè Diomede, tolſe da Ilio il Palladio.* Amaſeo sbagliò nel a traduzione di queſto luogo confondendo l' azione di ambedue, e dicendo. *Vi ſono ancora Diomede che porta via da Lemno le ſaette di Filottete, ed Uliſſe che ruba dalla Rocca d' Ilio il Palladio.* Nè Silburgio nelle ſue note, nè l' Abate Gedoyn nella ſua traduzione

*Cum haec ita ſe habeant, rationem ſatis aſſequi non poſſum, ob quam Diomedes Ulyſſi in omnibus antiquis monumentis praeponatur, cum apud antiquos Scriptores clarior Ulyſſes Diomede ſit, utpote qui ab Homero, Virgilio, caeteriſque Graecis, & Latinis auctoribus celebretur.*

*Noſtra igitur in gemma Diomedes juvenili facie exhibetur, qui ſuper quadrata baſi encarpiis ornata ſedens, dextera nudatum gladium tenet, ſiniſtra autem velo obducta Palladis ſignum (erat enim ſacrum) nuper raptum geſtans in illud intendit: ex adverſo parva ſurgit columna, ſupra quam imaguncula averſa facie ſtat. Alexander Maffeius (17) longe a veritate aberrat, quum hac in gemma Bellonae Sacerdotem oeſtro percitum inſcalptum eſſe arbitratur. Eumdem in errorem incidit Clar. Montfaucon (18) Eos tamen Gorius (19) & Mariettus (20) multis verbis ita arguunt caſtigantque, ut omnis prorſus evaneſcat dubitatio, tutoque hic affirmetur, a Cneio hic caelatum fuiſſe Diomedem, qui fatale aggreſſus ſacrato avellere templo Palladium velatis manibus corripuit ſacram effigiem.*

*Antiquarii omnes, qui Diomedis gemmas vulgarunt, altum ſervant ſilentium de imaguncula illa ſuper parva columna ſtante, quae omnibus fere in locis Diomedem comitatur (21). Nos hoc loco leviſſimas noſtras conjecturas proponendas arbitramur. In imaguncula, quae ſupra columnam ſtat, vel arcis Genium, vel ex Penatibus unum, vel denique Heroem aliquem, qui execrandum furtum deteſtatus faciem averterit, a Scalptore expreſſum fuiſſe veriſimile ſit.*

*ATHLE-*

*ſuis notis hoc mendum emendavere. Erravit quoque Cl. Fabbretti, affirmans ex Euripidis teſtimonio hoc facinus patraſſe Diomedem. Etenim ille in diverſa eſt ſententia, dum inquit in Rheſ. verſ. 496. vol. 2. pag. 123.*

Aiax mihi quidem nullo inferior videtur,
Et Tydei filius. Eſt autem praeterea facundiſſimum
Crepitaculum Ulyſſes, & ferox animo,
Qui vir affecit contumelia hanc regionem plurima,
Qui nuper in templum Palladis profectus
Furatus Palladium ad Naves Argivorum tulit.

(17) *Al. Maffei Gem. fig. pag. 2. T. 78. & ſeq.*

(18) *Montf. Antiq. vol. 1. T. 67. pag. 125.*

(19) *Gori loc. cit.*

(20) *Mariette Pierres Gravées ec. T. 64.*

(21) *Mariette loc. cit. de hac imaguncula ita inquit.* La Colonne ſurmontée d'une ſtatue, qui ſe preſent par le dos, etoit ſans doute neceſſaire pour determiner le ſujet, car dans toutes les gravures, qui en donnent la repreſentation, meme celles qui ſont compoſées autrement que celle-ci, cette colonne s'y trouve conſtamment, & toujours dans la meme poſition.

In queſto ſtato di coſe non poſſo comprender la ragione, perchè in tutti gli antichi Monumenti è antepoſto Diomede ad Uliſſe, quantunque appreſſo gli antichi Scrittori ſia più illuſtre Uliſſe che Diomede, come abbiamo da Omero e Virgilio, e dal reſtante dei Greci, e Latini Autori.

Nella noſtra gemma adunque ſi vede Diomede con aria giovanile, il quale ſiede ſopra una baſe quadrata, ornata di feſtoni, tenendo nella mano deſtra il nudo ferro, nella ſiniſtra coperta col velo il Palladio, perchè era coſa ſacra, e contemplando il ſuo furto. Dirimpetto vi è una colonnetta ſopra la quale vi è una piccola figura in piedi, che ha voltato le ſpalle a Diomede. Aleſſandro Maffei (17) cadde già in grandiſſimo errore col giudicare eſſere inciſo in queſta gemma un Sacerdote fanatico della Dea Bellona, e ſeguitò le ſue pedate il Chiariſſimo Montfaucon (18). Il Chiariſſimo Gori (19), ed inſieme Mariette (20) hanno con ſolide ragioni confutato le deboli congetture dei mentovati Antiquarii, ed hanno dileguato del tutto ogni dubbiezza, e ſicuramente ſtabilito eſſere ſtato inciſo in queſta gemma Diomede, che rapiſce dal ſagro Tempio il Palladio, e con le mani velate fura la ſacra immagine.

Tutti gli Antiquarii, i quali hanno pubblicato queſte gemme di Diomede, non parlano niente di quella figura in piedi che ſtà ſopra quella colonnetta, la quale quaſi ſempre ſi vede rappreſentata in queſta impreſa di Diomede (21). Noi pertanto proponiamo le noſtre deboliſſime congetture. Può eſſer veriſimile che abbia voluto l'inciſore eſprimere in quella ſtatuetta, che ſtà ſopra la colonna, o il Genio della Rocca, o uno degli Dei Penati, o finalmente qualche Eroe, che per non vedere sì eſecrando furto abbia altrove voltata la faccia.

UN

Franceſe correſſero queſto errore. Sbagliò ancora il Chiar. Fabbretti ad attribuire queſta impreſa a Diomede ſopra l'autorità di Euripide: poichè queſto Scrittore è di ſentimento differente, mentre dice nella Tragedia di Reſo v. 496.

*Aiace, a mio parer, nulla è inferiore*
*E il Figliuol di Tideo: v'ha poi colui*
*Gran parlatore, e che ſuſurra ognora*
*Uliſſe, e l'alma porta aſſai feroce,*
*Ed egli fù coſtui, ch'un' onta eſtrema*
*A queſto ſuol recò; poichè nel Tempio*
*Di Palla gito, ed involato il ſagro*
*Simulacro di lei, ſu dell' Argive*
*Navi il portò: ec. ec.*

(17) Al. Maffei Gemm. fig. pag. 2. T. 78. ec.

(18) Montf. Antiq. vol. 1. T. 67. pag. 125.

(19) Gori luog. cit. pag. 69.

(20) Mariette T. 94.

(21) Mariette nel luogo citato dice. *La Colonne ſurmontée d'une ſtatue, qui ſe preſente par le dos, etoit ſans doute neceſſaire pour determiner le ſujet, car dans toutes les gravures, qui en donnent la repreſentation, meme celles qui ſont composées autrement que celle-ci, cette colonne s'y trouve conſtamment, & toujours dans la meme poſition.*

## LI

# *ATHLETA*

## CNEII OPUS,

*Hyacintho inciſum.*

APUD VICECOMITEM DUNCANNON.

*Athleta victor hac in gemma exprimitur, qui ſtans dextram ad caput attollit, & e vaſculo oleum fundit, ſiniſtra vero fluens per pectus oleum colligit ad corpus totum ungendum. Ad laevam menſa vas Victoriae ſignum ſuſtinens* (1) *conſpicitur*. Athletarum certamen a M. Scauri tractum eſt munificentia, *ut narrat Valerius Maximus* (2). *Noſtrae gemmae bene congruit id quod ait Quintilianus* (*lib.* 8. *cap.* 3. *pag.* 460.) Pulcher aſpectu ſit Athleta, cujus lacertos exercitatio expreſſit, idem certamini paratior. *Divinus Plato* (3) *ad corpora exercenda, & ad bellum aptiora reddenda luctae uſum laudat approbatque, adeo quidem ut puellas ipſas, mulieresque luctari, & ſaltare una cum viris jubeat. Id confirmatum eſt ab elegante Propertio* (4) *& Ovidio* (5). *Primum Lycurgus Lacaedemonum legiſlator haec praeceperat, ut Plutarchus inquit* (6): Percunctanti cur corpora virginum curſu, lucta, diſci, & jaculi jactu exerceret, reſpondit: ut in valido corpore foetus validas agens radices pulchre adoleſcat, ipſaeque deinde mulieres robore in partu fretae dolores facile ſuſtineant, atque ſuperent: utque ſi ita neceſſitas poſtulet, pro ſe ſuiſque liberis & patria pugnare queant. *Euripides vero Athletas ſolidiſſimis reprobat rationibus, longamque malorum ex ludis iſtis fluentium ſeriem memorat inquiens* (7).

Cum multa Graeciam mala occupaverint,
Nil pejus Athletis tamen monſtraveris.
Diſcunt neque hi vixiſſe recte, nec valent,
Quî nam poteſt ventri vir ullus deditus,
Gulaeque ſervus poſſidere patrias
Opes vel ingentes? nec eſſe pauperes
Rurſus valent, ac ferre fortunae vices.
Aſſueti enim non ſunt bonis hi moribus,
At aſpere mutantur in quamplurima ec.

*Locus ille, in quo luctatores oleo ungebantur, a Graecis* Αλειπτηριον *a Latinis Elaeotheſium & unctuarium vocabatur: ex hoc migrabant in alium, qui Coniſterium dicebatur, ubi pulvere conſpergeban-*

(1) *In villa Medicea obſervantur duo ſtatuae marmoreae noſtrae gemmae prorſus ſimiles.*

(2) *Val. Max. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 7. *Plutarchus in quaeſt. conviv. quaeſt.* 4. *narrat*. Is ajebat nuper ſe grammaticum audiviſſe, qui luctam omnium certaminum eſſe antiquiſſimum dicebat.; *idque Titi Livi dec.* 1. *lib.* 1. *c.* 15. *teſtimonio confirmatum*. Ludicrum fuit, Equi, pugileſque ex Etruria maxime acciti. *Et Dec.* 4. *lib.* 9. *cap.* 14. Athletarum quoque certamen tum primo Romanis ſpectaculo fuit, *ſcilicet Ann. Rom.* 563. *Appianus vero Alex. de Bello civili lib.* 1. *vol.* 2. *pag.* 687. *inquit*: Nam Athletas caeteraque ludicra univerſa in Urbem Sylla Mithridatici belli, atque civilis occaſione tranſtulerat, cauſam praetexens quod populum poſt tot labores recrearet. *Ann. Rom* 672. *Negari tamen haud poteſt, etiam ante Syllam Athletarum ſpectacula Romae fuiſſe viſa. Athletarum numen, enarrante Pauſania lib.* 5. *cap.* 14. *Mercurius erat, ideo Enagonius nuncupatus. De loco in quo ſeſe exercebant vide Panvinium de Lud. Circ. lib.* 2. *cap.* 1.

(3) *Plat. lib.* 7. *leg. pag.* 566. *Acerbe vapulat ab Euſebio in Praep. Evang. lib.* 13. *cap.* 12.

(4) *Propert. lib.* 3. *Eleg.* 14.

(5) *Ovid. in Epiſt. Paridis ad Helenam verſ.* 149.

(6) *Plutarchus Lacon. Apophteg. vol.* 1. *pag.* 398. *Monumentum plane ſingulare in Muſeo Kirkeriano extat, in quo Athleta, nec non robuſta femina inter ſe luctantes obſervantur.*

(7) *In fragmentis in Autolico pag.* 62. *& in Athen. Deipn. lib.* 10. *pag.* 413. *Vide Lucianum de Gymnaſ. vol.* 2. *pag.* 883. *ubi Anacharſis Scyta ſolidiſſimis argumentis luctae ludum & alia exercitia improbat, & Solon defendit.*

## LI.

# UN LOTTATORE

## *OPERA DI CNEIO,*

### Inciſa in un Giacinto.

*APPRESSO IL VISCONTE DUNCANNON.*

CI ſi preſenta in queſta gemma un Atleta vincitore, il quale alzata verſo il capo la deſtra, in cui tiene un vaſetto, ſparge ſopra il petto dell'olio, che ſta raccogliendo con la ſiniſtra mano per ungerſi tutto il corpo (1); dalla ſiniſtra parte vi è una menſa, ſopra della quale vi è poſto un vaſo, ſolito contraſſegno dei premj dei vincitori. L'origine di queſti giuochi l'abbiamo da Valerio Maſſimo (2). *Il giuoco degli Atleti* (*o Lottatori*) *fù introdotto per la magnificenza di Marco Scauro*. Conviene colla noſtra gemma ciò che dice Quintiliano ( lib. 8. cap. 3. pag. 460.) *ſia l'Atleta bello di aſpetto, il di cui eſercizio rilevò i muſcoli, e ſia più apparecchiato al combattimento*. Il Divino Platone (3) loda, ed approva l'uſo della lotta per l'eſercizio dei corpi, e per renderſi più adattati a guerreggiare; talmentechè comanda di fare alla lotta, e di ſaltare le ragazze, e le donne inſieme con gli uomini. Ciò è confermato dall'elegante Properzio (4), e da Ovidio (5). Prima di Platone Licurgo legiſlatore degli Spartani aveva comandato queſte coſe, dicendo di lui Plutarco. *Ad un'altro, che li domandava perchè aveſſe obbligato le ragazze ad eſercitarſi nel corſo, nella lotta, nel lanciare il diſco, e nel ſaettare, riſpoſe, perchè il feto in un corpo robuſto gettando forti radici venga a creſcere, come conviene, e dipoi l'iſteſſe femmine eſſendo forti, nel parto facilmente ſopportino, e ſuperino i dolori; e ſe la neceſſità lo richiede poſſano combattere per ſe ſteſſe, per i loro figli, e per la patria*. Euripide (7) con ragioni aſſai forti condanna gli Atleti, e dimoſtra la lunga ſerie dei mali, che derivano da queſti giuochi.

*Fra mille, e mille danni, onde va Grecia*
*Piena, neſſun peggior è della ſtirpe*
*De' Lottatori: prima eſſi nè ſanno,*
*Nè poſſon ben condur la vita loro;*
*Perocchè, come un uomo, il qual per trarne*
*Il vitto ſerve, e per ſaziar la fame*
*All'opre è ſcorto, potrà far acquiſto*
*Di ricchezze, onde ſia d'utile al patrio*
*Suolo? Coſtor nè ſoſtener già ponno*
*Povera condizion, nè alle venture*
*Accomodarſi; perocchè ſeguendo*
*I coſtumi non retti, è loro grave*
*Il paſſare ad iſtenti.*

Il luogo dove ſi ungevano i Lottatori ſi chiamava l'Eleotoſio, che era una camera, dalla quale poi paſſavano in un'altra, che ſi chiamava Coniſterio, dove ſi aſpergevano di polve-

re

(1) Nella Galleria di Villa Medici ſi veggono due ſtatue ſimiliſſime alla noſtra gemma.

(2) Val. Max. lib. 2. cap. 4. n. 7. Plutarco nelle Queſtioni Convivali lib. 2. queſt. 4. narra. *Queſto diceva avere inteſo poco fa un grammatico, il quale diceva, che la lotta tra tutti i giuochi era il più antico*. E ciò è confermato da Tito Livio Dec. 1. lib. 1. cap. 15. *Lo ſpettacolo fù di Cavalli, e di Pugili fatti principalmente venire dall'Etruria*, e Dec. 4. lib. 9. cap. 14. *Il combattimento degli Atleti allora ſi vidde la prima volta in Roma*, che fù intorno agli anni di Roma 563. Ma Appiano Aleſſandrino delle guerre Civili lib. 1. vol. 2. pag. 687. dice. *Imperocchè Silla in occaſione della guerra di Mitridate, e civile aveva traſportato a Roma gli Atleti, e tutti gli altri ſpettacoli, trovando il preteſto di ricreare il popolo dopo tante fatiche*. Non ſi può tuttavia negare, che ancora avanti Silla foſſero ſtati veduti in Roma gli ſpettacoli degli Atleti, e ciò ſeguì circa agli anni di Roma 672. La Deità degli Atleti al riferir di Pauſania lib. 5. cap. 14. fù Mercurio, perciò detto Enagonio. Del luogo, dove ſi eſercitavano i Lottatori, vedi Panvinio dei Giuochi Circenſi lib. 2. cap. 1.

(3) Plat. lib. 7. delle Leggi pag. 566. Acerbamente è ripreſo da Euſebio nella Prep. Evang. lib. 13. cap. 12.

(4) Propert. lib. 3 Eleg. 14.

(5) Ovidio nell'Epiſtola di Paride ad Elena v. 149.

(6) Plutarco negli Apoftegmi dei Lacedemoni vol. 1. pag. 398. Un Monumento certo ſingolare eſiſte nel Muſeo Kirkeriano, nel quale ſi oſſerva un Lottatore, che combatte con una robuſta donna.

(7) Nei frammenti di Euripide nell'Autolico pag. 62. e in Ateneo lib. 10. pag. 413. Vedi Luciano vol. 2 p. 883. nel Ginnaſio, dove Anacarſi Scita con fortiſſimi argumenti parla contro la lotta, ed altri ſimili eſercizii, e Solone gli difende.

*gebantur* (8) *Athletae majori gloria honorabantur Aconiti, quia difficilius luctare pulvere non conſperſis erat: ideo Dioxippus celebratur a Plinio* (9) qui Pancratia Olympia citra pulveris tactum (quod vocant Aconiti) vicit: Coniti Nemeaea. *Clar. Facciolati in verbi interpretatione* Aconitus *hallucinatus eſt, nam* citra laborem *eſt interpretatus, adducens Plinium, qui inquit*, quod Aconiti dicunt, *perinde ac ſi diceret, ſine labore vicit. Etiam Horatii* (10) *locus, ſcilicet* ſine pulvere palmae, *omnes interpretes contra explicavere* palmae ſine labore. *Ut de vaſe, quod menſa ſuſtinet, ſermo iſtituatur Cl. Viri Gorii utar eruditis obſervationibus, quas in Luctatoris* (11) *ſtatua explananda edidit.* Accedit vaſculum, quod tamquam inſigne victoriae ſuae monimentum pulcherrimo aptiſſimoque geſtu manibus praefert, vel potius oſtentat. Nam praeter Palmam, Coronas, Clypeos, Veſtes, Annulos, Amphoras quoque, & Phialas, & ſacros Lebetes, ac Pateras Athletis victoribus donatas fuiſſe perſpectum eſt (12). Quae munera in eorum conſpectu ſuper menſas ponebantur, ut ad victoriae laudem conſequendam invicto animi robore vehementius accenderentur. Virgilii verſus elegantiſſimi ſilentio haudquaquam praetereundi ſunt (13).

Munera principio ante oculos, Circoque locantur
In medio: ſacri tripodes, virideſque coronae,
Et palmae, pretium victoribus, armaque, & oſtro
Perfuſae veſtes, argenti, aurique talenta.

*Ac paullo poſt.*

Tertia dona facit geminos ex aere lebetas,
Cymbiaque argento perfecta, atque aſpera ſignis.

Athletae Jovi ſupplicantes poſt victoriam coronas offerebant, armaque Athletica in templis Deorum ſuſpendebant. Oſcula etiam pro praemio, & convivia, atque inter cives locum, ſedemque accepiſſe legimus; quae praemia, ut arbitror, Αγδρεια vocabantur; quorum ſit mentio in hoc perraro lapide apud celeberrimum D. Bernardum Montfauconium ſummum antiquitatis amplificatorem (14)

ΑΓΙΣ ΑΜΥΡΑΛΟΥ ΑΝΔΡΕΙΑ

Haec inſcriptio pertinet ad Agim, ut credo, victorem, qui praemia ανδρεια adſecutus eſt. Athenaeus de Conviviis differens (15) horum ita meminit. Τα δε ἐν Σπάρτῃ Φειδιτεια, καὶ παρὰ τοις Κρησιν ΑΝΔΡΕΙΑ μετα τασης ἐπιμελειας αἱ πολεις συνῆγον. *Spartani ad patria Phiditia, Cretenſes ad* ΑΝΔΡΕΙΑ, *maxima cura ſuos conducebant.* ΑΝΔΡΕΙΟΝ appellabant locum, in quo ſeſe viri cognati conducere ſolebant; de quo multa notari poſſunt in antiqua inſcriptione perinſigni, quae Venetiis relata in Gruteriano extat Theſauro (16).

*Honores tandem quibus Athletas antiqui proſequebantur* (17) *uſque eo proceſſere, ut praeter munera, de quibus loquuti ſumus, inter populares plauſus bis triumpharent, & prima quidem vice in eodem Stadio, altera vero cum in patriam exciſis moenibus* (18) *curru invehebantur; quumque triumphantes ducerentur pluribus pretioſis donabantur praemiis, victoriaeque pompam convivio coronabant* (19) *Poetae vero aliquando ſponte, aliquando mercede conducti carmina in illorum laudem pangebant* (20) *eorum nomina in publicas tabulas referebantur, S. C. illorum encomia iu lapidibus inſcul-*

(8) *Conſule ad hanc rem virum ex principibus Anglis Orrery in Plinii Junioris vita epiſtolis praefixa pag. 26. Vide ſis Lucianum in praefato dialogo de Gymnaſiis.*

(9) *Plin. Hiſt. lib. 35. cap. 11. De hoc periluſtri Athleta vide Aelianum Var Hiſt. lib. 10. cap. 22. & lib. 12. cap. 58.*

(10) *Horat. lib. 1. Epiſt. 1. verſ. 49.*

(11) *Gori Muſ. Florent. vol. 3 de ſtatuis pag. 75. Quae vero ſpecies vaſorum eſſet, quibus luctatores donabantur, difficillimum prorſus eſt divinari Si quis autem varias vaſculorum ſeries noſcere deſiderat adeat Pollucem in Onomaſtico lib. 6. cap. 16. Macrobium in ſaturnalibus lib 5. cap. 21. Clar. Ridolph. Venuti in Collect Antiq pag. 73. Haud tamen unum praemiorum, quibus Athletae victores donabantur, erat genus, Clar. Buonarroti* (*Oſſervazioni ſopra i Medaglioni p. 317.*) *eſt inſpiciendus, qui pereruditè varias praemiorum refert ſpecies.*

(12) *Pindarus Iſim. Od. 1. Ex Horat. Carm. lib. 4. Od. 8.*

(13) *Virgil. lib. 5. Aeneid. verſ. 159. & Iliad. verſ. 226.*

(14) *In Diario Italico cap. 28. pag. 422. num. 4.*

(15) *Athen. lib. 5. cap. 2.*

(16) *Gruter Inſcrip. pag. 216. ſed vide praeſertim Inſcrip. ſingularem de Aurelio Grut. pag. 314.*

(17) *Tanquam numina, Athletas ex Apollinis auctoritate priſci venerabantur. Euſeb. Praep. Ev. lib. 5. cap. 13.*

(18) *Burette Memoires des Inſcr, vol. 1. pag. 364.*

(19) *Diodorus Sic. lib. 13. pag 608. narrat.* Exaenetum invectum curru in Urbem: bigae 300. candidis equis omnes Agrigentinae feſtiva pompa celebrabantur.

(20) *Vide Autolog. lib. 1. cap. 1. lib. 2. cap. 1. lib. 3. cap. 2.*

re (8). I Lottatori, che non erano aſperſi di polvere, conſeguivano maggior gloria, eſſendo in tal modo più difficile il lottare. Perciò è celebrato da Plinio Dioxippo (9) *il quale fù vincitore nei giuochi Olimplici ſenza polvere, e ne' Nemei colla polvere*. Il celebre Facciolati sbagliò nella interpretazione della parola *Aconitus*, interpretandola *ſenza fatica*, e riportando il paſſo di Plinio, *quello che dicono Aconiti*, come ſe diceſſe; *vinſe ſenza fatica*. Ancora un luogo di Orazio (10) cioè *ſine pulvere palmae, palme ſenza polvere*, è ſtato ſpiegato al contrario da tutti gl' Interpreti *palme ſenza fatica*. Circa il vaſo collocato ſopra la menſa, mi ſervirò dell' erudite oſſervazioni del Chiariſſimo Gori (11) nella ſpiegazione di una ſtatua di un lottatore, che così dice. *Queſto vaſo è come un monumento inſigne della ſua vittoria, il quale egli tiene nelle mani, anzi piuttoſto ne fa pompa. Imperocchè è chiariſſimo eſſere ſtate date agli Atleti vincitori, oltre le palme, le corone, gli ſcudi, le veſti, gli anelli, ancora le anſore, vaſi, e patere* (12) *i quali doni ſi ponevano in viſta ſopra le menſe, acciocchè con maggiore coraggio ſi accendeſſero a conſeguire le lodi della vittoria. Non ſono perciò da traſcurarſi alcuni elegantiſſimi verſi di Virgilio* (13).

*In viſta eſpoſti, e all' ampio Circo in mezzo*
*Stannoſi i doni in pria: verdi corone*
*Premio de' Vincitori, e palme, e ſacri*
*Tripodi, ed armi, e colorate d' oſtro*
*Veſti, e d' argento, e d' or ricchi talenti.*

e poco doppo

*Due gran vaſi di bronzo, ed in argento*
*Lavorate due Tazze, ed a figure*
*Scolte in baſſo rilievo è il terzo dono.*

*Gli Atleti dopo la vittoria offerivano a Giove le corone, e ſoſpendevano le armi atletiche nei tempii degli Dei. Noi leggiamo aver ricevuto ancora per premio baci, conviti, e il poſto di ſedere tra i cittadini, i quali premii io giudico, che ſi chiamaſſero* ανδρεια *cioè coſe ſpettanti ad uomini, dei quali premii ſe ne fa menzione in una rariſſima iſcrizione appreſſo il celebre D. Bernardo Montfaucon* (14) *grande illuſtratore dell' antichità*.

ΑΓΙΣ ΑΜΤΡΑΛΟΤ ΑΝΔΡΕΙΑ

AGIDE D' AMIRALO VINCITORE DEI GIUOCHI ANDREI

*Queſta iſcrizione appartiene ad Agide, come credo vincitore, il quale conſeguì queſti premii. Ateneo parlando dei Conviti* (15) *così ſi eſprime. Gli Spartani con gran premura conducevano i loro ai giuochi Patrii Fidizii, i Cretenſi agli Andrei.* ΑΝΔΡΕΙΟΝ *chiamavano il luogo nel quale ſolevano radunarſi inſieme gli uomini parenti fra di loro: ſopra di ciò molte coſe poſſono oſſervarſi in una pregiatiſſima antica iſcrizione riportata nel Teſoro del Grutero* (16).

Gli onori, che conſeguivano gli antichi Atleti (17) arrivarono a tal ſegno, che oltre i doni, dei quali abbiamo parlato, gli Atleti due volte tra i plauſi popolari trionfavano, prima nel medeſimo Stadio, dopo rotte le mura (18) erano condotti in un cocchio per la lor patria (19), e trionfanti erano di prezioſi doni arricchiti, e coronavano con conviti la pompa della loro vittoria. I Poeti alle volte ſpontaneamente, e qualche volta pagati encomiavano coi loro verſi queſti vincitori (20), ſi regiſtravano nelle pubbliche tavole i loro nomi, per decreto del Senato le



(8) Vedi a queſto propoſito Milord Orrery nella vita di Plinio Juniore, e Luciano nel luogo di ſopra mentovato.

(9) Plin. lib. 35. cap. 11. Di queſto famoſo Lottatore lib. 10. cap. 22. e lib. 12. cap. 50.

(10) Orat. lib. 1. Epiſt. 1. v. 49.

(11) Gori vol. 3. pag. 75. Di quali ſpecie foſſero i vaſi, i quali ſi davano ai Lottatori, è difficiliſſimo il poterlo indovinare Se qualcuno bramaſſe di conoſcere le varie ſerie di vaſi vegga Polluce nell' Onomaſtico lib. 6. cap. 16. Macrobio nei Saturnali lib. 5. cap. 21. e il Chiar. Rid. Venuti nella Raccolta dell' antichità pag. 73. Per i differenti doni, che ſi davano ai Lottatori vincitori, merita di eſſer conſultato l' eruditiſſimo Buonarroti nell' Oſſervazioni ſopra i medaglioni pag. 317. il quale con la ſua ſolita e rara erudizione, riferiſce infinite ſpecie di premii.

(12) Pindaro Iſt. od. 1. & Horat. carm. lib. 4. od. 8.

(13) Virg. lib. 5. Aeneid. v. 109. e 266.

(14) Montf. nel Diario Italico pag. 422. cap. 8. n. 4.

(15) Aten. lib. 5. cap. 2.

(16) Gruter. Iſcr. pag. 216. Vedi ancora una ſingolare iſcrizione Grut. luog. cit. pag. 314.

(17) Gli Atleti per autorità di Apollo erano al dir di Euſebio Prep. Evang. lib. 5. cap. 13. venerati come Numi.

(18) Burette Memor. des Inſcr. vol. 1. pag. 364.

(19) Diodoro Siculo dice, che *Eſſeneto di Agrigento fù condotto in Città in un cocchio trionfante. Trecento bighe tirate da cavalli bianchi, le quali tutte erano degli Agrigentini, con pompa feſtiva ſi celebravano*.

(20) Vedi l' Antologia lib. 1. cap. 1. lib. 2. cap. 1. e lib. 3. cap. 2.

